campana pulſat ſed pulſatur quia pulſo eſt actiuum: alij dicunt hoc campanum ſed diuus Hieronimus vtitur campana & campanula: hoc ropalum eſt malleus campanæ & quo etiam pulſatur hoſtium. Tua vox ſonuit te hominem ideſt ſonando expreſſit: Oleo ad bonam & ad malam partem ſed Redoleo ad bonam vt tu redoles antiquitatem ideſt beneolendo repræſentas. Inſtauro, as, ideſt renouo & quaſi ad inſtar atterius fatio: ſed reſtauro non vtimur nunc. Sarrio, is, eſt ſarculis fodio & repurgo ſegetem a' noxijs herbis. Occo, as, ideſt frango glebam & operio ſemen: hæc occa eſt inſtrumentum ferreis dentibus quo agri ſuperfities coæquatur. Perfrico, as, perfricui, vt perfrico frontem ideſt pudorem depono. Ligurire eſt ſuauibus cibis bona conſumere. Ventilo fatiem flabello .i. vento affitio: ventilo triticum ideſt ventilando purgo. Lirare iugera eſt liram hoc eſt ſulcum facere: delirare eſt a' recto ſulco diſcedere: fibulare eſt ferro colligare: contrarium eſt refibulo & diffibulo: Concinnare eſt componere: participare eſt participem facere: Mendicare eſt alimenta poſtulare. Contabulare eſt tabulis componere.

SVnt quædam verba exemptæ actionis a' priſciano appellata. quorum actio competit deo ſeu naturæ, vnde non inueniuntur niſi in tertijs perſonis vt deus pluit vel aqua pluit: ſed rectius ponantur abſolute vtrinq; vt pluit, tonat:

Grandinat bat auis per cadere niui grandi

Tonat	bat tonuit		per tronare
Fulminat	bat auit		per fulminare
Fulgurat	bat rauit		per fulgurare
Coruſcat	bat ſcauit		per lampare
Diluculat	abat auit		per albixere
Pluit	ebat pluuit		per chiouere
Ningit	ebat ninxit		per niuicare

Sic ſerenat, nubilat, vernat, autumnat, reboat, quæ melius ponuntur abſolute: ſicut iſta ſcilicet luceſcit, dieſcit, veſperaſcit, nocteſcit, quæ carent præteritis: & ſemper ſunt abſoluta. Diluculat ideſt diluculum fit: eſt autem, diluculum ante ſolis ortum in aurora. Fulminare eſt fulmen iacere: eſt autem fulmen vapor ignitus ſolidus impetuoſe, e, nubibus excitatus. Fulgurare eſt fulgure afflare: eſt fulgur illa lux quæ ante cernitur q̃ tonitruum audiatur.

NEutrum effectiuum vult ante ſe nominatiuum patientem & poſt ſe ablatiuum purum vel accuſatiuum cum ob vel propter vt gaudeo virtute vel ob virtutem.

Iubilo	as	aui	atum	per allegrarſe
Exulto	as	aui	atum	per allegrarſe
Aegroto	as	aui	atum	per infirmarſe
Deuio	as	aui	atum	per iſuiarſe
Gaudeo	es	gauiſus ſum		per allegrarſe
Mœreo	es	mœſtus ſum		per atriſtarſe
Caleo	es	lui	.c.s.	per ſcalfarſe

Frigeo	es	xi	c.s.	per arrifridarſe
Rubeo	es	bui	c.s.	per arruſſicarſe
Palleo	es	lui	c.s.	per inialinirſe
Pingueo	es	gui	c.s.	per ingraſarſe
Macreo	es	crui	c.s.	per iſmagrerſe
Areo	es	rui	c.s.	per aſſicarſe
Vireo	es	rui	c.s.	per inuerdirſe
Madeo	es	dui	c.s.	per abagnarſe
Tumeo	es	mui	c.s.	per vnfiarſe
Detumeo	es	mui	c.s.	per deſumfiarſe
Horreo	es	rui	c.s.	per arrizarſe
Stupeo	es	pui	c.s.	per ſtupefarìſe
Deliqueſco	ſcis		c.p.	c.s. per iſquaglarſe
Madeſco	ſcis	c.p.	c.s.	per abagnarſe
Splendeſco	ſcis	c.p.	c.s.	per ſplendere
Niteſco	ſcis	c.p.	c.s.	per ſplendere
Irrugio	is	giui	itum	per gridare como leone
Grunnio	is	iui	itum	per gridare como porco
Immugio	is	iui	itum	per gridar como boue

Prædicta dicuntur effectiua vel quia effectũ.i.paſſionẽ exprimunt nam ex ſe in ſe fit extrinſecus paſſio, vel ex natura cauſæ efficientis vt caleo ſole nã ſol efficit vt ca leã: vel quia vere cõſtruuntur cũ ablatiuo puro qui effe ctiuus dici poteſt. Nota ꝙ propter accipitur loco cauſa lis cõiunctiõis vt hõies frigeſcũt propter niuẽ vt ait Ca lepinus. Mœreo cũ diphthõgo ſignificat triſtẽ eſſe: Sed mereo ſine diphthongo.i.milito ſub ſtipendio vt merui

*ſub tuo exercitu:*E *meritus miles dicitur qui ob ſenectã non amplius militat:*Mereo *ſiue mereor laudẽ idẽ eſt,* At *mereo ſeu mereor de te.i.aliquid confero in te ſeu bene tracto te,*Demerui *te virtute mea.i.conciliaui te mihi.*Dicimus *dolent tibi oculi,doleo caſum tuũ , doleo pedem figurate.*Caleo*.i.calidus ſum vel caleſio.ſed cal leo.i.callũ facio,vt nimio dolore obcalluit:* Calleo *hãc rẽ.i.aſtute ſcio:*Flagro*,as.i.ardeo ſed fragro.i.odorem emitto.*Polleo*.i.ſplendeo vel poſſum ſed polluo,is.i.in quino ſeu maculo.*Horreo *proprie eſt quũ erigũtur pi li propter frigus:*Horreo *et abhorreo te.i.timeo.ſed ab horreo a te.i.alienus ſum.* Prædicta *vere exponuntur ꝑ eſſe vt frigeo.i.frigidus ſum,ſed verba in,ſco,per fieri vt frigeſco.i.frigidus fio.at doleo & gaudeo a' qbus non formantur verba in ſco,poſſunt vtroq; modo reſol ui vt doleo.i.dolens ſum vel dolens fio.*Nota *ꝙ caſus ſi gnificans cauſam vel effectum poteſt addi omnibus ver bis vt amo te virtute tua vel ob virtutem tuam.*

NEutrum *paſſiuum petit ante ſe nominatiuum patien tem & poſt ſe ablatiuum cum,a,vel,ab,agentem vt tu vapulas a' me.*

Vapulo	*as*	*aui*	*atum*	*per eſſere battutu*
Exulo	*as*	*aui*	*atum*	*per eſſere diſcachato*
Liceo	*es*	*cui*	*citum*	*per eſſere appreciato*
Nubo	*is*	*pſi*	*ptum*	*per eſſere maritata*
Væneo	*is*	*iui*	*uænum*	*per eſſere venduto*

Vapulo *frequentius ponitur abſolute.* Dicitur *exulo*

*a, te ab vrbe:*Et *ponitur de loco & in loco:nam exulo Meſſana ſcilicet diſcedens ab ea:*Exulo *Meſſanæ ideſt ibi habito exul: & dicitur exul quaſi extra ſuum ſolum:ſicut extorris quaſi extra ſuam terram.* Alij *negant poſſe dici exulo a' te quia ablatiuus non fere inuenitur expreſſus:ſed tenendum eſt potius omnia perſonalia poſſe habere caſum agentem vel expreſſum vel ſub intellectum.* Nubo *hodie eſt de mulieribus dumtaxat vt mea ſoror nupſit a' me tibi: licet ablatiuus non debeat exprimi ſecundum quoſdam ſed ſubaudiri:dicitur etiam mulier nubit tibi vel tecum.* *Illa* verba *quæ in præteritis variantur more paſſiuorum dicuntur a' recentioribus neutro paſſiua quia in neutro habent aliquid paſſiui ſcilicet præteritum perfectum cum ſuis vt* Gaudio *gauiſus ſum:*Soleo *ſolitus ſum:* Audeo *auſus ſum:*Fido *fiſus ſum:*Fio *factus ſum:& varie conſtruuntur vt gaudeo virtute,ſoleo legere,audeo magnum facinus,fido huic rei uel hac re,fio doctus a' te: ſum factus a' deo:& ſic conſtruuntur* Caleſio,Frigeſio,*& ſimilia vt caleſio ab illo.* Liceo *ideſt appretior ſed liceor deponens ideſt appretio & quaſi pretium defero, licet ideſt fas eſt imperſonaliter vt mihi licet eſſe iuſto, licet etiam eſt aduerbium concedentis:at licet pro quáuis eſt coniunctio aduerſatiua.*

NEutrum *abſolutum poſtulat ante ſe nominatiuum agentem:& poſt ſe nullo indiget caſu vt dormio: poteſt tamen habere caſum offitio præpoſitionis poſitæ*

vel ſubintellectæ

vel ſubintellectæ vt vado ad Italiam vel vado Italiam pro ad Italiam apud poetas : aut iungitur nominibus aduerbialiter poſitis vt ſum Meſſanæ : aut conſtruitur copulatiue vt ego incedo humilis.

Ambulo	as	aui	atum	per andare
Remeo	as	aui	atum	per tornare
Aeſtiuo	as	aui	atum	per fare la eſtate
Hyberno	as	aui	atum	per fare lauernata
Nato	as	aui	atum	per natare
Sudo	as	aui	atum	per ſudare
Vigilo	as	aui	atum	per viglare
Equito	as	aui	atum	per caualcare
Oſcito	as	aui	atum	per badaglare
Screo	as	aui	atum	per ſcraccare
Certo	as	aui	atum	per contraſtare
Pugno	as	aui	atum	per pugnare
Nauigo	as	aui	atum	per nauigare
Iaceo	es	cui	c.s.	per ſtare culcato
Sedeo	es	di	ſeſſum	per ſedere
Maneo	es	manſi	manſum	per ſtare
Lateo	es	tui	titum	per eſſere ammuchato
Oleo	es	lui	itum & etum	per olere
Vado	is	ſi	ſum	per andare
Pergo	is	prexi	ectum	per andare
Recedo	is	ſſi	ſſum	per partere
Curro	is	cucurri	curſum	per currere
Cado	is	cecidi	caſum	per cadere

Surgo	gis	ſurrexi	ſurrectum	per ſurgere
Occumbo	bis	occubui	bitum	per morire
Emergo	gis	erſi	erſum	per xire natando
Quieſco	ſcis	eui	etum	per ripoſare
Sterto	tis	tui	c.s.	per arronſiare
Euado	dis	ſi	ſum	per diuentare
Viuo	is	xi	uictum	per campare
Reuerto	tis	ti	erſum	per tornare
Ludo	dis	ſi	luſum	per iocari
Eo	is	iui	itum	per andare
Venio	is	ni	uentum	per venire
Tranſeo	ſis	iui	ſitum	per paſſare
Obeo	bis	iui	itum	per morire
Pereo	is	iui	itum	per perire
Redeo	is	iui	itum	per tornare
Geſtio	ſtis	iui	itum	per dare ſigno di letitia
Dormio	is	iui	itum	per dormire
Abeo	is	iui	itum	per partire

Curro in agrum ſi ſum extra agrum, ſi ſum in agro dicitur curro in agro. Non dicitur feci currere equũ ſed agitaui equum. Migrare eſt domicilium mutare: Remigrare eſt ad primum domiciliũ reuerti: Tranſmigrare eſt longius ad habitãdum ire: Titubare eſt eius qui nõ poteſt inſiſtere pedibus vt ſunt ebrij: Vacillo eſt quaſi incoſtans ſum vt nauis vacillat in vndis. Nutare eſt alicuius magnæ molis ruinam minantis: Labare eſt repente ruere. Hiare eſt aliquid ſua ſpõte aperiri vel ex-

ſterna aliqua ui: Hiſcere eſt tantum oris humani. Facerè viam eſt aperire tranſitum vbi non erat via, Munirè uiã eſt repurgarè & reficere uiam ſeu ſternere ſilicibus. Eo inficias ideſt nego. Incedere eſt ſæpius cum faſtu ire. Deambulare eſt ſolatij cauſa ſpatiari. Pergere eſt iter ſeu rem inceptum proſequi. Aliqua conſtruuntur cũ accuſatiuo ſignificante rem uerbi vt eo iter: obeo mortem: uiuo uitam: dego uitam: bacchanalia uiuo ideſt uiuendo ſequor: Euigilaſti prælia ideſt uigilanter ſcripſiſti: Pernoctare eſt totam noctem inſomnem ducere, uel eſt morari in nocte aliquid faciendo. Sapio, is, ſapiiũ uel ſapij ſapitum pe, pro, uel ſapui ſapitum pe, cor, & proprie ſpectat ad ſenſum corporis ut popanum ſiue placenta ſapit mel: & transfertur ad animum ut ſapio ideſt ſum ſapiens. Deſipio ideſt à ſenſu deſtituor: Reſipiſco ideſt ad priorem ſtatum mentis redeo. Enato. i. natando ad litus peruenio. Odi, Noui, Cœpi habẽt actiuũ et ſunt defectiua ſicut Memini. Nulla res latet deum dicimus, licet lucanus dicat tu mihi cauſa late. Incũbere eſt toto animo ſiue corpore alicui rei inſiſtere ut incũbo ſtudijs ſiue ad ſtudia: ſed in re corporea cum datiuo tantum ut incumbo remis non autem ad remos. Ille agit uxorem ideſt agendo repreſentat. Exibilaſti me ideſt ſibilando deriſiſti me, & ſic de ſimilibus. Lucubro, as, ideſt uigilo uel uigilando compono ut lucubraui librum. Euaſi ad culmina ideſt aſcendi: Euaſi ex ciuitate ideſt exiui: Euaſi peritus. i. factus ſum: Euaſi mortem. i. deuitaui.

De verbis communibus.

COmmune verbum eſt quod in, or, deſinens tam actiuæ q̃ paſſiue pro vulgaris varietate conſtruitur & habet ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe accuſatiuum patientem actiue, ſed paſſiue habet nominatiuum patientem & ablatiuum cum præpoſitione agentem vt ego hoſpitor te, & tu hoſpitaris a' me.

Hoſpitor aris atus ſum per allebregare et eſſere allebregato
Veneror aris atus ſum per honorare & eſſere honorato
Interpretor aris atus ſum per interpretare et eſſere interpretato
Moror aris atus ſum per aſpectare & eſſere aſpectato
Oſculor aris atus ſum per baſiare & eſſere baſiato
Hortor aris atus ſum per incoragiare & eſſere incoragiato
Criminor aris atus ſum per incolpare & eſſere incolpato
Amplector eris xus ſum per ambrazare & eſſere ambrazato
Largior iris itus ſum per dare & eſſere dato
Experior iris ertus ſum per prouare & eſſere prouato

Largior & interpretor habent etiam datiuum. Item dicimus hortor te ad virtutem, & dehortor te a' malo Moror te ideſt expecto, Remoror te ideſt retardo: commoror tecum ideſt habito. Hoſpitari eſt recipere ſeu recipi in domicilium iure amicitiæ. Antiqui plura verba fecere communia vt patior te & patior a' te. Sed ſtipulor a' te ideſt interrogo te & interrogor a' te actiue et paſſiue ſub eadem conſtructione. Eſt autem ſtipulor promicto, ſeu pecuniam ſpondeo, ſeu per obligationem habeo: Stipulator eſt qui per interrogationem obligat promiſſorem: Stipulatio eſt verborum conceptio quibus is qui interrogatur daturum futurumue ſe id quod interrogatus reſpondet. A ſtipulor tibi ideſt conſentio. Stipulor deriuatur a' ſtipo, as, ideſt rimas obthuro vel claudo vel denſeo. Largior ideſt profuſe dono: Dilargior ideſt varie do: Elargior ideſt valde largior. largitas propria eſt humanitatis, ſed largitio eſt ambitionis. Amplector te amore ideſt amo: amplectar te odio ideſt odio habebo.

De verbis deponentibus.

DEponens verbum eſt quod in, or, finitum actionem vel paſſionem ſignificat & hanc vel illam deponit, ſæpiuſq; actionem q̄ paſſionem exprimit.

PRima deponentium ſpeties vult ante nominatiuum agentem, & poſt ſe ablatiuum purum patientem vt veſcor cibis, & dicitur poſſeſſiua quia aliqua verba habent genitiuum.

Recordor	aris	atus ſum	per arricordarſe
Miſereor	eris	ertus ſum	p hauere miſericordia
Vtor	eris	uſus ſum	per uſare cum utilitate
Fruor	eris	uctus ſum	per uſare cum dilecto
Fungor	eris	functus ſum	per uſari offitio
Abutor	eris	abuſus ſum	per male uſare
Veſcor	ſceris.c.p.&.s.		per uſare chiui
Obliuiſcor	ſceris	oblitus ſum	per adimenticarſe
Potior	iris	potitus ſum	per uſari cum deſiderio

Vtor proprie eſt utilitatis cauſa,ſed fruor eſt delectationem capio,& habet in prœterito fructus & fruitus, nam fretus ideſt confiſus eſt ſine origine potius:& proprie utor humanis,fruor diuinis. Potiri eſt in poteſtate habere uel in poteſtatem uendicare,potius ſum uictoria ideſt laborando obtinui:potiri etiam pro frui,& habet ſecundam perſonam indicatiui & infinitiuum & participium prętериti ſecundum quartam coniugationem,reliqua uerius ſecundum tertiam & dicitur potior hac re uel huius rei. Fungor prœtura ſeu legatione ideſt exerceo:defunctus dicitur mortuus qui offitio uitæ functus eſt ideſt finiuit. Recordor reminiſcor & obliuiſcor habent genitiuum uel accuſatiuum tãtum:Miſereor habet genitiuum uel datiuum. Recordor eſt rurſus in cor reuoco unde non dicitur recordor tibi hoc ſed commemoro tibi hoc. Obliuiſcor ideſt obliuioni mando , hinc oblitus pe,pro,nam oblitus pe,cor,uenit ab oblino pe, cor,quod eſt circumfœdo.

SEcunda ſpeties dicitur acquiſitiua, & exigit ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe datiuum patientem ut ego auxilior tibi.

Auxilior	aris	atus	ſum	per adiutare
Patrocinor	aris	atus	ſum	per adiutare
Suffragor	aris	atus	ſum	per fauorire
Refragor	aris	atus	ſum	per diſfaurire
Medicor	aris	atus	ſum	per medicare
Aduerſor	aris	atus	ſum	per contrariare
Morigeror	aris	atus	ſum	ꝑ fari ad modo dialtro
Obluctor	aris	atus	ſum	per reſiſtere di contra
Ancillor	aris	atus	ſum	per ſeruire
Adminiculor	aris	atus	ſum	per adiutare
Dominor	aris	atus	ſum	per ſignoriare
Medeor	eris	c.p.	c.s.	per medicare
Polliceor	eris	citus	ſum	per promictere
Loquor	eris	cutus	ſum	per parlare
Obſequor	eris	cutus	ſum	per obedire
Innitor	eris	inniſus	ſum	per apogiare
Iraſcor	eris	atus	ſum	per incangnare
Blandior	iris	ditus	ſum	per loſengare
Aſſentior	iris	aſſenſus	ſum	per conſentire
Mentior	iris	titus	ſum	per iſmentire

Suffragor propriæ eſt præſtare vocem alteri pro digni tate acquirenda, vnde ſuffragium eſt ipſa vox. Minor, aris, ſeu minitor tibi mortē: ſic Mentior et Polliceor tibi

hanc rem. Moderor *iræ & iram.* A*ſſentor, aris, &* Adulor*,aris,pe,pro:in malum ſonant, vnde aſſentato=res & adulatores.* Palpor *tibi & palpo te ideſt blan=dior.*Gratulor *tibi ideſt teſtor me gaudere ob tuam fœlicitatem.Item gratulor deo ideſt gratias ago.* Nota ꝙ *ago gratias eſt in verbis:habeo gratias eſt in animo:*Refero *gratiam eſt in facto.*Gratificor *tibi ideſt rem gratam facio:*Medicor *tibi & te, ſic medicor tibi vulnera:* Medeor *caret præterito:& poteſt ſupleri ſic ſcilicet medens fui,ſicut veſcens fui & ſic de ſimilibus* Iniurior *tibi non latine dicitur ſed infero tibi iniuriam,vel affitio te iniuria,vel ſum tibi iniurius:vel facio tibi iniuriã.* Nec *etiam dicitur cõtrarior tibi,ſed ſum tibi contrarius:ſum tibi aduerſus,vel obuerſor ſeu obnitor ſeu reluctor vel repugno tibi.Iraſcor abſꝗ ratione,ſed ſuccenſeo eſt cum ratione.* Aduerſor *tibi ideſt ſum tibi contrarius,ſed* A=*uerſor te ideſt deteſtor vel execror ſeu abominor.*Aſſen*tior & aſſentio tibi pro eodem.* Auertor *ideſt dedi=gnor & quaſi deteſtor.*Aduerte *oculos ad me ideſt conuerte:*Auerto *oculos a te ideſt remoueo.* Aduerſus *eſt faciem oſtendens:* Auerſus *eſt terga vertens.* Cicero. *Auerſus & aduerſus impudicus es:ſum tibi auerſus id eſt iratus.* Loquor *tibi vel tecum de hac re dicimus, ſic loquor tibi dulcia,ſed alloquor te dulcibus vel de hac re,rarius hanc rem.* Ver.*Extremum fato quod te alloquor hoc eſt.*Præſtolor *tibi vel te petior ideſt expectio,raro obſequor.*

TErtia ſpeties dicitur tranſitiua & efflagitat ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe accuſatiuum patiẽtem vt ego ſequor virtutem.

Imitor	aris	atus	ſum	per imitare
Opinor	aris	atus	ſum	per penſare
Cõtemplor	aris	atus	ſum	per contemplare
Rimor	aris	atus	ſum	per chercare
Scrutor	aris	atus	ſum	per inueſtigare
Solor	aris	atus	ſum	per cõſolare in parole
Conſolor	aris	atus	ſum	per conſolare in facti
Operor	aris	atus	ſum	per operare
Conor	aris	atus	ſum	per forzare ſine effectu
Vaticinor	aris	atus	ſum	per diuinare
Mercor	aris	atus	ſum	per accatare
Lucror	aris	atus	ſum	per guadagnare
Suſpicor	aris	atus	ſum	per ſuſpicare
Aucupor	aris	atus	ſum	per piglari auchelli
Venor	aris	atus	ſum	ꝑ piglari cacha di terra
Ludificor	aris	atus	ſum	per beffigiare
Aſpernor	aris	atus	ſum	per diſprezare
Miſeror	aris	atus	ſum	per hauere cõpaſſione
Comitor	aris	atus	ſum	per accompagnare
Populor	aris	atus	ſum	per deſtrudere
Furor	aris	atus	ſum	per rapere
Prædor	aris	atus	ſum	per fare preda
Arbitror	aris	atus	ſum	per iudicare
Precor	aris	atus	ſum	per pregare

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Meditor	aris	atus ſum	per penſare
Fateor	eris	faſſus ſum	per confeſſari
Vereor	eris	itus ſum	per dubitare
Mereor	eris	itus ſum	per meritare
Reor	eris	ratus ſum	per iudicare
Aggredior	eris	aggreſſus ſum	ꝑ aſſaltare aptamẽte
Sequor	eris	cutus ſum	per ſequitare
Vlciſcor	ſceris	ultus ſum	per fare vindicta
Adipiſcor	ſceris	adeptus ſum	per aquiſtare
Nitor	eris	niſus ſum	per forzare cũ effectu
Alloquor	eris	cutus ſum	per parlare
Nanciſcor	eris	nactus ſum	per atrouare
Sortior	iris	itus ſum	per hauere per xorta
Metior	iris	menſus vel titus ſum	per menſurare
Ordior	iris	orſus ſum	per incomenzare
Adorior	iris	adortus ſum	ꝑ aſſaltare ditra dimẽto
Molior	iris	itus ſum	ꝑ ordinare & ꝑparare

Proſequor ẽ vlterius ſequor. Proſequor te amore.i.amo proſequor te odio.i.odio hẽo. Precor eſt rogo: Depcor ẽ ꝑcando auerto: Imprecari eſt malũ alicui optare ſiue bonũ vt ĩprecor tibi proſpera ſiue aduerſa. Æmulor.i.imitor vel ĩuideo vel amo: Emulus eſt eiuſdẽ rei ſtudioſus Cauſor, aris.i.cãm vel occaſionem affero, vt tu cauſaris pluuiã. Dignor te honore, cõtrariũ ẽ dedignor. Liceor, eris, et licitor, aris, ſignãt offerre ꝑtiũ ĩ publica vẽditione. Fateor ſpõte: Cõfiteor coactus: Diffiteor.i.nego, profiteor hanc rẽ.i.apte ſcire demõſtro. Miror te & de te,

ſed Miramur corporea Admiramur icorporea vere. Vl ciſcor inimicos & de inimicis. Expiſcor eſt piſcando piſces capio. Percontor, aris .i. q̃ro ſeu interrogo gratia ar guẽdi. Oppior, iris .i. expecto, et ſcribitur p̃ duplex pp, ut differat ab opior paſſiuo .i. coopior. Molior .i. opor. Mo lior tibi iſidias .i. iſidior: Molior arcẽ .i. extruo ſeu ædifi co: Molior tibi morã .i. morã facio: molior iacula .i. iacu lor: Molior bellũ .i. belligero: molios habẽas .i. guberno Molior claſſem .i. p̃paro: Molior iter .i. p̃ago: remolior .i. remoueo: Amolior .i. recedo: Demoliar .i. deſtruã. q̃d moliar .i. q̃d iueniã vel conabor. Inficior, aris .i. iſicias eo & verbo nego aliq̃d factũ. Odoror, aris .i. odore ſentio.

QVarta ſpeties dicitur effectiua, & poſtulat ante ſe noiatiuũ patientẽ & poſt ſe ablatiuũ purũ vel actiuũ cũ ob' vel propter vt ego lætor virtute vel ob virtutẽ, nã, ob, etiã eſt loco cauſalis coniunctionis.

Lætor	aris	atus	ſum	per allegrarſe
Triſtor	aris	atus	ſum	per attriſtarſe
Indignor	aris	atus	ſum	per iſdegnarſe
Vercundor	aris	atus	ſum	per vergognarſe
Glorior	aris	atus	ſum	per gloriarſe
Delector	aris	atus	ſum	per delectarſe
Oblector	aris	atus	ſum	per delectarſe
Stomachor	aris	atus	ſum	per incongnarſe
Bacchor	aris	bacchatus	ſum	p̃ imbriacarſe de vino
Crapulor	aris	atus	ſum	p̃ imbriacarſe de chiui
Queror	eris	quæſtus	ſum	per lamentarſe

Expergiſcor ſceris experrectus ſum per riſuiglarſe

Lætamur exterius proprie: Gaudemus interius, ſeu extrinſecus & intrinſecus quæ poſſunt confundi. Lætifico *te ideſt lætum reddo: item lætus ideſt pinguis, vt lætas ſegetes.* Triſtor *hac re, & hæc res me contriſtat.* Bacchari *proprie eſt bacchānalia celebrare, & per tranſlationé ſignat furere et vagari, ſeu vino ingurgitari ideſt impleri:* Lamentor, *aris, eſt voce querula triſtiq; doloré & dammum teſtari.* Queror *caſu meo & caſum & de caſu:* Queror *de te illi & cum illo & apud illum.* Dicimus Delector *& oblector conſuetudine tua, licet inueniantur* Delecto *& oblecto frequétatiua a' latio lexi lectum ideſt in fraudem duco antiquitus.*

QVinta *ſpecies dicitur paſſiua & requirit ante ſe nominatiuum patientem, & poſt ſe ablatiuum cum præpoſitione agentem vt ortus ſum a' bono patre.*

Naſcor	*ſceris*	*natus ſum*	*per naxere*
Renaſcor	*ſceris*	*natus ſum*	*per renaxere*
Patior	*eris*	*paſſus ſum*	*per patere*
Perpetior	*eris*	*perpeſſus ſum*	*per patere fia al fine*
Orior	*eris vel iris*	*ortus ſum*	*per naxere*
Abortior	*iris*	*titus ſum*	*per deſertare*

Orior *ideſt naſcor:* Oborior *&* Suborior *ideſt ſubnaſcor ſeu poſt naſcor:* Coorior *ideſt ſimul orior.* Oriundus *dicitur ille qui ducit originem vnde fuerunt parentes eius vt ſum ortus* Meſſanæ *& oriundus ex* Italia:

Aborior ideſt obortiuum ſatio, dicitur etiam Abortio*tis, neutrum, & abortior deponens pro eodem*, vt Mu*lier concepit et non abortiuit ſeu aborſa eſt*. E *naſcor eſt naſcendo egredi* Patior *hoc a' te ideſt tollero*. Compa*tior tibi ideſt miſereor tui*. Perpetior *ideſt vſq; ad finē patior*. Orior *habet ſecundam perſonam præſentis indicatiui ſecundum tertiam & quartam coniugationem, ſed infinitiuum ſecundum quartam tantum, in reliquis eſt tertiæ vt ait* Phocas. Aborior *facit abortus & abor ſus, & differunt, quia aborſus fit in primis menſibus: ab ortus vero prope tempus pariendi*.

SExta *deponentium ſpeties dicitur abſoluta & appetit ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe nullo indiget caſu vt philoſophor: poteſt tamen habere caſum cum præpoſitione poſita vel ſub intellecta vt proficiſcor ad* Italiam: *aut iungitur nominibus aduerbialiter poſitis vt ego gradior* Meſſanam: *aut conſtruitur copulatiue vt ego gradior hilaris ideſt lætus*. *vnde hilaro, as, pe, cor, ideſt lætifico*. Dici *poteſt proficiſcor ab vrbe, proficiſcor ad vrbem: & ex agro domum proficiſcor*.

Philoſophor	*aris*	*atus*	*per*	*per philoſophare*
Spatior	*aris*	*atus*	*ſum*	*per andare aſpaſſu*
Vagor	*aris*	*atus*	*ſum*	*per andare vago*
Ruſticor	*aris*	*atus*	*ſum*	*per andare per lauilla*
Peregrinor	*aris*	*atus*	*ſum*	*per peregrinari*
Periclitor	*aris*	*atus*	*ſum*	*p periculari et prouare*
Luctor	*aris*	*atus*	*ſum*	*per allutare*

Nugor	aris	atus	ſum	per chiatiare
Iocor	aris	atus	ſum	per mottigiare
Altercor	aris	atus	ſum	per xarriare
Digladior	aris	atus	ſum	per cutilliariſe.
Caſtrametor	aris	atus	ſum	per mutare lo campo
Conuerſor	aris	atus	ſum	per conuerſari
Cachinnor	aris	atus	ſum	per ridere multo
Prælior	aris	atus	ſum	per battaglare
Cunctor	aris	atus	ſum	per adimorare
Lachrymor	aris	atus	ſum	per lachrimare
Conuiuor	aris	atus	ſum	per fari conuito
Ratiocinor	aris	ratiocinatus	ſum	per fare cunctо
Proficiſcor	ſceris	profectus	ſum	per andare
Gradior	eris	greſſus	ſum	per andare
Ingredior	eris	ingreſſus	ſum	per intrare
Egredior	eris	egreſſus	ſum	per xire
Cõgredior	eris	cõgreſſus	ſum	per eſſere alimano
Reuertor	eris	reuerſus	ſum	per tornare
Labor	eris	lapſus	ſum	per cadere
Morior	eris	mortuus	ſum	per morire

Ratiocinor pe,cor,ideſt per rationem demonſtro vulgo dicitur cõputũ fatio. A Gradior venit Graſſor frequẽtatiuum quod eſt ſæuire gradiendo cũ impetu, vnde graſſatores dicuntur latrones obſidẽtes vias. Conctor ſeu contos, aris. i. moror ſeu differo: ſed percunctor ſeu perconctor. i. interrogo. Auſpicor, aris. i. auſpitiũ capio et dicitur auſpitiũ ab aue aſpicienda, & ſæpius accipitur in

bonam partem vnde auſpicatiſſimus.i.fœliciſſimus. Auſpicato aduerbium ideſt fœliciter. Augurari *eſt augurium capere & deriuatur auguriũ ab auiũ garritu.* Ominor,*aris.i.omen capio,eſt autem omen augurium ab ore hominis vnde abominor ideſt execror & quaſi pro malo omine habeo.* Labor *eſt leuiter et ſenſim deorſum ire:* Elabor *vero eſt periculum fugere.* Comeſſor,*aris,eſt poſt cœnam epulari:ſicut ientare eſt ante prandium: nã epulones diuidebant epulas quadrifariã ſcilicet i ientaculum & prandium:incœnam & commeſſationem.* Pergræcari *eſt cibis & potationibus inſeruire.* Aquari *eſt ad hauriendam ſeu ad ferendam aquam ire,ſicut lignari eſt ad ligna capienda ſeu ad facienda ire apud liuiũ.* Nundinari *eſt palam vendere per nũdinas:* Sermocinari *eſt ſermonem habere :* Negotiari *eſt agere negotia:* Ocyari *eſt delectationem capere* Scortari *eſt meretricari.* Cõcionari *eſt orationem habere ad populum:concionator eſt prædicator.*

De verbis imperſonalibus.

IMperſonale verbũ eſt qđ nec numeros diſtinctos nec pſonas hẽt:ſed ſub vna voce oẽs numeros pſonaſq; cõfuſas continet:& ſemper obliquo caſui iungitur:Eſt aũt duplex.ſ.actiuæ vocis vt tædet,& paſſiuę vt curritur.

PRima ſpecies ĩperſonaliũ actiuæ vocis exigit ante ſe gẽitiuũ patiẽtẽ,& poſt ſe infinitiuũ agẽtẽ vt diſcipuli ĩtereſt diſcere.Et ſunt hæc duo.ſ.intereſt & refert : q̃ etiã cõſtruuntur cũ ablatiuo generis fœminni q̃nq; pro

nominum ſcilicet mea,tua,ſua,noſtra,& veſtra:item cu- ia:vt mea intereſt legere cuia vel cuius refert diſcere. Et nota ꝙ intereſt componitur ex,in,&,re,&,eſt, iccir- co dicimus mea intereſt legere quaſi in mea re ideſt in mea vtilitate:ſic tua Petri vel tua qui es petrus intereſt quaſi in re tua:ſic noſtra pauperum intereſt ideſt in no ſtra re ſeu vtilitate:Similiter dicimus vidiſti rem meam petri,non autem mei petri:niſi meus petrus eſſet alius a' me:item hic liber eſt meus petri. Dicimus etiam parui ſeu magni refert ideſt parua ſeu magna differentia eſt: ſapiens intereſt a' ſtulto ideſt differt: Quid refert ideſt quid importat ſeu prodeſt: Inter te & me nihil intereſt ideſt nulla differentia eſt. Sipuntinus ille a' quo emanauit cornucopia præcipit vt dicamus mea Platonis mea Ciceronis intereſt: & apud Marcellum legimus mea hominis refert. Si vero prædicta ver- ba fuerint ſine infinitiuo fiunt perſonalia & conſtruun tur cum nominatiuo agente & poſt ſe cum genitiuo pa- tiente vt hoc intereſt petri:aut cum prædictis ablati- uis:qui in refert videntur nominatiui vt mea refert: qua ſi mea res fert. Dicitur etiam petri eſt pro intereſt: ſic tuum eſt ideſt ad te pertinet. Sed de his vide infra capi te de imperſonalibus.

Intereſt	intererat	interfuit	per appartenire
Refert	referebat	retulit	per appartenire

SEcunda ſpeties habet verba quæ cum datiuo patien te & infinitiuo agente fiunt imperſonalia vt mihi

placet

placet legere:ſine infinitiuo ſunt perſonalia & habent nominatiuum agentem & datiuum patientem vt virtus placet mihi.

Vacat	bat	cauit	per vacare
Præſtat	bat	præſtitit	per eſſere meglo,
Reſtat	bat	reſtitit	per reſtare
Placet	bat	placuit	per placere
Libet	bat	buit	per placere
Licet	bat	cuit & licitum eſt	per eſſere licito
Accidit	bat	accidit	per ſcadere
Sufficit	bat	ſuffecit	per abaſtare
Conducit	bat	conduxit	per eſſere vtile
Contingit	bat	contigit	per accadere
Expedit	iebat	expediuit	per eſſere vtile
Conuenit	iebat	conuenit	per conuenire

Sic conſtat, liqnet, patet, euenit, competit, ſuppetit: Ex prædictis aliqua in tertijs perſonis perſonaliter fere vſurpantur vt hoc conſtat ſeu liquet mihi ideſt manifeſtum eſt, ſed liquet caret præterito vt ait Phocas. Item dicimus mihi placet eſſe bono. Sic Cicero. Vt his ingratis eſſe non liceat: dicebatur etiam mihi placet eſſe bonum ſed ſubauditur accuſatiuus vt ſit, mihi placet me eſſe bonum.

Tertia ſpeties habet verba imperſonalia ſi habeant accuſatiuum patientem ante ſe, & poſt infinitiuum agentem vt me delectat legere: ſine infinitiuo fiunt perſonalia, & volunt nominatiuum agentem, & poſt accu=

ſatiuum patientem vt virtus delectat me.

Delectat	*bat*	*auit*	*per delectare*
Iuuat	*bat*	*iuuit*	*per iouare*
Decet	*bat*	*decuit*	*per eſſere decente*
Dedecet	*bat*	*dedecuit*	*per non conuenire*
Oportet	*bat*	*oportuit*	*per eſſere neceſſario*

Sed decet oportet in tertijs pſonis pſonaliter vſurpamus. Nota ꝙ omnia verba quæ ante ſe poſſunt habere infinitiuum loco nominatiui, inter imperſonalia connumerari videntur vt cunctis obeſt amittere tempus: ſcribere lædit ſtomachum: bibere merum offendit celebrum. Sic Verg. Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros. Inueniuntur etiam verba paſſiua cum infinitiuo loco nominatiui. Verg. Si datur italiam ſotijs & rege recepto Tendere: & ſic de ſimilibus.

QVartæ ſpetiei verba hodie ſunt imperſonalia ſemper & habent ante ſe accuſatiuum patientem, et poſt ſe infinitiuum vel genitiuum agentem, vt me tædet legere vel vitiorum.

Tædet	*bat*	*pertæſum fuit*	*per increxere*
Miſeret	*bat*	*miſertum fuit*	*ꝑ hauere miſericordia*
Pœnitet	*bat*	*tuit*	*per pentirſe*
Pudet	*bat*	*duit*	*per vergognarſe*
Piget	*bat*	*guit*	*per dolerſe*

Sic pertædet diſtædet ideſt valde tædet: Depudet eſt pudorem amittere. Tædet refertur ad tædium animi:

& habuit tæduit nam pertæſum fuit mutuatur a' pertæ det.Piget refertur ad dolorem vel ad pigritiam, & ha buit piguit & pigitum eſt vt ait Gellius.Miſeret nõ iun gitur infimtiuo,quia non dicitur me miſeret legere.

QVintæ ſpetiei verba ſi iungantur infinitiuis im perſonalium fiunt imperſonalia, & cæſum vo= lunt quem illa infinita,vt mei incipit tædere te:ſi vero iungantur perſonalibus fiunt perſonalia,vt ego incipio amare virtutem.

Debet	*ebat debuit*	*per deuere*
Solet	*ebat ſolitum fuit*	*per ſolere*
Incipit	*ebat incepit*	*per incomenzare*
Deſinit	*deſinebat deſiuit*	*per ceſſare*
Poteſt	*poterat potuit*	*per potere*

Dicimus a' te incipit legi ideſt tu incipis legere:ſic a te incipit ſtari a' te incipit benefieri mihi: tu vis a' te iri ideſt tu vis ire:volo te vapulare a' me:volo te gaudere me vel propter me:nam non dicitur mei vult tædere te ſed ego volo te tædere mei,quia perſona volens ſemper in nominatiuo eſſe debet.

SExta ſpeties habet ante accuſatiuum patientem cum præpoſitione,ad,& poſt ſe infinitum agentem vt ad me actinet legere:Sine infinito fiunt perſonalia, & ha= bent ante ſe nomiuatiuum agentem, & poſt ſe accuſati= uum patientem vt hoc actinet ad te.

Spectat	*bat*	*ctauit*	*per appartenire*
Attinet	*bat*	*attinuit*	*per appartenire*
Pertinet	*bat*	*pertinuit*	*per appartenire*

SEptimæ ſpetiei verba ſunt ſemper imperſonalia, & habent ante ſe ablatiuum agentem cum, a, vel, ab, & poſt ſe datiuum patientem vt a' me benefit tibi.

Benefit	*ebat benefactum fuit*	*per fareſſe bene*
Satiſfit	*ebat ſatiſfactum fuit*	*per ſatiſfareſſe*
Malefit	*ebat malefactum fuit*	*per fareſſe male*

De verbis imperſonalibus paſſiuæ vocis.

VErba imperſonalia paſſiuæ vocis deſcendũt a' verbis deſinentibus in, o, quæ habeant nominatiuum agentem & ſunt verba actiua: neutra acquiſitiua, tranſitiua, & abſoluta. Sed quæ a neutris: acquiſitiuis & abſolutis deſcendunt, poſtulant ante ſe ablatiuum, a, vel, ab, perſonæ agentis, & poſt ſe caſum ſuorum verborum vt a' me ſeruitur tibi: & a' me itur ad templum. Si vero ab actiuis & neutris tranſitiuis fuerint deducta ponuntur vere abſolute vtrinq; vel habent ablatiuũ dumtaxat. At hodie in actiuis & neutris tranſitiuis potius confugiendum eſt ad paſſiuum q̃ ad imperſonale. Significant autem imperſonalia paſſiuæ vocis actionem ſemper, & vt plurimum cum quadam generalitate vt communi vtilitati ſeruiatur ideſt omnes ſeruiant: dicitur etiam a' me ſtudetur ideſt ego ſtudeo: a' te curritur ideſt tu curris. Et formantur a' tertijs perſonis addita,

ur, vt currit curritur, ſed præteritum fit a' primo ſupi no cum verbo ſubſtantiuo vt curſum fuit in vnica dictio ne ne putetur paſſiuũ. Et vt Diomedes & Phocas aiunt imperſonalia paſſiuę vocis carent futuro imperatiui, nec minus infinitiuo, gerundis atq; ſupinis, de infinitiuo vero ambiguum eſt.

Seruitur ebatur ſeruitum eſt per ſeruire
Statur batur ſtatum eſt vel fuit per ſtare

De infinitiuis verborum.

INfinita ante ſe poſtulant accuſatiuum, & poſt ſe caſum ſuorum verborum ut me amare te iuſtum eſt: te amari a' me ſanctum eſt: illos amauiſſe me perſonas amatas fuiſſe a te: ſic per futurum ut uideo perſonas ſecutum ire, me ſpero te amatum ire uel amaturum eſſe me: uideo matrem tuam amatum iri uel amandum eſſe a te non autem amandam quia eſſet participium: nam legimus apud Ciceronem. Hanc ſibi rem præſidio ſperant futurum: & apud Aulum gellium Credo ego inimicos meos hoc dicturum, & non dicturos, & ſubiungit quia modus indefinitus neq; in numeros neq; in perſonas neq; in genera diſtribuitur. ſed omnia iſtæc una eademq; declinatione complectitur: hæc ille. Dicimus etiã præcipio tibi legere: uel te legere: cupio te abire humilem: doleo te incedere ſuperbum. Infinita pro imperfecto indicatiui poſita habent nominatiuum ut illi inuidere mihi pro inuidebant: & hoc apud poetas & hiſtoricos uerius. Sed hoc infinitiuum, eſſe, cum alijs ſimi

lium copulatiuis quem ante ſe caſum habet:eundem poſt ſe requirit : vt ego volo eſſe bonus, tu cupis eſſe iuſtus: mihi placet eſſe ſancto:natura dedit tibi eſſe litterato: tibi placet euaſiſſe docto:ſi dixeris doctum ſub intelliges te vt ſit,tibi placet te euaſiſſe doctum:tua petri interest eſſe periti:perſonarum intereſt eſſe iuſtarum, diceris fuiſſe inglorius,ille dicitur ſecutus eſſe virtutem,tuæ ſorores dicuntur ſecutæ fuiſſe te:tu videris mihi eſſe induſtrius. At infinita *impersonaliũ* volunt *caſum* ſuorũ verborum vt *mei tædet te : mei tædere te :* Imperſonalibus *tamen paſſiuæ vocis debet exprimi ablatiuus : vt volo a' me ambulari ideſt volo ambulare:a te incipit legi.i. tu incipis legere:a te ſolet ſeruiri mihi ideſt tu ſoles ſerui re mihi:volo ame amari ideſt volo amare:nam volo te amari a' me ideſt volo* ꝙ *ameris a' me,eſt paſſiuum.*

De Gerundijs.

GErundia *ante ſe non regunt caſum,poſt vero exigũt caſum ſuorum verborum.*Gerundia in,di,ſi veniát *a' verbis ſignificantibus actionem : ponuntur actiue vt ſum hic cauſa amandi virtutem :* Si vero veniant *a' ſignificantibus paſſionem paſſiue ponuntur* vt *tu clamas cauſa vapulandi a' me.*Ab *imperſonalibus rarius fiunt gerundia:*at Cicero *de finibus* ait Reliquit *cauſas pœnitendi,&c.*Idem.*Pœnitendum putem.* Gerundia in do: *et in dum:tam actionem* ꝗ *paſſionem ſignificare poſſunt,* vt *legendo librũ profitio.i.dum lego:cantando rumpitur anguis.i.dum ei incantatur* vt *exponit* Seruius.Ego

ſum paratus ad intelligendum ideſt vt intelligam vel vt intelligar.Paſſiue vero ponuntur abſolute vt legendum eſt eundum eſt:& neceſſitatem quandam ſignificare uidentur.Actiue autem ſæpius cum caſibus vt pacē℗ a'rege petendum:pœnas in morte timendum: ſic nobis hodie legendum eſt Vergilium.Et cum prępoſitione vt ad numerandum veni.Interagendum.i.dum agis. Paſſiue etiam cum aliquo adiectiuo vt tua domus eſt aperta aduidendum.i.vt videatur.At illa quę declinantur per omnes caſus non dicuntur Gerundia ſed gerundiua ſeu participalia nomina,legitur enim in cornucopia ℗ a'gero deriuatur gerundium ſiue gerundiuū quod ſub vna voce actiuū & paſſiuum ſenſum gerit,hæc ille.Nā ſum hic cauſa amandi virtutem vel cauſa legendi libros eſt gerundiū,ſed ſum cauſa amādæ virtutis vel legendorū librorū eſt gerundiuū.Amando virtutem vel legēdo libros profitio eſt gerundiū:ſed in amanda virtute vel in legendis libris profitio eſt gerundiuum. Vado ad amādum virtutem vel ad legendum libros eſt gerundium: ſed vado ad amandum virtutem vel ad legendos libros eſt gerundiuum. Item in legendis libris profitio eſt gerundiuum:quia iūgitur tempori pręſenti:& denotat me nunc legere & adminiſtrare actum rei. At in legendis libris profitiam eſt participium,quia adiungitur tempori futuro: & non ſignificat me nunc legere ſed lecturum libros. Nam gerundium ſiue gerundiuum ſignificat adminiſtrationem rei ſcilicet præſentis ſine tempo

re ſcilicet futuro: At participium ſignificat tempus ſcilicet futurum ſine adminiſtratione rei ſcilicet præſentis. Gerundium dicitur quaſi gerens duo ut dixi. Gerundia ſicut etiam ſupina uere ſunt uerba infinita, nam ſi infinita uerba dicuntur quæ nec diſtinguunt numeros nec perſonas, multo magis gerundia dicentur uerba infinita quæ quum ſignificent actionem uel paſſionem nec diſtinguunt numeros nec perſonas nec tempora et ſequuntur naturam ſuorum uerborum & habent, o, ad placitum ſicut verba. De Gerundijs tamen multi diuerſa ſenſerunt, nam alij nomina, alij uerba, alij partem orationis per ſe aſſerere conati ſunt.

De ſupinis.

SVpina in, um, iunguntur uerbis ſignificantibus motum ad locum ſicut gerundia in, dum, ut uado lectum & ad legendum: ſic eo uapulatum ideſt ut uapulem: nam do filiam nuptum & ſum admiſſus ſpectatum obtinent in ſe motum latentem. Veniẽtia a ſignificantibus actionem hodie ſemper ponuntur actiue ut eo petitum ius. Supina uero in, u, ſemper hodie ponuntur paſſiue ut bonum factu ideſt ut fiat: Et iunguntur adiectiuus ut mirabile dictu, uel habentibus uim adiectiuorum ut nefas dictu ideſt ut dicatur. Valerius dixit opera ardua imitatu ſcilicet ut alij imitarentur: ſic digna locutu: Tu es dignus gubernatu. i. ut guberneris ſi eſt ſupinum: ſed tu es dignus gubernatu rei publicæ ideſt ut gubernes eſt nomen quartæ flexionis ſic ſtatius, Quem

tunc venatu rediturum ideſt a' venatione:ſic ſurgo cubitu ideſt a cubatione:nam non poſſumus dicere venio amatu vel ab amando ſed ab amore ſeu ab amatione: Supinum appellatur,quia quum habeat vocem participij paſſiui,tamen reſupinatur hoc eſt conuertitur in actiuam ſignificationem vt vado auditum ideſt vt audiam. Supinum vero in,u,quum videatur eſſe ablatiuus quartæ quiſignat actionem tamen conuertitur in paſſionem vt hoc eſt dignum ſcitu ideſt vt ſciatur.

De ſpetie verborum.

Libuit deinceps iuſtis de cauſis verborum ſpeties ſubiungere.Eſt autem ſpeties accidens quo primitiuum a' deriuatiuo dignoſcitur: Speties verborum ſunt duæ ſcilicet primitiua vt amo:Deriuatiua vt amor. Deriuatiuæ verborum ſpeties ſunt ſex ſcilicet Inchoatiua:Meditatiua.Frequentatiua;Deſideratiua:Diminutiua; & Denominatiua.

De verbis in,ſco.

Verba in,ſco,a Priſciano dicuntur inchoatiua vt caleſco ideſt incipio calere: ſed Laurentius dicit ea verba ſignificare continuum incrementum:vel id quod verba compoſita per Fio:vt caleſco ideſt magis magiſque caleo:vel calefio.Et formantur a' ſecunda perſona indicatiui addita,co,vt tepeo tepes tepeſco,ſcis,ſic Frigeſco, Areſco,Pingueſco,Palleſco,Macreſco, Horreſco, Miteſco, Matureſco, Caneſco,Iuueneſco, Seneſco, Labaſco, Obdormiſco,Miſereſco,Igneſco,Contremiſco, Expaueſ

ſco, Deliteſco, Sordeſco, Hilareſco, Rareſco, Floreſco, Reſciſco, Dulceſco, Sterileſco, Adhæreſco. Concupiſco, Augeſco: Sic Herbeſcit, dumeſcit. Item Grandeſco, Lapideſco, Lenteſco, Graueſco, Crudeſco, Silueſco, Crebreſco, Flammeſco, Puereſco. Quædam non ſignificāt inchoationem quum ſint inchoatiua vt Aſſciſco ideſt attraho: Conſciſco mihi mortem, Deſciſco a' te ideſt rebello: & mutuantur præterita a' primitiuis vt Adoleſco adoleui, Aſſciſco aſſciui ab Aſſcio quod venit a' Scio ſciui. Alij tamen dicunt q̧ hæc verba carent præteritis. Quædam habent terminationem inchoatiuorum dumtaxat vt Poſco, Diſco, Gliſco ideſt creſco ſeu pingueo: Verba in, ſco, habent fere paſſionem ex ſe: illa vero in, fio, extrinſecus illatam vt Madeſco ſudore: Madefio pluuia. Sunt autem hæc uerba neutra: & tertiæ coniugationis: Et conſtruuntur ſicut primitiua vt caleſco ſole: Adhæreſco tibi, Concupiſco hanc rem: & ſic de cæteris.

De verbis in, rio.

Verba in, rio, appellantur a' Priſciano meditatiua quæ laurentius recte appellat deſideratiua: quia deſiderium potius q̄ meditationem oſtendunt parturio ideſt cupio parare. Et fiūt ab vltimo ſupino addita, rio, vt eſu eſurio: ſic cœnaturio, amaturio, dicturio, micturio a' meio. Proſcripturio, apud Ciceronem, Lecturio, Empturio apud Varronem, Nupturio apud Apuleium: & vix plura quæ tamen niſi apud doctos inueniantur

vſurpari non debent. Ponuntur *etiam pro primitiuis vt ſcaturio idest ſcateo vt tua olla ſcaturit ideſt ebullit. Sunt autem quartæ coniugationis & neutra & q̃ rariſſima.*

De *verbis frequentatiuis*.

V*Erba frequentatiua deſinunt in,to,vel in,ſo,vel in, tor,vel in,xo:& fiunt ab vltimo ſupino verſo,u,in, o,vt curſo,as,ideſt frequenter curro,vecto,as,ideſt frequenter veho,inde vectito,as,ſic Scitor,aris et ſciſcitor aris ideſt frequenter ſcio:*Nexo *as &,is,xui,xum,ſecundum* Priſcianum *a necto,is,xui,nexum,ideſt ligo.Si ſunt primæ coniugationis mutant,a,penultimum ſupini in,i, breue* vt rogo,*as,rogatu inde* rogito,*as,a'* volo,*as,volito,as,ſic imperito, as,* Cœnito,*as,* H*æc ſi veniant ab actiuis formant ex ſe paſſiua* vt *allitio,cis,allecto as,& allector,aris,* V*exo,as,ideſt agito & moleſto inde vexor,aris,videtur frequentatiuum a' veho,is,* Q*uædam fiunt a' ſecunda perſona præſentis indicatiui abiecta,s, & addita,to,vt lego legis legito,as,ſic fugito,agito,cogito,quærito,noſcito,*At *ægreo ægres facit ægroto,as, ſequor ſector,aris,per ſyncopen* , A *moueo,moto,as,* A *mergo merſo,as.*Fiunt *etiam ab alijs frequentatiuis* vt *curſito,as,ſic lectito,hæſito,ſcriptito,actito,dictito,fuctito,emptito* , A'*fluo,is, deriuatur fluito,as.* Omnia *ſunt primæ coniugationis & ſeruant genus primitiuorum: præter ſcitor a' ſcio.*

De verbis in,ſo.

VErba in,ſo, nominantur a Priſciano deſideratiua ſed Valla rectius dicit ſignificare motum corporis vel quantum primitiua vt laceſſo, is,iui, itum ideſt ad lacerandam eo ſeu lacero:faceſſo,is,faceſſi faceſſitum ſecundum Priſcianum : ſecundum alios faceſſum ſed verius caret vtroq; ideſt eo ad fatiendum vel fatio:interdum accipitur pro recedo vt faceſſe hinc ideſt recede. capeſſo capeſſi capeſſum ſed Diomedes dicit capeſſiui capeſſitum ideſt eo ad capiendum vel capio. Viſo,is,viſi, viſum ideſt eo ad videndum a quo viſito, as,frequentatiuum. Accerſo, is, accerſiui accerſitum ideſt ad acciendum ideſt vocandum eo : idem eſt accerſio,is, actiuum quartæ : ſed Arceſſo, is, ab arceo,es, ideſt eo ad accuſandum nam qui alium accuſat videtur eum a maleſitijs arcere ideſt remouere : vnde Cicero Arceſſitur Cepio maieſtatis & actiuum eſt. Item arceſſo ab artio pro adtio mutata,d,in,r, antiquitus ideſt voco. Peteſſo,is,apud Ciceronem ideſt auide peto:eſt verbum antiquum ſicut impetraſſo,is, reconciliaſſo.Plautus artem expeteſſam. Cyathiſſo,as, ideſt auide tracto cyathos , vel poculum porrigo ſicut pincernæ dum dominis propinãt,Pythagoriſſo apud Apuleium ideſt auide loquor more pythagoreorum philoſophorum. Prima ſunt tertiæ coniugationis & neutra nec fere certam formam habent.

De verbis diminutiuis in,lo.

Verba in,lo,ſunt diminutiua vt Sorbillo,as,ideſt minutim ſorbeo & quaſi pitiſſo,Garulo,as, a' garrio ideſt inepte loquor; Cauillo, as, a' caluo, is, ideſt decipio. Titillo, *as,ideſt per blandimenta pro uoco tangendo ſub alis.Lallo,as,proprie eſt infantium quum irati mammas ſugere nolunt: ſignificat etiam blande loquor more infantium.* Et *formantur a' prima perſona indicatiui vltima littera conuerſa in illo: vt ſorbo ſorbillo: vaco vacillo ideſt incoſtans ſum & alternatim moueor,Sugo,ſugillo ideſt expercuſſione carnem maculo, vel ſugendo liuorem ſeu nigredinem induco: ſignificat etiam deridere, detrahere, accuſare, damnare: & reprehendere. Scintillo, as, a' ſcintilla quaſi ſcindilla quia ſcinditur a' re ignita.*Hæc *ſunt primæ coniugationis: & pauciſſima: & ſeruant genus primitiuorum.*

De *verbis denominatiuis.*

Denominatiua verba dicuntur quæ ab aliquo primitiuo deriuantur vt a' rure Ruſticor,*aris, a' philoſopho* Philoſophor,*aris,ab auro* Auro,*as,& inauro,as, ab ære Æro,as,ab hyeme* Hyemo,*as,&* Hyberno,*as.i. in hyeme alicubi ſtationẽ ſatio: & ab æſtate Æſtiuo,as, ideſt propter æſtum euitandum alicubi moror. Æſtuo, as.i.calore ferueo: a' fortuna* Fortuno,*as.i.proſpero: ab albo,as,venit albico,as.i.aliquantulũ albus ſum: a' vello,is,deſcendit* Vellico,*as.i.nimium vello ſiue lacero: a' pabulo deriuatur pabulor* Pabularis*.i.eo quęſitũ pa-*

bulum: a' frumento Frumentor,aris, ab aqua Aquor, aris,a' ligno. Lignor,aris ideſt eo quæſitum ligna: a' poeta Poetor,aris ideſt do operam poeſi:a' cornice Cornicor,aris, a' radice Radicor,aris, a' marito Marito, as,ideſt marito alicui aliquam aſſotio: a patre patrizo vel patriſſo:a' fodio,is,Fodico,as,& eſt minus q̃ fodio. A foco deſcendit Focillo,as,& focillor deponens.i.nutrio:inde Refocillo ideſt recreo. A perendie quod vulgo dicitur poſt cras deſcendit Perendino,as,ideſt in longum de die in diem differo:vel in diem tertium dilato. Ab intro Intro,as, A ſuper Supero,as, a' nocte Pernocto,as, ideſt per noctem aliquid facio ſiue dormio ſiue vigilo ſiue quieſco ſiue ambulo,rarius totam noctem inſomnem duco:ab hærede Exhæredo,as,a luce Luceo, es,xi, Pampino,as, ideſt pampinos decerpo ſeu coles a' ſarmento:nam colis eſt pampinus. Item colis eſt caulis, collis vero eſt minor mons: Malleolus eſt palmes nouus vitis:& etiam eſt paruus malleus:palmites dicuntur vnde erumpit vua: Sarmenta vero ſunt virgulæ vitium ſupervacuæ & abſciſſæ.

De participijs.

PArticipium eſt pars orationis declinabilis quæ pro uerbo accipitur:ex quo naturaliter deriuatur, genus & caſum a' nomine, tempus & ſignificationem a' uerbo:numerum & figuram ab utroq; ſuſcipiẽs. Participio accidunt ſex ſcilicet genus:et caſus tempus,ſignificatio, numerus,& figura. Participium ante ſe nõ regit caſum:

poſt ſe uero exigit caſum ſui uerbi. A *uerbo actiuo duo participia deriuantur:unum in,ans,uel ens,tẽporis præſentis & præteriti impfecti mutata,bam,in,ns,ſic amabã amãs ut amãs uirtutẽ profitio.* Excipe *ĩ neutris,eo,queo cũ ſuis quæ mutãt,bam,in,ens,ut iens euntis,trãſiens trãſeuntis.* Alterum *futuri in rus: ab ultimo ſupino addita, rus,ſic amatu amaturus ut amaturus uirtutem profitio.* Hæc *uerba actiua carent ſupinis & participijs in, rus, ſcilicet.* Cerno *quod in præterito habuit creui & cerni et in ſupino cretũ,* Poſco, Metuo, *timeo.* Vrgeo *ideſt con ſtringo:* Ambigo *ideſt dubito,quod etiam caret præterito.* Linquo,*is,habuit lictum inde remanſit relictum.* Arceo,*es.i.procul pulſo ſeu remoueo:* Viſo,*is,* Diſco Sugo, *is,ſuxi,habit ſuctum & ſugitum.* Refello*.i.nego :* Labo *.is,et lingo.is.i.aliqd lingua molliter tango.* Caluo,*is.i. decipio:* Cõpeſco.*i.refreno.* Diſpeſco,*is.i.diuido.* Renuo *is.i.renũtio & refuto.* Reſpuo,*is.i.recuſo.* Ango,*is,ideſt affligo & ſuffoco habuit anxi anctum & in paſſiuo anſus ſum pro quo dicimus anxius ſum.*

A *uerbo paſſiuo duo pticipia deſcẽdũt unũ in,us,pteriti pfecti & pluſq̃ pfecti tpis ab extremo ſupino addita,* S, *ſic amatu amatus ut amatus a' patre ſtudui.* Nota *q uerba carẽtia ſupinis nõ hñt pticipia in,rus,ut poſco,timeo.* Alterũ *futuri in,dus,a' genitiuo pñtis pticipij mutata,tis in,dus,ſic amantis amãdus ut amãdus a' patre ſtudebo.* A *uerbo neutro duo participia formantur unum præſentis & præteriti imperfecti temporis ut ſeruiens.*

Alterum futuri vt ſeruiturus. Neutra tranſitiua habent quatuor participia vt arans araturus, aratus & arandus. Aliqua neutra habét tria participia ſcilicet placeo placens placitus & placiturus ſic Aſſueſco: Audeo, Fido. Soleo, Mereo Titubo: quorum participia in, us, ſignificant actionem vere vt ſum aſſuetus virtuti. Hæc etiam habent tria participia ſcilicet Gaudeo, nubo, pateo, vt nubens, nupta, nuptura: & exprimunt paſſionem. Hæc etiam habent tria participia ſcilicet prandeo: Cœno, poto, iuro: & habent duplex præteritum vt prandi & pranſus ſum: potaui & potus ſum: quorum participia præteriti accipiuntur actiue & paſſiue vt ego potus vinum: & vinum potum a me. Fio hodie non habet participium: nam fiens & fiendus abſoluerunt: remanſerunt tamen factus & fatiendus a fatior quo vſi ſunt antiqui. A ſum es eſt deriuatur ens quo vſus eſt Cæſar: & eſt infrequenti vſu dialecticorum: Compoſita eius carent participijs præter Abſum abſens: præſum præſens: ſed potens vt ait Diomedes eſt nomen. At cœptus deriuatur, a, cœpi defectiuo. Notus a noui & a noſcor. Nota ꝙ inchoatiua vt Horreſco: & meditatiua vt cœnaturio carent ſupinis præter parturio & eſurio: Item nolo, malo, & omnia neutra ſecundæ coniugationis fatientia præteritum in, ui, diuiſas carent ſupinis vt pallui: Exceptis placeo, noceo, libeo, careo, pateo, Torreo, oleo, valeo, doleo, lateo, algeo, fulgeo, ardeo, taceo liceo, quæ habent participium: vt placiturus, nociturus.

Ad hæc carent ſupinis & participijs in,rus:ſcilicet ſtrideo ſiue ſtrido:ſterto,rudo,mico,æſtuo,pſallo, conquiniſco, parco,peperci,ſcando,mando,is,ſcabo,ſcalpo, pa ueo,horreo,gliſco,luo,luceo,tremo ſatago,dego,Conniueo: Sic etiam quæ carent præteritis vt ferio percuſſi: furio inſaniui:ſic tollo,quaſſo,fido,ſiſto, veſcor,medeor liquor, reminiſcor: quæ mutuantur præterita ab alijs. Futurus eſt participium a' ſuo antiquo :ſed nunc eſt verbi ſubſtantiui vnde profuturus, defuturus. A verbo commum quatuor participia emanant ſcilicet largiens,largiturus.largitus & largiendus:ſed in,us,poteſt accipi actiue & paſſiue,in,dus,vbiq; paſſiue, reliqua actiue. A verbo deponenti tria participia procedunt ſcilicet ſequēs ſecutus & ſecuturus:interdum a' deponentibus vſurpantur participia in,dus,vt ſequendus, imitandus,vtendus,præſertim apud poetas,ſicut in neutris carendus,vigilandus,dolendus, interdum participia præteriti vſurpantur paſſiue vt meditatus, comitatus,oblitus. Ad imperſonalibus vere non fiunt participia:nam pœnitens pœnitendus,pudens pudendus, pigendus,decens,magis ſunt nomina.Item pertæſus ignauiam ſuam non eſt participium:quia tunc diceretur pertæſus ignauiæ ſuæ cum caſu ſui verbi, proinde pertæſus ignauiam eſt nomen figurate accuſatiuo iunctum,ſicut oſus peroſus exoſus bella ideſt habens odio bella. In ablatiuis abſolutis requiritur q cum ſubſtantiuo ſit participium vel nomen verbale vt me ducente vel me

ductore capre viam. Participium reſoluitur in relatiuũ & verbum ſeruato tempore vt amans ideſt qui amat vel amabat: amaturus ideſt qui amabit: amatus ideſt qui amatus eſt vel fuerat: amandus ideſt qui amabitur: iccirco vbi non eſt participium confugimus ad relatiuum & verbum vt la lectioni da eſſeri ſtudiata dati mi plachira: ſic ſit lectio cui tu ſtudebis placebit mihi. Item reſoluitur participium in verbum per aduerbia temporis ſcilicet dum donec: poſtq̃ vt legẽte magiſtro proficis ideſt dũ legit: lecto Vergilio cœnabis ideſt poſtq̃ lectus erit. Quædam participia ſubſtantiuantur vt hic oriens, occidens, profluens: Hæc animans: conſonans, prægnans, continens, hoc accidens, contingens, antecedens, conſequens.

Quædam formantur inæqualiter ſcilicet oriturus: naſciturus, nanciſciturus, moriturus, pariturus, ruiturus, ignoturus ſiue ignoſciturus: noſciturus a noſco: fruiturus, lauturus ſiue loturus. Quædam in voce paſſiua actionem ſignificant vt circumſpectus ideſt qui circumſpicit: ſic conſideratus, diſertus, diſcretus, argutus, aſſuetus, ignotus, profuſus, ſcitus, complacitus, adultus, defectus, ſic cautus, tutus, contentus, falſus, tacitus, fœtus, ex quibus etiam aliqua interdum accipiuntur paſſiue. Quædam in voce actiua paſſiue vſurpantur vt negotium euidens. i. quod aperte videtur; ſic volentia plauſtra: & voluentibus annis paſſiue accipiuntur. Sunt quædam nomina participijs ſimilia vt galeatus: ſcuta-

tus,paludatus,togatus,prætextatus,trabeatus, brachatus a' veſte:baccatus a' bacca ideſt gemma,comatus,criſtatus,haſtatus,ſtellatus,litteratus,turritus,aſtutus, hirſutus,pileatus,tunicatus,gemmatus,caligatus,penulatus, ocreatus, lunatus,pellitus,crepidatus, ſoleatus, manicatus,anulatus,crinitus,cirritus a' cirris capillorum, cornutus, faſtigiatus,lacernatus,petaſatus,ceruſſatus, barbatus,perſonatus,capitatus, picturatus, ſagatus, loricatus,funeratus,glaciatus:& cætera talia.

Sunt alia quæ cum tempore fiunt participia vt doctus litteras:ſine tempore fiunt nomina vt vir doctus:vir armatus. Sunt quædam participia abſq; verbis vt triumphatus nam triumphor non dicimus:ſic regnatus:laboratus,erratus,decurſus, & ſimilia:niſi dicamus q̃ veniant a' neutris tranſitiuis. Genera participiorum ſunt quatuor ſcilicet maſculinum vt lectus: fœmininum vt lecta: neutrum vt lectum: omne vt legens. Caſus ſunt ſex ſicut in nomine. Tempus eſt triplex ſcilicet præſens cum imperfecto vt amans: præteritum perfectum cum pluſq̃ perfecto vt amatus: futurum vt amaturus & amandus. Significatio eſt multiplex: nam ab actiuo eſt ſignificatio actiua:a' paſſiuo paſſiua: & ſic de reliquis.

Numeri ſunt duo ſicut in nomine. Figure participiorum ſunt tres ſcilicet ſimplex vt terrens, compoſita vt perterrens: decompoſita vt perterrefaciens:licet Priſcianus dicat q̃ participia non poſſint eſſe figuræ compo-

ſitæ ſed decompoſitæ quia nõ per ſe componuntur ſed a compoſito deriuantur, nam quando per ſe componun tur tranſeunt in nomina vt indoctus. Aſſerit tamen idẽ ꝙ contactus & infractus & ſimilia ſint figuræ compoſitæ quia non ſeruant compaginem compoſitionis, nam eorum verba conſtant ex altero corrupto, & participia ex duobus integris vt infringor infractus: at quia nomini & verbo triplex figura aſſignatur, idem participio non denegetur. Participium tribus modis tranſit in nomen, ſcilicet conſtructione: compoſitione temporis amiſſione: Conſtructione quando non habet caſum ſui verbi vt amans virtutis. Compoſitione quum participium componitur non compoſito verbo vt indoctus: nam indoceor non dicimus. Temporis amiſſione quum amittit proprium tempus & ſignificatum vt amandus ideſt amari dignus: quidam addunt etiam comparatione participium tranſire in nomen ſed falluntur, nam prius eſt nomen q̃ comparetur, quia dicimus ſum amantior virtutis te non autem virtutem: prætere a participium tranſit in nomen in propria terminatione ſed amantior nõ eſt vox participij: at ſi dicamus ego ſum magis amans virtutis te tunc tranſiret in nomen in voce propria.

Participium fuit inuentum vt oratio eſſet breuior & dilucidior omiſſis relatiuis, aduerbijs: & coniunctionibus vt homo currens mouetur ideſt homo qui currit: cognitis cauſis ideſt poſtq̃ cognitæ fuerint cauſæ: legens diſce id eſt lege & diſce. Inuentum etiam fuit participium

neceſſitatis cauſa; quum multa per participium dicantur quæ per verbum dici non poſſent vt Circundedimus caſtris foſſam & vallum ne hoſtes venire poſſint & nos opprimere, quaſi foſſa & vallum ideo fiant ne hoſtes venire poſſint: quum ſola cautio & ratio hoc præſtare poſſint, itaq; dicendum fuit: ne venientes hoſtes aggrediendo nos opprimant. At illud exemplum ſcilicet Mulieres ornant ſe ne videntes eas homines derideant, non debet reſolui ſcilicet ne homines videant eas & derideant, quia ſic neceſſe eſſet vti participio: nam vident omnino eas homines, ſed potius reſoluetur ſic ne qui vident homines eas derideant, quia participium in relatiuum & verbum reſolui debet. Inuentum fuit etiam participium vt ait Priſcianus vt loco verbi adiungatur obliquis caſibus intranſitiue: quia quum non poſſint obliqui caſus adiungi verbis intranſitiue ſed tranſitiue tantum: iccirco loco verbi ſubit participium, nam ſoli nominatiuo verbum intranſitiue iungitur: ſed participium ſuplet vicem verbi vt in hoc exemplo bonus homo loquebatur vbi intranſitiue ſtat bonus homo: & tamen idem erit ſi dicam boni hominis loquentis orationem audiui, nam iſtud participium loquentis intranſitiue iungitur cum his duobus obliquis ſcilicet hominis & boni, ac ſi diceret bonus homo loquebatur & eius orationem audiui. Nomen igitur & verbum dumtaxat iunguntur intranſitiue per nominatiuũ & eamdem perſonam ſignificant vt ſum ego bonus:

nam ſatio & bonus eamdem perſonam ſcilicet me exprimunt.

De vulgaribus participiorum.

VVlgare participij tēporis præſentis in,ans,vel ens, ſic ſe habet: Eu inſignando ati vel damen trichi ti inſigno tu impari ſic ſit, Me docente tu diſcis. Item ſi mi auiſſi arricordato di quiſto mai lu auiria facto ſic ſit, Si huius meminiſſem nunq̃ id feciſſem. Item eu auendoti inſignato tu ti diuiriſſi arricordari di mi, hoc non potuiſt fieri quia latini carent participio præteriti actiui, & ſic ſit: Q uum ego te docuerim tu deberes meminiſſe mei. Item eu allegrandoti tu impari, & eu ancora maritādo atua ſoru ipſa ſi allegra, ſic ſit, tu gaudens propter me diſcis: & tua ſoror a me nubens lætatur. Item accoſtati alu diſcachanti ami, ſic ſit, Adhære illi a quo ſum exulans. Vulgare participij futuri actiui in, rus: Eu da inſignarti vel hauēdo da inſignarti mai ceſſiro, Ego docturus te numq̃ ceſſabo: interdum vtimur verbo ſubſtantiuo cum nominatiuo participij, hoc modo: tu hauendo da ſtari amiſſina & eu hauendo da eſſere to præceptori diuirai dari opera ala virtuti ſic ſit: Q uū tu Meſſanæ ſis commoraturus, ego vero tibi ſim præceptor futurus, virtuti incumbere debebis. Item eu ſu da fari & ſu dadiri multi coſi: ſic ſit. Ego ſum facturus et dicturus multa. Itē eu ſu da allegrare acti, et ſu da maritare atua ſoru: ſic ſit. Tu es propter me gauiſurus & a me tua ſo-

ror eſt nuptura. Vulgare *participij præteriti paſſiui Eu inſignato vel hauendo ſtato inſignato dati diuentai perito.* Ego *doctus ate euaſi peritus* : Item *canuxutu la cauſa la infirmitati facilmenti ſi curira* . Cognita *cauſa morbus facile curabitur.*Itē *legendoſi tulliu da lu maſtru ſi impariria da multu:hoc debet reſolui quia nō habemus participium paſſiuum temporis præſentis: ſic tamen fiet.*Dum *legeretur vel ſi legeretur vel quū legeretur* Cicero *a' magiſtro diſceretur a' multis.*Item *li ſpati apizati ala tua aravgiara ſu da eſſere adimandati iuſtamenti alu maſtru.* Gladios *quibus fixa fuit tua malus arabica vel qui fixi fuerunt tuæ malo arabicæ magiſter poſtulabitur.*Item *la lectioni inſignatu ati e bona.*Lectio *quam tu doctus fuiſti bona eſt.*Item *lacamixa viſtutu ati e noua,Induſium quod vel quo tu indutus fuiſti eſt nouum.* Item *o lectu & o ſeruutu dami & o allegratu da la maſtru auiditimi:ſic o tu cui lectio lecta fuit a' me:& cui ego ſeruiui & qui magiſtro gauiſus fuiſti audite me.* Item *tu hauendo mangiato lumeu pani & hauendo biuutu lumeu vinu arripuſaſti* : Tu *pranſus meum panem & potus meum merum quieuiſti.* Item Eu *bauendo ſequitatu li toi veſtigij non errai.*Ego *ſecutus tua veſtigia non erraui.*Item *vinuti li galei ligirai,*Poſtq̄ *venerint triremes tu leges.*Item *poi chi aiu mangiato per ſira vayu adormire oi acolcare*: Cœnatus *eo dormitum vel cubitum.*Item *abēchi lu homo ſia morto nētidiminu e da rēdirſi cuntu dila vita.*Mortuo *hoīe*

vitæ tamen ratio reddenda eſt.

Vulgare participij futuri in,dus, Eu da eſſiri *inſignato vel hauendo adeſſere inſignato da te diuentaro perito.* Ego *docendus a te peritus euadam.*Item *hauendoſi al legere* Vergilio *dalu maſtru e da eſſeri audutu cum diligentia,* Quum *a præceptore* Vergilius *legendus ſit, a nobis audiendus eſt diligenter.*Item *non ſi hauendo da perdere lu tempu impara preſto.*Quum *nō ſit amittendum tempus diſce q̄ primum.*Item *tu ſi da eſſiri allegrato dami.*Tu *es gauiſurus me vel propter me.* Item *li ſcientij inſignati ato patri ſuda eſſiri priuati alu maſtru,* Scientijs *quas doctus fuit tuus pater magiſter eſt priuandus.*Item Eu *canuxu tu da diuiri eſſeri lectu da mi & ſachu tu da diuiri ſequitari limei veſtigij ſic ſit per futurum infinitiui,*Ego *cognoſco tibi lectionem lectum iri ame.& ſcio te ſecutum ire veſtigia mea.* Item *ſi dichi liboni perſuni hauiri ſequitatu ati.* Dicuntur *bonæ perſonæ ſecutæ fuiſſe te:ſi dichi eu perdere lu tempu,* Dicor *tempus amittere.* Item *mi appare tu guadagnare lu tempu.*Tu *mihi tempus lucrari videris.*

De relatiuis.

RElatiuum *nomen eſt antelatæ re repræſentatiuum.* Relatio *antelatæ rei repræſentatio.* Relatiuum *eſt duplex ſcilicet ſubſtantiæ & accidentis.* Relatiuum *ſubſtantiæ refert antecedens ſubſtantiuum vt petrus qui currit mouetur.* Et *eſt duplex relatiuum ſubſtantiæ ſcilicet identitatis & diuerſitatis.*

Relatiuum identitatis ſeu ſimilitudinis eſt quod refert idem cum ſuo antecedente. & ſunt hæc.ſ.quin:quæ qd: is,idem,ipſe,ille,ſuus, ſui tres primæ particulæ ponuntur vel relatiue vt petrus qui ambulat laborat:vel interrogatiue, vt cur quæris qui ſim: vel infinite vt qui ſim neſcis. At *quis & quid ponuntur interrogatiue ſeu infinite tantum vt quis fuit:neſcio quis fuit:is & idem ponuntur relatiue vt deus amat iuſtos & idem damnat improqos.*Ipſe *etiam ponitur relatiue vt ego deum colo & ipſe benefacit mihi: & ponitur demonſtratiue vt ego ipſe feci:ſic ille,qui etiam ponitur redditiue ſicut is vt is ſeu ille qui ſcribit legit.*Suus *etiam ponitur relatiue vt deus diligit creaturas ſuas ſcilicet ipſius dei.*Item *ſuus ideſt proprius & conueniens.*Sui *ponitur reciproce vt petrus diligit ſe.* Interdum *relatiuum ſubſtantiæ ponitur pro relatiuo accidentis vt non ſum is quem putas ideſt non ſum talis qualem putas: quis tibi videor ideſt qualis.*Item *ambo & vterq; ponuntur relatiue vt petrus & martinus ſcribit et vterq; legit ſcilicet petrus & martinus,ſeu ambo legunt.*Relatiũ *ſubſtantiæ identitatis concordat cum ſuo antecedente in genere:numero et perſona vt petrus qui legit ſcribit.*Relatiuum *ſubſtantiæ diuerſitatis eſt quod refert antecedens diuerſum a' conſequente; & quis ſit ſub eodem genere vel ſpetie.tamen diſcordat ab antecedente quia non eſt idẽ ſed diuerſum: nam ſi dicam cerno laurum & cæteras arbores ſignifico laurum eſſe arborem ſub eodem ge-*

*nere,quia arbor eſt genus ad omnes arbores:tamen eſt diuerſum quia cæteræ arbores non ſunt laurus : & ſi dicam cerno hanc laurum & cæteras laurus ſub eadem ſpetie ſit quia laurus eſt ſpeties reſpectu arboris:& tamen eſt quiddã diuerſum quia cæteræ laurus non ſunt hæc laurus quã cerno,& ſic repreſentat antecedẽs diuerſum,a' cõſequente.*Hæc *ſunt relatiua diuerſitatis ſcilicet* Alius,alter, *reliquus:cætera cæterum nam cæter ſeu cæterus non eſt in vſu.*Alius *ponitur relatiue vt video petrum & alios homines:intelligo petrum eſſe hominem:ponitur etiam diſcretiue vt ego ſum alius a' te: & etiam ponitur diuiſiue vt diſcipulorũ alij legunt alij ſcribunt:*Et *ſi dicã cerno magiſtrũ cũ duobus alijs diſcipulis:ſignificabo magiſtrũ eſſe diſcipulũ quod eſt abſurdum:proinde caue ne vtaris his relatiuis diuerſitatis niſi antecedens fuerit eiuſdem naturæ cum conſequente.*

N*ota* ꝙ *ſuus & relatiua ſubſtantiæ diuerſitatis concordat cum conſequẽte in genere numero & caſu vt petrus rogat te vt cuſtodias domum ſuam:antecedens huius relatiui ſuã eſt petrus:& tamen concordat cum cõſequente ſubſtantiuo quod eſt domũ.* S*ic etiam ſi dicam cerno equos & alias feras:antecedens huius relatiui alias eſt equos & tamen concordat cũ feras.*Q*ui quæ quod interdum concordat cum conſequente ſi fuerit nomen propriũ:vt eſt,locus in carcere quod tullianũ appellatur:ſi vero ſequẽs fuerit appellatiuũ:põt cũ vtroꝗ cõgruere vt roſa quæ vel qui eſt flos pulcherrimus me delectat.*

De relatiuo accidentis.

RElatiuum accidentis eſt quod refert antecedens adiectiuum & conuenit cum conſequente ſubſtantiuo in genere & numero & caſu:vt tu es niger qualia ſunt tua mancipia, & diuiditur in decem regulas. In prima regula eſt hic & hæc talis & hoc tale cuius correlatiuum eſt qualis: quibus reſpondent nomina ſignificantia qualitatem vel intrinſecam vt bonus malus, vel extrinſecam vt albus niger: vel extrapoſitam vt diues paup̄ vt ſum bonus qualibus placet tuis filijs. In ſecunda eſt tantus, a, um, & quantus quibus reſpondent nomina ſignificantia quantitatem continuam vel diminutionem vt magnus, paruus, longus, breuis vt ego ſum̄ longus quantam vidiſti meam matrem. In tertia ſunt hi hæ hæc tot et quot indeclinata quibus reſpondent nomina numeralia ſignificantia quantitatem diſcretam vt habeo decem vnitas quot poſſides tu: & ſunt hæc ſcilicet vnus:duo, tres, quatuor, quinq̄, ſex, ſeptem, octo, nouem, decem, vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, ſexdecim decem & ſeptem vel ſeptemdecim: decem & octo vel duodeuiginti quaſi demptis duobus de viginti: decem & nouem vel vndeuiginti quaſi d̄ēpto vno de viginti, Viginti, viginti vnus vel vnus et viginti, nā quādo interponitur copula, minor numerus præcedit: viginti duo vel duo & viginti & ſic deinceps: triginta, quadragīta, qnquaginta,

ſexaginta,ſeptuaginta,octoginta ſecundum Priſcianum ſed ſecundum laurentium octoginta quem ſequere,nonaginta.Centum, centum & vnus vel vnus ſupra centum:& ſic deinceps:Ducenti,æ,a,tricenti,quadringenti,quingenti,ſexcenti.ſeptingenti,octingenti,noningenti,Mille:quod in ſingulari eſt neutrum vt mille hominum interfectum eſt habet in plurali hæc milia vt milia hominum interfecta ſunt:ſi vero præcedat ſubſtantiuum conueniunt in caſu vt habeo ſex tertia decem milia:ſed hi hæ hæc mille in plurali eſt adiectiuum vt mille homines, mille mulieres,mille mancipia. In quarta regula eſt hic & hæc quotennis & hoc quotenne carens correlatiuo cui reſpondent nomina compoſita ab anno vt anniculus,a,um,& hic & hæc biennis & hoc bienne:ſic triennis,quadriennis,quinquennis,ſexennis,ſeptẽnis,octennis,nouẽnis,decẽnis,& uix plura:vt ego ſum anniculus quotennis es tu, rectius, tamen dicitur quot annorum es, vel quotum annum ætatis agis? In quinta eſt quotus,a,um:carens correlatiuo cui reſpondent nomina ordinem ſignificantia vt ego ſum primus in hac vrbe quotus es tu in tua:& ſunt hæc ſcilicet Primus;ſecundus,tertius,quartus,quintus,ſextus,ſeptimus,octauus,nonus,deccimus,vndecimus,duodecimus, tertius decimus quartus decimus,quintus decimus, ſextus decimus,decimus ſeptimus, decimus octauus vel decimus & octauus vel duodeuigeſimus, decimus nonus vel vnde vigeſimus,Vigeſimus, vigeſimus primus,vel

primus & vigeſimus: & ſic deinceps, trigeſimus, quadrageſimus, quinquageſimus, ſexageſimus, ſeptuageſimus, octogeſimus, nonageſimus, centeſimus, ducenteſimus, tricenteſimus, quadringenteſimus quingenteſimus ſexcenteſimus, ſeptingenteſimus, octingenteſimus, Noningenteſimus vel nongenteſimus, milleſimus. Prae*dicta nomina interdum vltimum in ordine ſignant vt hic eſt milleſimus ideſt vltimus de numero millenario: interdum ſignificant vnum de numero qualiſcunque ſit: interdum ſignificant ipſum numerum ſimpliciter vt centeſimo numo ideſt centum numis.* Nota quod *quotus interdum ponitur pro quod vt quota hora eſt ideſt quot horae ſunt: quota portio ideſt minima pars.* In *ſexta eſt hic & haec & hoc quotuplex cis carens correlatiuo cui reſpondent Simplex duplex, triplex, quadruplex, quincuplex ſexcuplex, ſeptuplex, vel ſeptemplex, octuplex, nonuplex, Decuplex, vndecuplex, duodecuplex, tredecuplex quatuordecuplex, quindecuplex, ſexdecuplex, decuplex, & ſeptemplex, decuplex & octuplex* vel *duo deuigecuplex, decuplex & nonuplex* vel *vn deuigecuplex,* Vigecuplex, *vigecuplex ſimplex* vel *ſimplex &* vigecuplex: *& ſic deinceps, trigecuplex, quadragecuplex, quinquagecuplex, ſexagecuplex, ſeptuagecuplex, octogecuplex, nonagecuplex, Cētuplex, ducentuplex, trecentuplex, quadringentuplex, quingentuplex, ſexcentuplex ſeptingentuplex, octingentuplex, noningentuplex,* Millecuplex *vt habeo veſtem tripli-*

cem ideſt trium generum vel trium plicarum vel trium colorum quotuplicem habes tu ſcilicet tuam veſtem. In ſeptima eſt quotuplus,a,um, carens correlatiuo cui reſpondent nomina menſuralia ſeu ponderalia ſcilicet ſimplus,a,um, duplus,triplus,quadruplus, quincuplus, ſexcuplus,ſeptuplus,octuplus,nonnuplus,Decuplus,vndecuplus,duodecuplus,tredecuplus, quatuordecuplus, quindecuplus,ſexdecuplus,decuplus,& ſeptuplus,decuplus & octuplus vel duo de vigecuplus, decuplus & nonuplus vel vndeuigecuplus, Vigecuplus, vigecuplus ſimplus vel ſimplus & vigecuplus, & ſic de reliquis:trigecuplus, quadragecuplus, quinquagecuplus, ſexagecuplus,ſeptuagecuplus,octogecuplus,nonagecuplus,cētuplus,ducētuplus,tricētuplus,quadringētuplus quingentuplus,ſexcentuplus,ſeptingentuplus,octingentuplus, nongentuplus vel nongentuplus, Millecuplus vt meus ager reddit meſſem triplam quotuplam non reddit tuus. In octaua eſt hic & hęc cuias & hoc cuiate cui reſpōdent nomina patria ſeu gentilia vt ego ſum Meſſanenſis ſeu ſiculus cuias es tu. In nona regula eſt cuius,cuia,cuium,cui reſpondent nomina vel pronomina poſſeſſiua vel genitiui ſubſtantiuorum vt hæc domus eſt ſaturnia, vel mea,;vel ſaturni,cuios vidiſti hos agros. In vltima eſt quotenus,a,um, carens correlatiuo cui reſpondent ſinguli,bini,terni,quaterni: quini ſeni.ſepteni,octoni,nouem,Deni, vndeni, duodeni, ternidem,quaternideni,quinideni,ſenideni,dem ſepte-

ni vel deni et ſepteni, deniocłoni vel deni et octoni vel duodeuiceni, deni noueni vel deni & noueni vel unde uiceni, Viceni uiceni ſinguli uel ſinguli & uiceni pro uigeni ubi mutatur, gi in, c, triceni, quadrageni, quinquageni, ſexageni, ſeptuageni, octogeni, nongeni uel nonigeni. Centeni, duceni pro ducenteni: ſic treceni pro tricenteni, quadringeni, quingeni, ſexceni, ſeptingeni, octingeni, nongeni uel nonigeni, Milleni: ut uos itis bini quoteni boues adiugum, hæc nomina rarius declinantur ſingulariter ut quotenus canit chorus binus uel ternus? Dicimus etiam Cæſar legauit populo tricenos numos ſcilicet ſingulis legauit tricentos numos: nam ſi dixiſſet tricentos intelligeremus omni populo eſſe legatus trecentos tantum. Item iunguntur hæc nomina cum pluraliter declinatis vt nuptiæ: ædes, litteræ, ut dedi ad te unas binas ternas litteras, unam duas tres epiſtolas: ſic legauiſti mihi binas ædes, unas nonas alteras ueteres, nouæ mihi placuerunt, ueterum me pretæſum fuit. Præterea relatiuum accidentis eſt etiam duplex ſcilicet identitatis ſicut prædicta: & diuerſitatis ut aliuſmodi: alteriuſmodi: ut ego ſum albus & coruus eſt alteriuſmodi.

De interrogatiuis.

Interrogatiuum eſt rei dubiæ uel tamq̃ dubiæ poſtulatiuum: uel interrogatio eſt rei dubiæ uel tamq̃ dubiæ poſtulatio. Relatiua

ſubſtantiæ & accidentis poſſunt poni interrogatiue vt quis es tu? qualis eſt ille? Notã ꝙ *vter ĩterrogat de duobus vt vter horum eſt melior?* Q*uis vero interrogat de. duobus & pluribus vt quis oculorum tuorũ eſt acutior? & quis digitorum eſt minimus?* Q*uocumq; modo & per quemcumq; caſum ſit interrogatio: debet fieri reſponſio: vt vbi fuiſti? Illic: quem vidiſti? petrum.* Inter*dum tamen non licet reſpondere per eundem caſum vt quanti emiſti? reſponde duabus vntijs: vel paruo & magno:* Item *quotennis es? reſpondebis centum annorum potius q̃ centennis quod non inuenitur.*

De *diſtributiuis.*

D*Iſtributiuum nomen eſt ſignum ſeu nota diſtributionis ſic dictum eo ꝙ diſtribuit multa multis: vt quiſq; veſtrum legit: nunc lectio diſtribuitur vobis omnibus.* D*iſtributiuũ eſt duplex ſcilicet affirmatiuum vt quiſq; quilibet quicunq;: omnis ambo, vterq;:* Et *negatiuum vt nullus, nemo, neuter.* Et *conſtruuntur cum genitiuo plurali vel ſingulari nominis collectiui vt nullus iſtorum vel populi.* Dicitur *etiam nullus inter iſtos vel nullus ex iſtis: ſic etiam dicitur nullus homo:* Q*uiſq; & quilibet differunt: nam elige quemq; iſtorum numorum ideſt omnes iſtos numos: ſed elige quemlibet iſtorũ ideſt vnum quem volueris: licet apud logicos et poetas quilibet ſit terminus vniuerſalis.* Q*uiſquis & quicũq; requirunt poſt ſe aliam orationem vt* Q*uiſquis ſaluari cupit: malorum contagia vitet.*

De *partitiuis,*

De partitiuis.

PArtitiuum nomen eſt quod partem trahit a' toto cum quo partitur,& cum eo debet conuenire in genere vt hominum aliquis bonus aliquis malus. Et ſunt hæc partitiua ſcilicet alius,alter,quidam, aliquis,vter, alteruter,quicumq; quilibet: & reliqua quæ partitiue ponuntur vt ſunt numeralia ſcilicet vnus: duo & reliqua:et ordinalia vt primus ſecundus.In partitione tria requiruntur ſcilicet pars,totum,& ꝙ pars regat totum, nam dicendo aliquis hominum legit,ille genitiuus regitur ex vi iſtius nominatiui aliquis qui cõſtruitur cum genitiuo.Si vero totum fuerit complexiuum ſeu integrale ſeu materiale, tunc partes in neutro vel fœminino genere ponuntur,vt huius domus aliud vel alia pars eſt paries,& aliud vel alia pars ſunt tegulæ: At ſi totum declinetur in plurali tunc partes pluraliter ponuntur vt tuarum binarum litterarum, vnis reſpondi & alteras ſpreui: conſtruuntur autem ſicut diſtributiua. Aliquis differt a' quidam:nam quidam certiorem rem ſignificat ꝙ̃ aliquis,vt ite in ciuitatem ad quemdam:& licet confundantur interdũ, non tamen differentia eſt negligenda:Diſtributiuum autem & partitiuum & diuiduum poſſunt fere dici ſynonyma.

De comparatiuis.

COmparatiuum nomen eſt illud quud cum intellectu poſitiui:uel cum aliquo participe ſenſu poſitiui magis aduerbium ſignificat vt albior ideſt magis

*albus,deterior ideſt magis malus: quia non poteſt dici magis deter:*Tres *ſunt gradus comparationis ſcilicet poſitiuus comparatiuus: & ſuperlatiuus poſitiuus dicitur omne adiectiuum cuius qualitas ſeu quantitas poteſt augeri ſeu minui.*Et *ĩproprie poſitiuus dicitur gradus eo ꝙ ab eo fiant alij gradus.* A *nominibus ſecundæ & tertiæ declinationis a primo caſu deſinente in,i, formantur comparatiua accepta,or,&,us,vt hic & hæc albior & hoc albius:ſic fortior fortius.*

At *hæc inæqualiter formantur ſcilicet bonus melior: malus peior:magnus maior:paruus minor:multũ plus:* Dexter *deterior: ſiniſter ſiniſterior, nequam nequior.* Sic *compoſita a' dico,fatio,loquor,vt maledicus maleſcentior,magnificus magnificentior,magniloquus, magniloquentior:vel potius deſcendunt a' nominibus in, ens,vt maledicens.*

Q *uæ non poſſunt augeri nec minui non comparantur & carent ſuperlatiuo vt omnipotens,ſingularis, vnicus, ſummus,imus,Sic etiam hæc non formant comparatiua ſcilicet principalis,luſcus,rudis,magnanimus,puſillanimus,memor,campeſter,pedeſter,equeſter,modicus, tremulus,vagabundus,tenellus,mortifer,& cætera a' fero vt peſtifer, lætifer,ſic verſatilis, vinolentus, ficulnus, ſeruilis,nubilis,popularis,degener, ſectilis, & cætera talia:ſic etiam numeralia vt vnus.& ordinalia vt primus:& participia in,dus,quia non dicitur reuerendior*

nec reuerendiſſimus: at reuerentior & reuerentiſſimus dicitur.. Sed illa quæ habent vocalem ante vocalem comparantur per aduerbia: vel cauſa euphoniæ ideſt boni ſoni, vel ne eſſent paria poſitiuo: quia comparatiuum ſuperare debet poſitiuum vna ſyllaba & ſunt hęc ſcilicet pius, arduus, egregius, ſtrenuus, idoneus, ſobrius, tenuis, licet inueniatur tenuior: vt ſum magis pius q̃tu, & tu es minus ſobrius me.

Ocyor ideſt velotior: inde ocyſſimus caret poſitiuo latino: pius pijſſimus ſeu pientiſſimus caret comparatiuo: ſed hæc carent ſuperlatiuo ſcilicet ſenex, adoleſcens, longinquus, propinquus, ſecundus ideſt proſper, ingens; communis, opimus, prauus licet Tacitus dixerit prauiſſimum, ditior a' dite ideſt plutone, diuitior a' diuite, ſollicitus. Aliqua carent utroq; gradu ut nauus ideſt uigilans: ſic agreſtis, apertilis, uulgaris, uocalis: ſic & illa quæ diximus non formare comparatiua: Sed docilis docilior docillimus habet utrumq; gradum ſic utilis, fertilis, inclytiſſimus eſt apud Gellium abſq; comparatiuo, nouiſſimus etiam ideſt extremus caret comparatiuo: nã nouior non dicitur ſed recentior.

A' præpoſitionibus non uere formantur comparatiua, ſed potius a nominibus earum iccirco non a ſupra ſuperior ſed rectius a' ſuperus, a, um, ſic inferus inferior, exterus exterior, poſterus poſterior, ſic citerior, ulterior, anterior: nec etiã fiunt a' uerbis nec ab aduerbijs ſed potius a' poſitiuis antiquis ut a' deter deterior:

a' potis potior:ſic citerior,anterior,prior. Alij dicunt comparatiua ſicut ſuperlatiua formari ab omnibus partibus orationis,præterq̃ a' coniunctione & interiectione,vt albior albiſſimus a' nomine:deterior a' verbo detero,is,amantior a participio:ipſior a' pronomine:poſterior a' præpoſitione:prior ab aduerbio pridem:ſed rectius a' nomine quia legebatur citer,a,um,ſic infer ſuper,exter,vt ait vrbanus grammaticus. Quando per plus & minus ſignificatur pondus vel menſura ſic fit,vt habeo plus vini,& minus olei te,ſic abundo plure olei patre tuo.Si vero ſignificatur numerus fit per plures & pautiores vt habeo plures numos te, Dicitur tamen licet rarius habeo plus diuitiarum,minus amicorũ:Plautus plus artificum eſt mihi: Cicero. amplius nummo petas.Liuius.Hoſtium plus mille cæſi,romanorum minus mille interfecti. Comparatiuum conſtruitur cum ablatiuo puro vt ſum doctior te at ſi habeat caſum cum q̃:regitur a' verbo vt ſum doctior q̃ tu ſcilicet es:ſed, qui quæ quod:& negatiua non ponuntur cum q̃:vt video petrum quo ſum melior:ſic nullo homine es peior. Comparatiua vltra propriam conſtructionem habẽt caſum poſitiuorũ vt ſum tibi charus,ſum tibi charior alijs, habeo multum olei, & plus olei te:Interdum plus & minus ponuntur aduerbialiter vt amo te plus ſeu minus ſolito. Nota ꝙ exceſſus vbiq; ponitur in ablatiuo vt ſum maior natu te duobus annis:habeo tribus numis plures ſeu pautiores te:habeo tribus plures ducentis nu

*mis:ducentis eſt ablatiuus comparatiui: ſed tribus eſt ablatiuus ratione exceſſus:*Item *habeo vno plures decẽ numis rarius plus decem numis: ſic ſtudui plures decem annis ideſt per annos plures decem annis qui eſt ablatiuus ratione exceſſus:dicitur etiam raro habeo decẽ annos plus ſeu minus duobus menſibus.*At *ſi dicam habeo duas arbores maiores ſeu altiores tuis non eſt exceſſus qui fit per plures & pautiores dumtaxat.*Item *aiax fuit fortior* Vlyſſe *q̃ Diomede vel ſupraq̃ diomedes ſcilicet fuit.*Item *tu es fortior petro magis q̃ iuſtior ideſt ſuperas petrum magis fortitudine q̃ iuſtitia.*

Comparatiua *in,or, ſunt generis communis,ſenior tamen eſt maſculini ſed in,us, ſunt neutri* vt *doctius: & omnis* vox *neutralis poteſt tranſire in aduerbiũ* vt *ſanctius vixiſti:præter maius loco cuius ſtat magis:*A' vo*ce etiam neutrali fiunt diminutiua* vt *maius maiuſculus, tardiuſculus,grandiuſculus:* vt *ſum grandiuſculus te duabus hebdemadibus.* Ad *bonam comparationem requirũtur quinq; ſcilicet res comparata:*vt *ego.res cui comparetur* vt *te:accidens* vt *albior:& q accidens participet de vtroq; termino:& q alter terminus altero ſit magis particeps accidentis* vt *ego ſum: albior te: nam quando accidens non participat de vtroq; extremo eſt abuſio in comparatione & non in comparatiuo* vt *nix eſt albior coruo.* Abuſio *in comparatiuis fit tribus modis,ſcilicet conſtructione formatione:& ſignificatione.* Conſtructione *quando non conſtruitur,more compara*

tiui ut ſcientiarum dignior eſt theologia: habet tamen genitiuum quum loquimur partitiue de duobus ut manuum fortior eſt dextra: & duorum fratrum hic eſt melior: vel more græcorum qui carentes ablatiuo tam cõparatiuo q̃ ſuperlatiuo genitiuum tribuunt: Sic etiam conſtruitur quum loquimur de pluris negatiue & oratorum nemo doctior Cicerone ſed genitiuus regitur ex ui nominis negatiui quod cum genitiuo conſtruitur.
Formatione quum ſubſtantiua vel pronomina comparantur vt neronior & ipſior antiquitus. Significatione, quum ponitur comparatiuum pro poſitiuo vt ſenior pro ſenex ſecundum quoſdam: ſed rectius exponatur ſenior .i. valde ſenex: nec etiam ponitur pro minori vi q̃ poſitiuus vt uenus triſtior .i. parum triſtiſſimo ualde triſtis quum dea lachrymaret: nec etiam ſignificat contrarium ut mare ponticum eſt dultius q̃ cætera maria .i. minus amarum immo ſuperans cętera maria in aliqua paruitate dulcedinis propter ingẽtia flumina illuc cõfluentia: ſic etiam dicitur, Ego ſum adoleſcentior te ideſt ſupero te in paruitate ætatis: quia natura comparatiui eſt ſuperare poſitiuum ea re de qua eſt comparatio: unde ſi eſt comparatio de paruitate ſuperat in paruitate.
Comparatio quum ſit rei ad rem aſſimulatio poteſt fieri ad unum ſeu ad plura tam ſui q̃ alieni generis ſecundum Priſcianum & reliquos: Valla tamen non uult cõparatiuum referri ad plura ſui: ſed uere poteſt fieri ut legimus apud Ciceronem & utrumq; plinium & Apu

leium & cæteros quos breuitatis cauſa non allegaui: iccirco latine dictum eſt : fides ſpes & charitas maior horum eſt charitas:quia comparatio fit ad plura: Rariſſime tamen ſuperlatiuum referebatur ad plura alieni, ſic Cicero in oratione pro domo ſua:Omnium non ſolum bipedum ſed etiam quadrupedum impuriſſimo. Nota tamen ꝗ comparatio ſolet fieri recte inter duas partes:vnde ſi ciuitas diuidatur in duas partes dicitur maior pars ſequitur te:ſi vero diuidatur in tres partes dicetur maxima pars. Sic ſi eſſent plura vaſa ęqualia et vnum eſſet longe capatius non recte diceres omnium capaciſſimum ſed omnibus capatius. Superlatio namq́ debet fieri inter plura inter quę poſſit fieri comparatio vt digitorum medius eſt longiſſimus : item ſi dicam ego ſum doctior condiſcipulis:intelligimus ipſos inter ſe eſſe æquales in doctrina & ſic accipiuntur pro vna parte: & tamen vt diximus comparatio poteſt fieri de pluribus. Non dicitur ego ſum fortior fortiſſimo niſi diuerſis reſpectibus vt Hectore Troianorum fortiſſimo Achilles fuit fortior. Sic etiam Q uum poſſideant plurima plura petunt ſcilicet vltra illa plurima,nam ſummæ maximæ poteſt addi aliquid vlterius : Alij vero dicunt Comparatiuum interdum poſſe ſuperare ſuperlatiuum ſic Cicero, Litteræ tuæ gratiſſimæ mihi fuere:ſed ſi alio tempore mihi redditæ forent, gratiores extitiſſent:Sed potius tenendum eſt nunq̃ comparatiuum vincere ſuperlatiuum : quia ſecundus gradus

non iure audebit tranſcendere ſupremum: niſi forte dicamus fieri abuſiue: ſic Plinius in panagyrico: Meliorē optimo genuit.

Quinq; modis comparatiuum non poteſt iungi ablatiuo: Aut quum comparatio ſit ad duos vt duorum fratrum maior eſt petrus: Aut quum non inuenitur ablatiuus vt mare ponticum eſt dulcius q̄ cætera maria: Aut quum ſit comparatio inter adiectiua vt ego ſum magis albus q̄ niger: Aut quum ſit comparatio inter verba vt plura audio q̄ loquor: Aut quum dictio exceptiua fuerit in nominatiuo vt petrus eſt fortior q̄ ſiculi omnes præterq̄ martinus: quia coniunctio exceptiua copulat ſimiles caſus. Interdum non poteſt comparatiuum regere nominatiuum cum q̄: Aut quum non inuenitur nominatiuus vt nihil eſt crudelius nece: Aut quum iungitur cū qui: vt video petrum quo es doctior non q̄ qui ne inter relatiuum & antecedens caderet aliquid: Aut quum iungitur dictioni negatiuæ vt nullo homine es diligentior non q̄ milus: niſi ſubaudiatur aliquid ſic Cicero. Sed quum leuiora non multo eſſent quæ audirentur q̄ quæ vidirentur: ſubintellige quam ea vel illa quæ viderentur: Aut quum dictio a' qua ſit exceptio fuerit in ablatiuo vt Andreas eſt fidelior omnibus ciuibus præterq̄ ioanne.

De declinatione comparatiuorum.

Hic & hæc alibior & hoc albius. G. huius albioris. D. huic albiori. Ac. hunc & hanc albiorem & hoc albius,

V.o *albior et o albus* Ab.*albiore vel albiori.*Et *plura liter hi et hæ albiores et hęc albiora.*G.*horũ haꝝ hoꝝ albioꝝ.*D.*his albioribus.*Ac.*hos has albiores et hęc al biora.*V.*o albiores et o albiora.*Ab.*ab his albioribus.* Hoc *plus.*G.*huius pluris.* D.*huic pluri.* Ac.*hoc plus.* V.*o plus.*Ab.*plure.* Et *pluraliter hi & hæ plures & hæc plura antiquitus pluria.*G.*horum harum horum plurium.*D.*his pluribus:*Ac.*hos & has plures & hæc plura.*V.*o plures & o plura.*Ab *ab his pluribus.*

De *ſuperlatiuis.*

S*Vperlatiuum nomen eſt illud quod ad plura ſui ge neris comparatum ſuperponitur cęteris,vel per ſe pro latum, habet intellectum poſitiui cum maxime aduer bio.* Et *ponitur duobus modis ſcilicet reſpectiue quum habet caſum poſt ſe vt* Cicero *fuit oratorum doctiſſi mus :* Et *abſolute quum poſt ſe non habet caſum:vt* Her *cules fuit fortiſſimus ideſt maxime fortis.* A *nominibus ſecundæ & tertiæ declinationis formantur ſuperla tiua a' primo caſu deſinente in,i, & additur,* S , *& ſi mus : vt albi albiſſimus. forti fortiſſimus .* Præter *ano mala ſcilicet bonus optimus, malus, peſſimus , ma gnus,maximus,paruus,minimus,multus, plurimus, de xter,dextimus,ſinſter,ſiniſtimus , nequam, nequiſſimus ſic maledicentiſſimus , magnificentiſſimus, magnilo quentiſſimus, munificentiſſimus, maturrimus a' nomi ne matur antiquo. ſic veterrimus a' veter antiquo,de terrimus a' deter antiquo poſitiuo maturus maturiſ*

ſimus. Pauca deſinunt in, limus, quæ deſignat dictio ſin- ghus vt facilis facillimus: ſic agilis agillimus: gracilli- mus humillimus, ſimillimus.

Terminata in, bris, mutant, bris, in, ber, vt ſalubris ſalu- berrimus, celebris celeberrimus: vel potius a' ſaluber et celeber fiunt addita, rimus, ſicut finita in, er, vt niger ni gerrimus, ſacerrimus. A' præpoſitionibus non vere formantur ſuperlatiua: ſed potius a' poſitiuis antiquis vt infimus, intimus, poſtremus, extremus ſiue extimus, vltimus, ſupremus vel ſummus, citimus, potiſſimus: ſed antimus non vſurpatur: ab hæc ſecundum quoſdam for mantur ab indeclinatis vt pridem prior primus: prope propior proximus quod pro cognato cõparatur abſq; ſuperlatiuo vt proximior ideſt propinquior. Superlati ua ſemper terminantur in mus: & ſunt adiectiua vt opti mus, a, um. Dictio negatiua non poteſt addi ſuperlati- uo: Cicero Omnium ſotietatum nulla eſt præſtantior. Idem nihil mihi poteſt eſſe tuis litteris gratius: nam ſi dixiſſet nihil tuarum litterarum gratiſſimum eſſe po- teſt: non videretur vis comparationis: ſed vis cuiuſdam negatæ elatio.

Superlatiuum conſtruitur cum genitiuo plurali vel ſin- gulari nominis collectiui vt Ego ſum optimus iſtorum vel huius populi: habet autem caſum poſitiui vt habeo multum vini & plurimum vini. Item habeo duabus re- bus plurimas ſeu pauciſſimas iſtorum. Item habeo duas rex maximas ſeu minimas iſtorum quia hic non eſt ex-

ceſſus qui fit per plures & pautiores ſeu per plurimos & paucissimos dumtaxat. Sępius ſæpiſſime: diutius diutiſſime aduerbialiter dicuntur.

Superlatio vt plurimum redolet naturam partitionis in qua pars diuiditur a' toto, & eſt de eſſentia & ſpetie totius vt tu es optimus ſiculorum: quia es ſiculus: proinde vbi eſt meus tuus, ſuus, noſter & veſter, & alius, & reliquus, & cætera, cæterum non vtimur ſuperlatiuo ſed comparatiuo vt aſſerunt laurentiani vt ego ſum melior meis fratribus non autem optimus meorum fratrũ, quia ego non ſum vnus de meis fratribus: quia deberem diuidi ab eis vt pars diuidatur a' toto, & per iſta pronomina non diuidor ſed inter eos eſſe videor: iccirco dicitur ſum optimus fratrum: hæc referre volui quia laurentiana ſunt: Priſcianus tamen & reliqui non ob nunciant dici Ego ſum optimus meorum fratrum.

Nota ꝙ *q̄ pro valde iungitur ſuperlatiuo vt q̄ optimus: Sed facile pro non dubie & multo: & tanto: & quanto, & longe, tam comparatiuo q̄ ſuperlatiuo adhærent. At aliquanto, paulo: eo, quo, nihilo: hoc pro tanto, comparatiuo iunguntur. Item tam, & q̄, magis, minus, æque, parum, ſatis, valde, plurimum, multum, paulum, nimis, tantum, quantum, aliquantum, minimum, per, iunguntur poſitiuo & verbo, vt ſi paulum mundanus fueris perbeatus non eris: Item tam & q̄ iunguntur etiam comparatiuo & ſuperlatiuo vt tam iuſtior q̄ fælitior vt ait Priſcianus. Item dici-*

mus. Quanto tu es melior tantum ego te ſequor: Item ante:poſt,alius,aliter,ſecus,& verba compoſita ab ante et poſt accedunt ad vim comparatiui vt multo ſecus euenit:multo aliter ſentio:tanto ego ante veni : quanto tu poſt veniſti,longe alius ſum. Item *perq̃ ſaneq̃ : admodũ q̃: oppido q̃ ſignificant valde:& iunguntur poſitiuo. Quiſq; cum poſitiuo prꝫponitur vt quiſq; bonus:ſic etiã cum comparatiuo vt quiſq; melior : raro poſt ponitur. Sed cum ſuperlatiuo ſemper poſt ponitur vt optimus quiſq;.* Nota *ꝙ quiſq; ſignificat omnem abſolute : ſed quilibet vnum quem elegeris licet apud poetas accipiatur pro omnis:Ouidius pollicitus diues quilibet eſſe poteſt : alteruter ſignat vnum aut alterum : nemo quiſq̃ ideſt nullus alius. Omnis & cunctus poſitiuo & comparatiuo iunguntur vt omnis bonus:omnis melior:non dicitur omnis optimus ſed optimus quiſq;:nec etiam dicitur omni ſexta hora ſed ſexta quaq; hora:ſic tertia quaq; hora vel tribus quibuſq; horis.*

De aduerbijs localibus.

ADuerbia localia ſunt ſex ſcilicet vbi, quo,vnde qua,quorſum:& quouſq;.Sto hic ideſt ſum hic vt Omnis in aſcanio chari ſtat cura parentis pro eſt vt ait Seruius.

Aduerbia in loco vt ſto	*Intus,intra*
Hic,iſta	*Foris,fora*
Illic,illa	*Vbi,vndi*
Iſtic,illoco	*Vſq̃ in alcun loco*

Nuſq̃,in nixun loco
Ibi,illa
Ibidem,illa mideſmi
Alibi,in altro loco
Alicubi,in alcun loco
Necubi,in nixun loco
Vtrobiq;:in trambo parti
Sicubi,ſi in alcun loco
Vbiq;,in omni parte
Vbiuis,vndi voi
Vbinam?vndi
Vbilibet vndi ti plachi
Vbicumq;,vndi ſi vogla
Vbiubi,vndi ſi volga
Supra,ſuſu
Infra,iuſu
Aduerbia ad locũ vt vado
Huc,iza
Illuc,illa
Iſtuc,illocu
Intro,intra
Foras,fora
Quo,vndi
Illo,illa
Eo,illa
Eodem,illa midesmi
Alio,in altro loco

Vtroq;,intrambe parte
Si quo,ſi in alcun loco
Nequo,in nixun loco
Aliquo,in alcun loco
Quoquo,vndiſi vogla
Quouis,vndi voi
Quocumq;,vndiſi vogla
Quolibet,vndi ti plachi
Quonam?vndi
Superius,ſuſu
Inferius,iuſu
Aduerbia d̃ loco vt recedo
Hinc,diza
Illinc,dilla
Iſtinc dillocu
Intus,dintra
Foris,difora
Vnde,da vndi
Vtrinq; da intrambe parte
Indidem,da illa mideſmi
Sicunde ſi da alcun loco
Aliunde da altro loco
Alicunde,da alcun loco
Necunde da nixun loco
Vndeũde,da vndi ſi uogla
Vndeuis,daundi voi
Vndelibet,daundi ti plachi

Vndecũq;, daundi ſi vogla
Superne, da ſuſu
Inferne, da iuſu

Aduerbia p̃ locũ vt trãſeo

Hac, per iza
Illac, per illa
Iſtac, per illocu
Intus, per intra
Foris, per fora
Qua, per vndi
Ea, per illa
Eadem, per illa mideſmi
Vtraq;, per intrambe parte
Siqua, ſi per alcuna parte
Nequa, per nixuna parte
Quanam: per vndi
Aliqua, per alcuna parte
Quaqua, p̃ vndi ſi vogla
Quacũq;, p̃ vndi ſi vogla
Qualibet, p̃ vndi ſi vogla
Quauis, per vndi voi
Supra, per ſuſu
Infra, per iuſu

Aduerbia verſus locũ vt vado

Horſum, verſu iza
Illorſum, verſu illa
Iſtorſum, verſu illocu
Introrſum, verſu intra
Foras verſus, verſu fora
Quorſum, verſu vndi
Antrorſum, verſu innanti
Retrorſum, verſu retro
Dextrorſũ, ĩ verſu la p̃ti deſtra
Siniſtrorſũ, ĩ verſu la ſiniſtra
Vtrouerſũ, ĩ verſu itrãbu p̃te
Siquorſũ, ſi ĩ verſu alcũ loco
Nequorſum, verſu nixun loco
Aliquorſum, verſu alcun loco
Aliorſum, verſu altro loco
Quoquo verſum, verſu vndi ſi vogla
Quorſumcumq;, verſu vndi ſi vogla
Quorſumuis, verſu vndi voi
Quorſumlibet, verſu vndi tiplachi
Surſum, verſu ſuſu
Deorſum, verſu iuſu

Aduerbia vſq;, ad, locum vel tempus vt vado

Hucuſq;, ſia iza

Illuc vſq;,ſia illa
Iſtuc vſq;,ſia illocu
Quouſq;,ſia vndi
Quanamuſq;,ſia vndi
Quouſq; vis,ſiaundi voi
Quouſq; libet,ſiaundi tiplachi
Hucuſq; vixi ideſt vſq; ad id tempus.
Nomina propria ciuitatum primæ & ſecundæ declinationis funguntur aduerbiorum offitio in diuerſis tamen caſibus. Nam in loco ponuntur in genitiuo vt Sum Meſſanæ & panhormi. In accuſatiuo ad locum: vel vſq; ad locum: vel verſus locum: vt vado Meſſanam: ſeu vſq; Meſſanam: ſeu Meſſanam verſus. In ablatiuo de loco & per locum ſine præpoſitione vt recedo Meſſana & tranſeo Meſſana.
Nomina vrbium tertiæ declinationis: & pluraliter declinata ſignificantia motum ad locum ponantur vt ſupra ſcilicet vado neapolim: & venetias, ſeu vſq; neapolim & vſq; venetias: ſeu neapolim verſus & venetias verſus. In ablatiuo puro in loco de loco & per locum: vt ſum neapoli & venetijs: recedo neapoli & venetijs, tranſeo neapoli & venetijs. Nomina prouinciarum regionum, inſularum, & appellatiua locorum, fluminum, montium, vallium, & eccleſiarum, & propria hominũ, & beluarum & cętera talia. In loco ponuntur in ablatiuo cũ præpoſitione vt Sto in ſicilia, in agro, in rheno, in ætna, in ſancto Petro. In accuſatiuo ad locũ cũ prępo

ſitione vt vado ad ſiciliam ſeu vſq; ad ſiciliam ſeu ſiciliam verſus ſeu ad ſiciliam verſus. In ablatiuo de loco cum præpoſitione vt recedo de ſicilia ex agro ab eccleſia. In accuſatiuo per locum cum: per, vt tranſeo per ſiciliam: per ciuitatem. Dicimus tamen peto ſiciliam: quia peto non recipit præpoſitionem quum ſit actiuum. Dicitur etiam venio vſq; ex italia: vado ad orientem verſus nam verſus ſemper poſt ponitur. *Iſta quatuor nomina appellatiua ſcilicet domus, humus, rus, & militia, in aliquibus caſibus ponuntur aduerbialiter ſicut propria vt ſum domi: eo domum Dicitur etiam ſum domi meæ: tuæ, ſuæ, noſtræ, veſtræ, alienæ, & non cum alijs, quia non dicimus ſum domi magnæ: ſed in domo magna nominaliter: & cum præpoſitione vt ſum in domo regia: nam vado domum aduerbialiter dicitur: ſed cum adiectiuis nominaliter ponitur vt eo ad venetias pulcherrimas, ad patauium pulchrius: rarius ſine prępoſitione & apud poetas. At humus in genitiuo & ablatiuo aduerbialiter ponitur vt ſum humi: ſurgo humo. Sed militia in genitiuo tantum vt fui militiæ, in alijs vero caſibus habent præpoſitionem vt tranſeo per humum: vado ad militiam. Item fui ruri in latiuo dicitur, licet poetæ vſurpent ablatiuum in cæteris vero ponitur aduerbialiter vt vado rus, tranſeo rure: ſic tranſeo domo, recedo domo. At tranſeo per domum: recedo ex domo nominaliter ſolet dici. Interdum auctoritas prouintijs detrahit præpoſitiones: et vrbibus addit vt poeta Italiam fato: &*

to, & orator uerres ad Meſſanam uenit: ſit nominaliter & rarus: uſus tamen demit urbibus præpoſitiones breuitate gaudens: ſeu quia aduerbialiter ponuntur.

De patronymicis.

PAtronymicum nomen eſt illud quod a proprijs tantum nominibus patrum uel auorum deriuatur ſecundum formam græcam: & cum genitiuo primitiui ſignificat filium uel nepotem: filiam uel neptem: ut hic priamides ideſt filius uel nepos priami: hæc priamis ideſt filia uel neptis priami. A prima declinatione formantur patronymica a genitiuo ultima littera in, a, conuerſa & addita, des, ut, Anchiſæ, Anchiſades, Aeneæ, Æneades. A ſecunda declinatione a genitiuo fiunt addita des, ut petri petrides. Si uero genitiuus deſinat in, ij, duplex, ultimum, i, uertitur, in, a, & additur, des ut Antoni Antoniades: ſed ſi deſinat in, ei, uertitur ei, in, i, longum, & additur, des, ut theſei theſides.

A tertia declinatiõe fiunt a datiuo addita, des, ut Scipioni Scipionides. Sciendum ulterius patronymica pertinere dumtaxat ad poetas. iccirco propter metrum ſolent poetæ addere ſeu detrahere ſyllabas patronymicis ut phaetontiadas pro phaetontidas: ſic Anchiſiades, laertiades. Item Deucalides pro Deucalionides: ſic Scipiadas pro Scipioniadas per detractionem.

Nota ꝙ greci habent quinq; linguas ſcilicet communem ionicam, doricam, acticam, æolicam, quarum primam uſurpant poetæ latini in terminatione patronymicorum

generis maſculini. Patronymica *maſculina ſunt primæ declinationis vt* Hic *primiamides huius priamidæ huic priamidæ:hunc priamidem & priamiden:o priamida & o priamide:ab hoc priamida & priamide.* Et *pluraliter hi priamidæ:horum priamidarum vel priamidum per ſyncopen: his priamidis hos priamidas: o priamidæ ab his priamidis: nota q priamus habet primam breuem,priamides vero longam.* Patronymica *fœminina formantur a' maſculinis remota de:vt priamides,priamis,ſed a' nominibus in,ens fiũt a' genitiuo primitiui addita,s,vt huius theſei,hæc theſeis theſeidos:ſic orpheis,* Androgeis *ideſt filia vel neptis androgei: ſic etiam æneis,achilleis, vlyſſeis: quaſi a' nomine æneus, achilleus,vlyſſeus vlyſſei.*Fit *etiam additio in fœmininis vt phaetontias pro phaetontis.*

Patronymica *fœminina ſunt tertiæ declinationis* vt *hęc priamis, huiuſpriamidis & priamidos,huic priamidi, hanc priamiden & priamida,o priamis & o priami,ab hac priamide.*Et *pluraliter hæ priamides,harum priamidum,his priamidibus,has priamides,o priamides, ab his priamidibus.*

Tria *patronymica fœmina deſinunt in, ne ſcilicet nerine,* Adraſtine, Acriſione *ideſt filia uel neptis acriſij,* Et *declinantur ſic.*Hæc Nerine,*huius nerines, huic nenæ, hanc nerinen,o nerine,ab hac nerine.* Et *pluraliter hæ nerinæ,harum nerinon,his nerines,has nerines, o nerinæ,ab his nerines.*Prætere*a patronymica abuſiue for-*

mantur a' nominibus matrum vt iliades ideſt Romu-*lus iliæ filius:latoides ideſt apollo latonæ filius.* Item *a' fratribus vt phaetontiades ideſt ſorores phaetontis: ſic a' regibus vt cecropidæ ideſt athenienſes a' rege ce crope.* A *filijs vt* Althea *meleagris ideſt* Meleagri *ma-ter:*A *maritis vt* Helena Menelais *ideſt* vxor *menelai.* A' *victricis vt* Amphitrionides *ideſt* Hercules *Amphi-trionis priuignus.Ab auis maternis vt* Atlantides *ideſt* Mercurius *filius* Maiæ *atlantis filiæ.*A *locis vt thebais ſicilis.*A' *flumine vt achelois.*A' *monte vt haſta pelias a' pelio monte theſſaliæ.*A' *gentibus vt troas.*A *regio-nibus vt colchis.*A' *ciuitatibus vt heliades ab heli ciui-tate archadiæ:& ſic de ſimilibus.*

Aduerte *ingenioſe lector* ꝙ *a' nominibus pure latinis non formantur patronymica quæ ſunt vere græca.*Nam *ſaturnus,*Neptunus,*Sol,Iuppiter,Mars,Mercurius non formant patronymica quia latina ſunt:græce namq; Sa-turnus dicitur chronos:neptunnus poſidon , Sol helios,* Mars *aris,Mercurius hermes:non ſic theſeus,Orpheus,* Antonius,Petrus,*Franciſcus,Cicero:quæ & græce & latine idem ſonat : & a talibus recte patronymica for-mari poſſunt. At in prædictis poetæ vſurpant poſ-ſeſſiua pro patronymicis vt Saturnius ideſt ſaturni fi-lius : ſic* Iuno *Saturnia ſicut oratores qui etiam vtun tur poſſeſſiuis pro patronymicis vt Scipio æmilia-nus ideſt æmilij filius : Cæſar Octauianus ideſt Au-guſtus octaui filius ; Scito præterea litterarum græ-*

carum inſcium nec formationem:nec declinationem:nec metricam quantitatem patronymicorum perpendere plenius poſſe.

De figuris conſtructionis.

Figura eſt uitium ratione excuſatum:quod uel neceſſitatis uel ornatus gratia permiſſum eſt.Sed de cæteris figuris per lege in principio ſecundi libri:hic tantum conſtructionis figuras attingam. Figuræ conſtructionis ſunt octo ſcilicet Euocatio,appoſitio,prolepſis, zeuma,ſinechdoche,ſynthesis, ſylepſis, antiptoſis. Euocatio eſt continuata reductio tertiæ perſonæ ad primam uel ad ſecundam ut ego petrus lego:tu martinus ſcribis: In hac requiruntur quatuor ſcilicet dictio euocans primæ uel ſecundæ perſonæ: dictio euocata tertiæ:abſentia copulæ: & uerbum concordans cum perſona euocante. Appoſitio eſt immediata coniunctio duorum ſubſtantiuorum: quorum unum declarat alterum ut cerno patrem delitias meas. Fit autem tribus ex cauſis:primo reſtringendæ generalitatis gratia ut animal equus currit: Secundo cauſa æquiuocationis remouendæ ut canis ſtella lucet.Tertio cauſa proprietatis attribuendæ ut petrus uir prudens. Prolepſis latine præſumptio quia præmittit totum poſtponens partes:& eſt attributio proprietatis cuidam toti in ſuas partes diuiſo ut diſcipuli legunt hic Ciceronem: ille fabium. In hac requiruntur quinq; ſcilicet totum ut diſcipuli: partes eius ut hic & ille:diſtributio partium ut Ciceronem

& ſabium: Ordo ſcilicet ut præcedat totum & partes ſequantur. Eſt autem prolepſis duplex ſcilicet explicita in qua ſunt quinq; prædicta: & implicita in qua aliquid conticetur ut uos amatis alter alterum: deeſt diſtributio partium quæ eſſet uos amatis alter alterum bene alter uero male.

Zeugma latine adiunctio eſt reductio unius uerbi ad diuerſas clauſulas. Et eſt triplex ſcilicet a ſuperiori quæ græce dicitur hyperzeugma quãdo proprietas hoc eſt uerbum præponitur ut lego ego & tu. A medio quę græce dicitur meſozeugma quum proprietas in medio ponitur ut ego lego & tu. Ab inferiori reductione quæ græce dicitur hypozeugma quum uerbum poſtponitur ut ego & tu lego. In hac fit uarietas perſonarum ut ego & tu & petrus lego. Et numerorum & perſonarum ut hebræi ſunt & ego. Et generis ut cœli mouendi ſunt & terra. In hac requiruntur tria ſcilicet duo diuerſa ſubſtãtiua uel plura copulata: uerbum uel adiectiuum tam ſingularis q̃ pluralis numeri: & q; proprietas uerbi uel adiectiui reſpondeat uiciniori ut filij et pater bonus eſt filij boni ſunt & pater, raro tamen & in ſingulari tantum proprietas reſpõdet remotiori ut ego & tu & ille ſtudeo: Secus fit in ſylepſi ubi nec uiciniori proprietas reſpondet: nec ſingularis numeri poteſt eſſe. nec ut ſingulis reddatur: ſed omnia ab uno uerbo uel adiectiuo pluralibus concipiuntur & ſemper pluralis numerus præcedens concipiat ſingularem ut ſunt nobis mitia poma

caſtaneæ molles & preſſi copia lactis,per zeugma dici tur Sotijs & rege recepto:& Hic illius arma & hic cur rus fuit:ſed per ſyllepſim fit Sotijs & rege receptis: & Hic illius arma hic currus fuerunt. Synechdoche ſiue comprehenſio eſt attributio partis ad totum ſub proprietate adiectiui uel uerbi ut mulier trunca manum: & tu doles pedem. Et quando pars non eſt de eſſentia totius dicitur indirecta ut tu laceratus chlamydem. In hac requiruntur tria ſcilicet totum ut mulier:proprietas ut trunca uel doles:& pars in accuſatiuo poſita manum uel pedem:fit etiam per uerbum paſſiuum ut ille mouetur uultum ideſt habet uultum motum ſic dido nequit expleri mentem,per hanc figuram etiam ponitur numerus pro numero ut impleo domum multo homine pro multis hominibus:ſic hoſtis habet muros: Aut pars pro toto ut puppis pro tota naui: Aut totum pro parte ut frigidus annus ideſt frigida hyems.

Syntheſis ſiue compoſitio eſt attributio proprietatis uni ſubiecto uel pluribus copulatis non gratia uocis ſed ſignificati ut populus currunt:& ſcipio & lelius admirātur. Et fit ſub diuerſo genere ut anſer fœta:ſub ipſa taurominio:uel ſub diuerſo numero ut Venetiæ eſt celeberrima:turba ruunt:uel ſub diuerſo genere & numero ſimul ut turba proci, gens armati. In hac requiruntur tria ſcilicet unum ſubiectum uel plura copulata:proprietas:attributio proprietatis concordans cum ſignificato & non cum uoce.

Syllepſis latine conceptio eſt adductio indignoris ad dignius ſub plurali proprietate uerbi uel adiectiui. Eius *autem ſpeties ſunt ſeptem.*

Prima fit in genere ſcilicet quum maſculinum genus cõcipit fœmininum & neutrum ut Scipio & cornelia & mancipium iuſti & fœmininum concipit neutrum ut cornelia & mancipum bonæ.

Secunda fit in numero ſcilicet quum pluralis numerus concipit ſingularem ut milites & tribunus currunt.

Tertia ſyllepſis fit in perſona ſcilicet quum prima perſona concipit ſecundam & tertiam ut ego & tu & ille legimus: & ſecunda concipit tertiam ut tu & ille legitis.

Quarta fit in caſu quum nominatiuus concipit ablatiuum cum hac præpoſitione cum: ut ego tecum currimus. Quinta eſt indirecta ſcilicet quum uerbum concordat cum ablatiuo qui concipit nominatiuum ut tu mecum currimus. Sexta eſt implicita ſcilicet quum demoſtratis mare & fœmina per nomen partitiuum ſeu diſtributiuum generis maſculini comprenditur etiam fœmina. Vergi. *Biſq; die numerant ambo pecus alter & hædos: alter pro nouerca ponitur: ſic omnis homo currit & nullus homo currit ſunt uere contraria quia nullus complectitur etiam fœminam per hanc figuram.*

Septima ſyllepſis eſt quum uerbum concipit plura improprie comprehenſa: & tamen uni conuenit. Virgili.

Sacra manu uictoſq; deos paruumq; nepotem ipſe trahit: nam trahit ad nepotem tantum refertur: & tamen improprie includit ſuperiora ubi Seruius dicit q; eſt ſeptima ſylepſis. In hac requiruntur quatuor ſcilicet dictio concipiens vt ſcipio: dictio concepta vt cornelia: copula vel præpoſitio, cum: verbum vel adiectiuum pluralis numeri concordans cum perſona concipiente vt nos currimus & iſti: ſcipio & cornelia vel cum cornelia caſti. Antiptoſis eſt caſus pro caſu poſitio ſub aliqua proprietate vt Sermonem quem audiſtis non eſt meus: In hac requiruntur tria ſcilicet vnum ſubiectum vt ſermonem: vna proprietas vt eſt: & q; caſus pro caſu ponatur vt ſermonem pro ſermo: hac figura hodie non vtimur: & raro inuenitur & apud poetas vt plurimum Terentius populo vt placerent quas feciſſet fabulas pro fabulæ.

De accidentibus verbo.

VErbo accidunt octo vt diximus ſcilicet genus, tempus, modus, ſpeties, figura coniugatio, perſona, & numerus. Genus verbi eſt qualitas qua ſignificatio eius naturaq; monſtratur. In generibus verborum ſunt plures differentiæ. Nam interdum ponuntur a' poetis actiua pro paſſiuis vt accingunt: omnes operi pro accinguntur. Et paſſiua pro actiuis vt & placidam paci nutritor oliuam pro nutrito. Aliqua verba in eadem ſignificatione: ancipiti voce protulerunt palpo, as, neutrum, & palpor deponẽs: ſic zelo, as, et zelor, aſſentio, tis, et aſſen

tior,mereo,es,& mereor,auguro,as,& auguros,præſa go,as,& præſagor,aris,idem eſt præſagio,is,ideſt ante ſentio ſeu prædiuino contriſto,as,& triſtor,aris, ſtabu lo,as,& ſtabulor,ructo,as,& ructor,opſono,as,& op= ſonor,odoro,as,et odoror,pignero,as,& pigneror,nau frago,as,& naufragor,trutino,as,& trutinor, cõiecto, as,& coniector,fruſtro,as,& fruſtror,uerſo,as, & ver ſor,frutico,as,& fruticor,cauillo,as,et cauillor,copulo, as,& copulor delecto,as,et delector,lachrymo,as,et la chrymor,fabrico,as,& fabricor,ferio,as,& ferior.i.va co vnde feriatus ideſt ocioſus,munero,as,et muneror fœ nero,as,& fœneror,mutuo,as,& mutuor , obiurgo,as, & obiurgor,grauo,as,& grauor,impertio & imper= tior,conflicto,as,& conflictor,quę tria accipiuntur etiã paſſiue,conuerto,tis,& conuertor,reuerto,tis, & reuer tor,præuerto,tis,& pręuertor,adulo,as,et adulor,quę quatuor hodię in,or,vſurpantur frequentius,ſicut medi cor & populor,focillo & focillor,febricito,as,& febri citor,meridio,as,& meridior.i. in meridie dormio,in= dago,as,& indagor,auſpico,as,et auſpicor,inimico,as, & inimicor,deſolo,as,& Deſolor ideſt deſtruo:quidã addunt inſinuo & inſinuor ſed potius referantur ad actiua.Ver.Cũctis inſinuat pauor pro inſinuatur vt ait Seruius ideſt immittitur ut exponit Marcellus:*inſinua= ri etiam eſt conciliari,Suetonius,per hunc inſinuatus ne roni.i.conciliatus,liquo,as,ideſt liquidum fatio,liqueo es,liquefatio corripiunt primam:ſed liquo,is.i. reſoluor*

cuius paſſiuum eſt liquor prima producta, vago as, & vagor, hyemo, as, & hyemor, bello, as, & bellor, elucubro, as, & elucubror, luxurio, as, ideſt abundo: ſed luxurior deponens eſt ſtimulis luxuriæ furere.

De tempore verbi.

TEmpus (vt ait Varro) eſt interuallum mundi motus, a ſolis & lunæ tenore temperato dictum: vel tempus eſt viciſſitudo motus & operationis: vel tempus eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius vel tempus eſt duratio ſucceſſiua motus primi mobilis: quæ conſideratio ſpectat ad philoſophum: nec verbo accidit quum ſit quantitas continua: ſed tempus verbi a grammatico: ſic diffinitur Tempus eſt modus verbo attributus ad ſignificandum eiuſdem actum triplici varietate diuiſum, iccirco tempus verbi triplex eſt ſcilicet præſens, præteritum, & futurum, ſed præteriti triplex eſt differentia ſcilicet imperfecta perfecta & pluſq̃ perfecta.

De modis verbi.

MOdus eſt diuerſa animi inclinatio varios eius affectus demonſtrans. Modi verborum ſunt quinq; ſcilicet. Indicatiuus qui etiam diffinitiuus dicitur: & habet quinq; tempora ſcilicet præſens, imperfectum, perfectum, pluſq̃ perfectum, & futurum. Et appellatur indicatiuus quia indicat rem eſſe, vel fuiſſe, vel futu-

ram eſſe, dicitur, eſſe, quo ad tempus præſens dicitur, fuiſſe, quo ad triplicem differentiam præteriti, dicitur, futuram eſſe, quo ad futurum: iccirco hæc diffinitio conuenit omni contento ſub diffinito, & etiam: conuenit vni ſcilicet præterito imperfecto quod complectitur tria tempora: nam quum dico prandebam intelligitur ꝙ iam inceperam & adhuc eram in ipſo actu prandendi: nec etiam deſiueram: vnde ſacra pagina ait In *principio erat verbum, & verbum erat apud deum: & deus erat verbum, aſſerens deum ſemper fuiſſe, & eſſe, & fore abſq; principio & fine.*

Imperatiuus modus habet duo tempora ſcilicet præſens & futurum, & ideo imperat rem eſſe vel futuram eſſe dumtaxat, quia de præterito non imperatur. Nam *nemo quod factum eſt vt ſit infectum imperare poteſt: & imperatiuus appellatur, & precatiuus & hortatiuus vt fac hoc: exaudi nos deus, eya age.*

Optatiuus qui etiam deſideratiuus dicitur: & habet quinq; tempora ſeparata vere ſcilicet præſens vt vtinam amem: præteritum imperfectum vt vtinam amarem: præteritum perfectum vtinam amauerim: præteritum pluſquam perfectum vtinam amauiſſem: futurum vtinam amem.

Subiunctiuus qui & coniunctiuus dicitur: habetq; quinq; tempora ſeparata: & ſubiungit, ſibi aliud verbum

vel coniungitur alteri verbo vt perfectum ſignificet ſenſum vt ſi veneris ad me ſtudebo: ſtudebo quum veneris huc. Infinitus modus qui & infinitiuus dicitur: habet quinqȝ tempora non ſeparata ſcilicet præſens cum imperfecto vt amare: præteritum perfectum & pluſq̃ perfectum ſimul vt amauiſſe: futurum per ſe vt amatum ire vel amaturũ eſſe. ſic dictus quia nec perſonas nec numeros definit & eget alterius verbi coniunctione vt perficiatur vt me legere placet tibi.

De ſpetie verborum.

SPeties eſt accidens quo primitiuum a' deriuatiuo dignoſcitur. Speties verborum ſunt duæ ſcilicet primitiua vt amo: deriuatiua vt amor, de quibus diximus poſt ſupina.

De figuris verborum.

FIgura eſt accidens quo ſimplex a' compoſita diſcernitur dictiõe. Figuræ verborum ſunt tres ſcilicet ſimplex vt terreo: compoſita vt per terreo: decompoſita vt perterrefatio. Quædam compoſita ſunt quorum ſimplicia non ſunt in vſu vt offendo, aſpitio. Aliqua per compoſitionem mutant genus vt aſpitio & ſperno ſunt actiua: ſed conſpicor, aris, & aſpernor: aris, ſunt deponentia. Item fio paſſiuam habet ſignificationem ſed ſuffio ideſt ſubminiſtro habet actiuam. Componuntur autem verba aut ex duobus integris: vt repono, aut ex duobus corruptis vt ſuffitio, aut ex integro & corrupto vt incipio, aut ex corrupto & integro vt ſuſpendo.

De coniugatione verbi.

COniugatio eſt conſequens verborum declinatio quę vocalibus ſecundæ perſonæ deprehenditur. Coniugationes verborum ſunt quatuor Prima habet in ſecunda perſona præſentis indicatiui, as, aut, aris, productas vt amo, as, & amor, aris. Secunda habet, es, productam aut, eris penultima producta vt doceo, es, & doceor, eris. Tertia habet, is, correptam aut, eris, penultima correpta vt lego, is, & legor, eris. Quarta habet, is, productam aut, iris, penultima producta vt audio, is, & audior audiris. Sunt quatuor verba cum ſuis compoſitis quæ non ſeruant coniugationem ſcilicet Sum: Volo, Fero, Edo.

De perſonis verborum.

PErſona proprie eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. Sed perſona in verbo eſt accidens quo vna perſona ab altera diuerſo fine diſcernitur vt amo, amas, amat. Sunt autem perſonæ verborum tres. Prima perſona dicitur illa quæ quum loquitur de ſe ipſa pronuntiat vt amo. Secunda perſona eſt illa ad quam prima loquitur directo ſermone vt lege. Tertia perſona eſt illa de qua prima loquitur ad ſecundam extra ſe & illam poſita ad quam ſermo dirigitur.

De numeris verborum.

NVmerus eſt incrementum quantitatis a ſingulis ad plura procedens. Numeri verborum ſunt duo ſingularis vt amo: Pluralis vt amamus. Et licet in nomini-

bus & pronominibus & participijs inueniantur quædā voces numero cōmunes vt domini in genetiuo ſingulari & in nominatiuo plurali: ſic mei, docti, In *verbo tamen nulla vox ſingularis eſt ſimilis alicui voci plurali eiuſdem.*

De *quibuſdam verbis confuſis in prima perſona.*

F*Vndo,as,& fundo,is,*Dico,*as,& dico,is,Prædico,as,penultima breui ideſt diuulgo,& prædico:is, penultima longa ideſt prænuntio,*Mando,*as, ideſt committo: & mando is, ideſt dentibus confitio,* Volo,*as, &* volo,*uis,lego,as,& lego,is,*Appello,*as,ideſt nomino:& appello,is,appuli ideſt e'pelago ad littus accedo,compello,as,ideſt alloquor, compello,is, ideſt conſtringo,*Sero,*as, ideſt claudo, ſero,is,ideſt ſemino ſeu planto,*Educo,*as,pe,cor, ideſt nutrio,* Educo,*is,xi,pe, longa ideſt extra duco.*

De *habentibus duplicem indicatiuum.*

F*Erueo,es,ferui,& ferueo,is,ferui ideſt bullio vel ex incendio caleo,*Strideo,*es,& ſtrido,is,* Duro, *as, & dureo,es,* Denſo,*as, & denſeo, es,* Excelleo, *es, & excello, is,* Fulgeo, *es, & fulgo, is,* Tergeo, *es, terſi, terſum: & tergo, is, ideſt mundo vel nitidum fatio.* Oleo,*es,& olo,is,*Sorbeo,*es,ſorbui caret ſupino: & ſorbo,is,ſorpſi,ſorptum ideſt deglutio,*Conniueo,*es,& conniuo, is, conniui vel connixi connictum ideſt contego*

oculos palpebris: Vngo,is,unxi,vnctum, & vnguo vnguis ſecundum Priſcianum: Frigeo,es,xi, ideſt frigidus ſum vel frigidus fio,& frigo,is,xi,xum,vel frigui frictum ideſt in frixorio vel frictorio ſeu in ſartagine decoquo ſeu torreo, Sono,as,nui,itum,ſic ſono,is,nui : Caueo,es,aui,cautum ideſt deuito : ſic cauo,is, antiquitus: ſed cauo,as,aui,atum ideſt fodio & euacuo,liquo,as,aui atum: ideſt liquidum facio,liqueo,es,licui, ſignificat liquidum ſeu molle eſſe: & habent primam breuem : ſed liquo,is,licui ideſt reſoluor ſeu diſtillo & refluo : cuius paſſiuum eſt liquor liqueris: & producit primam: lauo, as,laui: lotum vel lautum: ſic lauo,is.

De verbis defectiuis in temporibus, perſonis, & numeris.

OMnia imperſonalia,infinita, gerundia, & ſupina, numeris & perſonis deficiunt. Item infit ideſt dicit vel incipit nil vlterius habet. Quæſo quæſumus vel potius quæſimus quia ennius vtitur infinitiuo quæſere tertiæ coniugationis. Ouat ouans. Inquio ſeu inquam, inquis,inquit, inquiſti, inquit,inquiunt, inquiens. Auſim,auſis, auſit, auſint. Cedo ideſt dic vel da, cedite. Faxo ideſt faciam, faxis,faxit, faxint. Salue, ſaluete,ſaluebis,ſaluere. Aue,auete,aueto,auetote, Aio, ais, ait,aiunt,aiebam,aiebas,aiebat,aiebamus,tis, bant. Forem,fores,foret,forent,fore. Sodes ideſt ſi audes. Capſis ideſt cape ſi vis.

*Memini,ſti,it,meminimus,ſtis,nerunt,*vel *nere, memineram,ras,rat,ramus,atis,rant : in futuro imperatiui memento,& mementote* vtinam *meminiſſem:quum meminerim : quum meminiſſem , quum meminero: infinitiuo tempore præſenti & imperfecto & pluſq̄ perfecto meminiſſe:& ſic declinantur odi,noui,cœpi,ſed carēt futuro imperatiui.* Fio,*fis,fit,fimus,tis , fiunt ,* Fiebam *& reliqua.*Factus *ſum vel fui* Factus *eram,*Fiam,*fi,fiat fiamus,fite , fiant,*Fito *tu,fito ille, fiamus, fitote, fiunto.* Vtinam *fierem* vtinam *factus eſſem :* vtinam *fiam . Quum fiam , quum fierem , quum factus ſim,quum factus eſſem,quum factus ero,*Fieri,*factum eſſe vel fuiſſe, factum iri. Supina factum factu:*participia *factus & faciendus.* Volo,*uis,uult,& reliqua:imperatiuo uelis tu uelit ille,uelimus,tis,uelint.*Futuro *uelito tu uelito ille ,uelimus,uelitote,uelint.*Vtinam *uellem uoluiſſem, uelim,*Quum *uelim,uellem,uoluerim,uoluiſſem uoluero,* Velle,*uoluiſſe,uolens.*

Malo *mauis,mauult,maulumus,mauultis,malunt,*Malebam,Malui,*malueram:futuro magis volam potius q̄ malam:imperatiuo malis tu,malit ille,malimus,malitote,malint.*Vtinam *mallem,maluiſſem,malim,cum malim mallem maluerim,maluiſſem,maluero,malle,maluiſſe.*

Nolo,*nonuis,nonuult,*Nolumus,*nonuultis,nolunt,*Nolebam,*nolui,nolueram,*Non *uolam potiuſq̄ nolam:imperatiuo noli,nolit,nolimus nolite,nolint,nolito tu ,nolito ille:*

*lito ille,nolimus,nolitote,nolint.*Vtinam *nollem, noluiſſem,nolim,Q uum nolim , nollem, noluerim, noluiſſem, noluero,nolle , noluiſſe,nolens*. Edo,es,*eſt, edimus. tis,edunt,edebam,edi,ederam* , Edam , Imperatiuo, *es, edat,edamus,eſte,edant.*Vtinam *eſſem,ediſſem , edam, Q uum edam,eſſem, ederim,ediſſem , edero.* Infinitiuo *eſſe,eſum ire vel eſurum eſſe.*Edendi,edendo,edendum. *Eſum , eſu , edens , eſurus,dicebatur etiam* Edo, *edis, edit:infinitiuo edere , ediſſe*. *Aliqua verba mutuantur præterita ab alijs vt* Ferio *percuſſi : Siſto ſteti vel ſtatui.*Furio *inſaniui:*Tollor *ſublatus ſum:*Arguor *conuictus ſum,veſcor paſtus ſum:* Medeor *medicatus ſum: liquor liquefactus ſum.* Reminiſcor *recordatus ſum:* Sido,*is,ſedi,Q uatio concuſſi,*

Venio,*is,it,venimus pe , pro in præſenti : ſed venimus in præterito penultima breui : Sic redeo , is,redibam, rediui & redij , redieram & redieram : in futuro redeam & redibo quia quarta coniugatio terminabatur in,bo.Sic væneo,is, vænimus, tis, væneunt , vænibam, væniui,vel vænij, væniueram vel vænieram , vænibo.* Imperatiuo *væni,væneat,vænito tu vænito ille , væneamus,vænitote,væneunto.Infinitiuo vænire,væniuiſſe vel vænijſſe,vænum ire:*Multis *vocibus quorundam verborum non vtimur vt fi:ſci malam a' fio,ſcio,& malo.*Dic,*duc,fac,fer,per apocopen dicuntur pro dice:duce,face,fere.*

De verbis habentibus duplex præteritum.

PRandeo,es,prandi,et pranſus ſum:cœno,as,cœnaui et cœnatus ſum:iuraui,& iuratus ſum:placui & placitus ſum, ſueſco, ſcis, ſueui & ſuetus ſum, conſueui, & conſuetus ſum. Plico, plicaui & plicui, necaui, & necui, ſapui,& ſapiui, peperci & parſi, pango pepigi, & pegi & panxi, pungo,pupugi & punxi. Vello, velli, & vulſi. Lino, is,leui, vel lini. Limo,is,iui, itum,quartæ & corripiunt primam:at lenio,is,iui,itum, producit primam & eſt quartæ. Necto nexui vel nexi., Pecto, pexui,vel pexi pectiui uel pectui, ſalui, & ſaliui. Quædam ſunt confuſa in præterito vt paſco, & paueo paui,pendeo,& pendo pependi.Luceo & lugeo luxi, cerno & creſco creui,mingo ſeu rectius meio minxi,pandor patior,paſſus ſum:paſſus etiam eſt a pateo,vertor & verror verſus ſum:frigeo & frigo frixi. Aceo,es,& acuo,is,acui.

De formatione temporum verbi.

OMne præteritum imperfectum in prima & ſecunda coniugatione fit abiecta,s,ſecundæ perſonæ indicatiui & addita,bam,vt amas amabam,doces, docebam.In tertia vero & quarta mutatur,o,primæ perſonæ indicatiui in,e,longam & addita,bam,vt lego legebam:audio,audiebam: excepto ibant cum ſuis. Omne præteritum perfectum deſinit in, i, uocalem longam quæ mutata in, e, breuem. & aſſumpta: ram, facit

pluſq̃ perfectum vt amaui amaueram. Futurum ſit a ſecunda perſona præſentis abiecta,s, & addita, bo, in prima & ſecunda coniugatione vt amabo, docebo. In *tertia vero & quarta mututur,o,primæ perſonæ indicatiui in,am,vt lego legam, audio, audiam, excepto ibo cum ſuis. Secunda perſona imperatiui ſit a ſecunda indicatiui remota,s,in prima & ſecunda & quarta coniugatione vt ama,doce,audi,in tertia vero ſit abiecta,s,& verſo,i,in,e,breue, vt legi, lege.* Tertia *autem perſona ſit mutato,o,indicatiui in,&,in prima coniugatione, in reliquis vero in,at, vt amo amet, doceo doceat,ſic legat audiat. Prima perſona pluralis imperatiui & eius futuri ſit a' tertia ſingulari eiuſdem abiecta,t,& addita mus,vt amet amemus,ſic doceamus,legamus,audiamus. Secunda ſit a ſua ſecunda ſingulari addita te,vt ama amate,doce, docete,audi audite:ſed in tertia coniugatione vertitur,e,in,i,vt lege legite. Tertia ſit a ſua tertia ſingulari interpoſita, n,vt amet ament,ſic doceant,legant,audiant. Secunda & tertia ſingularis futuri ſit a tertia ſingulari indicatiui addita o vt amat amato:ſic doceto,legito,audito.Secunda pluralis ſit a ſecunda ſingulari addita, te, vt amato amatote,ſic docetote, legitote, auditote. Tertia ſit a tertia plurali indicatiui addita,o,vt amant amanto:ſic docento, legunto, audiunto. Prima perſona præſentis & imperfecti, optatiui & imperfecti, ſubiunctiui ſit a' ſecunda ſingulari imperatiui addita,rem,vt ama*

amarem ſic docerem, legerem, audirem. Præteritum *pluſq̃ perfectum optatiui & ſubiunctiui fit a' prima perſona præteriti indicatiui addita, ſſem, vt amaui amauiſſem: ſic docuiſſem, legiſſem, audiuiſſem.* Futurum *optatiui & præſens ſubiunctiui fiunt a' prima poſitione verbi mutata, o, in, em, in prima coniugatione: in reliquis vero in, am, vt amo, amem, doceo doceam, ſic legam, audiam.* Præteritum *perfectum ſubiunctiui fit a' perfecto indicatiui mutata, i, in, e, breue: & addita, rim, vt amaui amauerim: ſic docuerim legerim, audiuerim.* Futurum *ſubiunctiui fit a' perfecto eiuſdem mutata, rim, in, ro, vt amauerim amauerô. Infinitiuum fit a' prima voce imperatiui addita: re vt ama amare: ſic docere, legere, audire.* Futurum *infinitiui fit cum primo ſupino addita: ire, vt amatum ire: vel fit addita: eſſe, participio neutrali futuri vt amaturum eſſe.*

De formatione verbi paſſiui.

OMnes voces *actiuæ deſinentes in, o, addita, r, formant paſſiuum vt amo amor amabo amabor, amato amator, legunto leguntor:* Si *deſinant in, t, addita, ur, vt amat amatur.* Si *vero deſinant in, m, vertitur in, r, vt amabam amabar.* Si *autem finiant in, s, in plurali vertitur, s, in, r, vt amamus amamur: in ſingulari interponitur, ri, vt amas amaris: vel remota, s, & addita, re, vt amas amare.* Sed *ſi ante, s, fuerit, i, vertitur, i, in, e, breue, & interpoſita, ri, vt legis legeris, vel legere: ſic ama-*

*beris vel amabare,ſed,tis,vbiq;,vertitur in,mini vt ama tis amamini,amabitis amabimini.*Præteritum *perfectum & quæ ab eo deſcendunt formantur per participium & ſum es eſt vt amatus ſum,amatus eram,amatus eſſem, amatus ero.* Secunda *perſona imperatiui fit a' ſua ſecunda actiua addita,re,vt ama amare.S*ecunda *pluralis imperatiui eſt ſimilis ſecundæ plurali indicatiui paſſiui vt amamini.S*ecunda *perſona pluralis futuri imperatiui fit a' ſecunda plurali eiuſdem mutata,i,finali in, or,vt amamini amaminor.Infinitiuum paſſiui fit ab actiuo mutata,e,in,i,vt amare amari:* Doceri, *audiri ſed in tertia coniugatione fit a' ſecunda indicatiui perſona remota,s,vt legis legi.*

De *præteritis primæ coniugationis.*

PRimæ *coniugationis* verba *formant præteritum perſectum a' ſecunda proſona præſentis indicatiui remota,s,& addita,ui,ut amas amaui.* Excipe *domo, as,domui:ſic fricui,ſecui ſonui,tonui,cubui,nexui, uetui,crepui,micui,necui,plicui, laui,iuui,ſteti, dedi.* Ex *his compoſita plerumq; fatiunt in,aui,ut increpaui & increpui,concrepui,dimicaui & dimicui, emicui,* Ne*caui quum ſignificat ferro peremptum nam cum alia ui necui facit.*Plico *cum nomine compoſitum facit in, aui, ut multiplicaui duplicaui:cum præpoſitione uero ſæpius in,ui,diuiſas ſyllabas ut replicui, explicui, implicui,applicui et applicaui.*Compoſita *a' lauo,as,ſunt tertiæ coniugationis ut alluo,is,allui:ſic prolui,dilui,Steti*

*in compoſitione mutat,e,in,i,vt aſtiti,conſtiti,reſtiti,præſtiti.*Dedi *cum monoſyllabis eſt tertiæ coniugationis & geminat præteritum ſed mutat,e,in,i,vt* reddidi, *credidi,cum diſyllabis eſt primæ coniugationis & geminat præteritum,& non mutat,e,in,i,vt* circundedi, *peſſumdedi,vænumdedi penultima correpta.*

De *præteritis ſecundæ coniugationis.*

SEcundæ *coniugationis verba formant præteritum perfectum in ui diuiſas vt docui,ſtudui,debui, nocui, callui, vigui,dolui,excellui,timui,habui,tenui canui, ſtupui,rigui,egui,patui,cenſui,parui,langui, emineo eminui præminui,liqueo,licui, deliqueo delicui.* At hæc *deſinunt in ſi,vt ardeo arſi, rideo riſi, ſuadeo ſuaſi, torqueo torſi,mulceo,mulſi,mulgeo mulſi & mulxi,algeo alſi, fulgeo fulſi, tergeo es,ſeu tergo is,terſi, turgeo turſi,vrgeo urſi,indulgeo indulſi,hæreo hæſi, ſorbeo,es,ſorbui,ſed ſorbo is ſorpſi,iubeo iuſſi, maneo manſi,at cieo,cies ciui:ſic a cio cis quartæ,& vtriuſque compoſita ſemper ſunt quartæ vt concio conciui,accio acciui,excio exciui.*Hæc *finiunt in xi,vt frigeo frixi, augeo auxi,lugeo & luceo luxi,pelluceo,pelluxi.* Hæc *terminantur in di,vt vidi,inuidi,ſedi inſedi poſſedi, ſtrideo ſtridui,ſtrido ſtridi,prandeo prādi & pranſus ſum,pendeo pependi,tondeo totondi,mordeo momordi,ſpōdeo ſpopondi.*Compoſita *ex his non geminantur vt remordi.reſpondi.exceptis compoſitis a do,ſto, diſco, & po-*

ſco,vt reddidi,credidi,reſtiti,præſtiti,addidici,repopo-ſci,a pungo vnum geminatur:ſcilicet repupugi vel etiam repunxi,vnde expunxi,diſpunxi,cõpunxi, a curro duo geminantur ſcilicet decucurri & præcucurri. Gau-*deo gauiſus ſum,audeo auſus ſum,ſoleo ſolitus ſum , ſic fido fiſus ſum,fio factus.* Compoſita a Leo & pleo fa-*ciũt in ui ſyllabam vt deleo deleui,releo releui,ſuppleo ſuppleui,repleo repleui,ſic fleo fleui,neo neui. Sic com-poſita ab oleo vt peroleo,peroleui,exoleo,exoleui,ado leo adoleſco adoleui,q̃uis oleo faciat olui & oleui ſicut pauca compoſita ſcilicet redoleui & redolui,aboleui et abolui,abſoleui & abſolui.*Deſinentia in,ueo,*faciunt in ui ſyllabam vt moueo moui,caueo caui,faueo faui, con-niueo conniui & connixi,ferueo ferui,foueo,foui,paueo paui & cætera ſimilia.*

De *præteritis tertiæ coniugationis.*

TErtiæ *coniugationis verba terminata in bo, emit-tunt præteritum in bi,vt bibo bibi, lambo lambi, ſcabo ſcabi, deglubo deglubi.* Excipitur *nubo nupſi, ſcribo ſcripſi. Sed compoſita a cubo as, tam primæ q̃ tertiæ coniugationis faciunt præteritum in ui diuiſas, vt accubo as accubui ſic incubui,recubui,at ſi accipiant m, ante b,fiunt tertiæ & perdunt,m, in præterito ut accumbo is accubui, incumbo is, incubui , recumbo is recubui.* In, co, *terminata præcedente, n,*

abſtiunt eam et uerſo,o,in,i,formant præteritum vt vinco uici; conuinco conuici, ico. tamen iciparco peperci vel parſi. Si deſinant in ſco,mutant,ſco, in,ui,ſyllabam ut quieſco quieui:paſco paui,creſco creui,adſciſco adſciui ſueſco ſueui,conſueſco conſueui & conſuetus ſum:noſco noui. Excipe *compeſco compeſcui:diſpeſco diſpeſcui, conquiniſco conquexi,diſco didici:poſco popoſci gliſco olim gliſci:ſic etiam terminabantur omnia inchoatiua ut caleſco caleſci ut ait* Nonius Marcellus. *Si uocalis natura longa præceſſerit,co,mutatur,co,in,xi,ut dico dixi,prædico,is,prædixi.*

I*n,do,uertunt,o,in,i,ut,pando pandi: reprehendo reprehendi, ſcando ſcandi:ſic deſcendi,offendi, contendo contendi ſed hæc tria perdunt,n,in præterito ut fundo fudi,findo fidi,ſcindo ſcidi,olim ſciſcidi.* Compoſita *a do,as,geminantur & mutant,e,primitiui in,i, ut perdo perdidi. ſic credidi,edidi ideſt publicaui:nam ab edo es eſt: uſurpatur edi.Diuido diuiſi,fido fiſus ſum.* Q*uædam geminantur in præterito ut pendo pependi tendo tetendi:abſcondo uero abſcondi rarius abſcondidi: tundo tutudi,pedo pepedi,cado cecidi,ſic cocidi,incidi,occidi:penultima correpta:ſed cædo cecidi penultima longa ſicut eius compoſita vt concidi,incidi,occidi.* Verba *uero quæ habent primam longam conuertunt,do,in,ſi, ut ludo luſi,rado raſi,lędo læſi,ſic colliſi,eliſi,illiſi,trudo truſi rodo roſi,uado uaſi,euado euaſi,claudo clauſi cludo cluſi,plaudo plauſi,explodo exploſi,complodo*

compolſi,diſplodo diſploſi:Cudo cudi & cuſi,cedo ceſ ſi, ſic receſſi, conceſſi, præceſſi. Sido caret præterito olim ſidi habuit. In,go,emittunt præteritum in,xi,ut pingo,pinxi,tingo tinxi,ango anxi,rego rexi,tego te= xi,corrigo correxi,dirigo direxi,porrigo porrexi,ſur rexi a' ſurgo.At ago egi:ſic dego degi,redigo redegi. adigo adegi,exigo exegi,cogo coegi,lego legi:ſic per legi,relegi:præter intelligo intellexi,ſic neglexi, dile= xi tantum,Pungo autem pupugi uel punxi, repungo re= pupugi et repunxi:ſed compungo compunxi tantum:ſic expunxi diſpunxi,clango clanxi & clangui.frango au tem fregi,infringo infregi,confregi refregi, Tango teti gi, cõtingo contigi,attingo attigi.Pango pro iungo fa= cit pegi,ſic impingo impegi:quando uero ſignificat pa= ciſci facit pepigi:quando facit panxi ſignificat cantare. Hęc faciunt in,ſi,ut ſpargo ſparſi,diſpergo diſperſi,mer go merſi,tergo terſi,uergo uerſi.

In,ho,uertunt,o, in,xi,ut traho traxi,ueho uexi. In lo,fatiunt,ui,diuiſas ut alo alui,colo colui,molo molui cõſului,uolui,occului.Extipe fallo fefelli, pello pepuli tollo olim tetuli nunc ſuſtuli,pſallo pſalli,uello uelli & uulſi,reuello reuelli & reuulſi,percello perculi & perculſi,excello,is,exculi,excelſum,ſed excelleo,es,ex cellui. In,mo,in,ui,diuiſas fatiunt ut uomo uomui,ge= mo gemui, fremui tremui. Hæc quatuor fatiunt in,pſi, ut promo prompſi, como compſi, demo dempſi, ſumo ſumpſi.Sed premo preſſi:ſic imprimo impreſſi, oppreſ=

ſi,compreſſi, repreſſi,expreſſi. At *emo facit emi, ſic redemi,ademi,diremi,coemi.* In *no,emittunt in ui ſyllabam vt ſino ſiui,deſino deſiui,ſterno ſtraui,cerno creui,ſperno ſpreui,lino lini liui & leui,vnde relino,is,releui,& releo es releui.* Excipe *pono poſui,gigno genui, cano cecini,cuius compoſita faciunt in ui diuiſas vt concino concinui,ſuccinui,accinui, præcinui,occinui, temno tamen tempſi,contemno contempſi.* In,*po,formant in,pſi,vt carpo carpſi,decerpo decerpſi,diſcerpo diſcerpſi,ſerpo ſerpſi,ſcalpo,ſcalpſi.ſculpo ſculpſi, repo repſi, ſed ſtrepo ſtrepui, rumpo rupi,* In,*quo, deſinunt in xi,vt coquo coquis coxi,linquo tamen liqui,relinquo reliqui derelinquo dereliqui,delinquo deliqui.i.pecco.* In *ro,in ui ſyllabam vt tero triui, ſic contriui, attriui, quæro quæſiui acquiro acquiſiui ſero ſeui,inſero inſeui, conſero conſeui,quantum ad arbores,nam ſecus emittũt in ui diuiſas ut ſero ſerui ideſt ordinaui ſeu admoui antiquitus ſic inſero inſerui ideſt immiſi conſerui ideſt immiſcui,deſerui ideſt dereliqui,aſſerui ideſt affirmaui, exerui ideſt extuli.* Excipe *uro uſſi,gero,geſſi, uerro uerri & uerſi, curro cucurri,præcucurri & precurri,decucurri & decurri.* In *ſo,in ui ſyllabam finiunt vt acerſo is accerſiui & accerſi,laceſſo laceſſiui & laceſſi,ſed capeſſo capeſſi tantum:ſic faceſſi,arceſſi, uiſo is uiſi ,pinſo autem pinſui olim pinſi.* In,*to,in ui diuiſas emittunt vt meto meſſui,ſterto ſtertui,diſterto,diſtertui,ſed uerto tis uerti,conuerti,pecto is pexui vel pexi & pectiui,ne-*

cto nexui vel nexi flecto flexi, plecto plexi, mitto miſi, peto petiui vel petij. Siſto quando habet ſignificationem actiuam facit ſtatui, quum vero eſt abſolutum facit ſteti. Sed compoſita a ſto & ſiſto ſimiliter formant præteritum vt obſto, as, & obſiſto, is, obſtiti, reſto & reſiſto reſtiti, conſto & conſiſto conſtiti, inſto & inſiſto inſtiti.

In, xo, duo ſunt ſcilicet texo is texui, nexo nexui. In tio præcedente a' breui mutant illud in e productum et abijtiunt o ut facio feci perfeci, iacio ieci abijtio abieci, deieci. Reliqua finiunt in xi vt aſpitio aſpexi, deſpexi, allitio is allexi: ſic pellexi, illexi, at icio ici, elicio elicui.

In dio, in di vt fodio fodi: ſic perfodi, confodi penultima producta: quia omne verbum minuens in præterito ſyllabam præſentis producit penultimam præteriti vt video vidi venio veni.

In gio abijciunt o: vt fugio fugi, confugi refugi.

In pio formant in ui diuiſas vt rapio rapui, corripui, arripui, cupio cupiui & cupij, concupiui & concupij, ſapio ſapui ſapiui & ſapij: ſed capio cepi: ac cœpi cum diphthongo eſt defectiuum a' cœpio antiquo.

In, quio, vnum eſt ſcilicet inquio inquis inquiſti inquit.

In rio duo ſunt ſcilicet pario peperi, furio olim furui nunc inſaniui.

In tio, in ſſi faciunt vt percutio percuſſi, quatio quaſſi ideſt moueo inde concutio concuſſi, r, diſcutio, excutio, incutio, percutio, recutio, quaſſo as frequentatiuum.

In,uo,diuiſas ſyllabas mutāt,o,in,i,ut acuo acui,imbuo imbuit,annuo annui,abnuo abnui,induo indui,ſuo ſui, diſſuo diſſui,metuo metui,argui:ſed tingo uel tiguo tinxi,extingo extinxi,ungo uel unguo unxi,linguo uel lingo linxi,ſtruo ſtruxi,fluo fluxi,pluo tamen pluui. In,uo,ſyllabam in,ui,ſyllabam emittunt ut uoluo uolui ſoluo ſolui,caluo calui,uiuo tamen uixi, at meio minxi, ſicut mingo quod uix inuenitur.

De præteritis quartæ coniugationis.

QVartæ coniugationis uerba formant præteritum perfectum a' ſecunda perſona præſentis indicatiui mutata,s,in,ui,uel in,ij,ut audio audiui uel audij,munio muniui uel munij,nutriui uel nutrij, ſcio ſciui uel ſcij,neſciui uel neſcij.Cio ciui uel cij,conciui uel concij,mollio molliui uel mollij,eo iui uel,ij,queo quiui,uel quij,uæneo,is,uæniui uel uenij, ſuffio ſuffiui uel ſuffij. Duo faciunt in,xi,ſcilicet ſantio ſanxi olim ſanciui & ſantij,uintio uinxi olim uinciui uel uincij.Hæc faciunt in ſi,ſcilicet fartio farſi,refertio referſi,ſartio ſarſi, reſartio reſarſi,ſepio ſepſi,ſentio ſenſi, cambio campſi. At uenio ueni:ſic conueni,perueni,ſalio ſalui ſaliui & ſalij, amitio amicui & amiciui & amitij.Compoſita a' pario faciunt in,ui,diuiſas ut aperui,cooperui,operui:ſed comperio comperi,reperio reperi.

De ſupinis uerborum.

SVpina formantur a' præteritis perfectis:præterita autem perfecta finiūt in has uoces ſcilicet bi,ci,di,gi,li,

mi,ni,pi,qui,ri, ſi,ti, ui,ſyllabm, & ui, diuiſas,xi.
Deſinentia *in,bi, accepta,tum, formant ſupinum ut bibi bibitum.* Deſinentia *in,ci,emittunt,in,ctum,ut feci factum,infeci,infectum,proieci proiectum,uici uictum,ici, ictum: ſed popoſci, didici,peperci: carent ſupinis.*
Deſinentia *in,di,conuertunt,di,in, ſum, ut uidi uiſum, ſcandi ſcanſum,fudi fuſum,pandi paſſum ſicut a' patior & pateo: & tutudi tuſum,contudi contuſum, pertundo pertuſum. Quæ dm geminant,ſſ,cum compoſitis ut fodi foſſum, perfoſſum, ſedi ſeſſum,poſſeſſum,ſcidi ſciſſum, findo fidi fiſſum,cudo cuſſum.* Edo *eſum & eſtum: ſic comedi comeſum & comeſtum, ſed ambedo ideſt circumedo ambeſum tantum: ſic adedo adeſum,momordi morſum,cado cecidi caſum: ſic occidi occaſum, accidi accaſum: ſed cædo cecidi cæſum non habet diphthongum in præterito: inde occidi penultima producta occiſum,reciſum,tetendi tenſum uel tentum,contendo contentum & contenſum,prætendo prætenſum & prætentum, extendo extentum & extenſum, abſcondo abſconſum rarius abſconditum,oſtendo oſtenſum ſeu oſtenditum:* Dedi *datum, perdo perditum, credo creditum: at ſido pedo carent ſupinis.*
Deſinentia *in,gi,faciunt in,ctum, ut legi lectum, collegi collectum.* Ago *actum,exigo exactum,dego, olim dactum ſed nō uſurpatur,redigo redactum frango fractum,infringo infractum,pepigi pactum, impingo impegi impactum,tetigi,tactum,contigi,contactum, attigi*

attactum,fugi tamen fugitum. Deſinentia in,li,faciũt in ſum,vt fefelli falſum, pepuli pulſum, velli uulſum, percello perculi perculſum,ſalio,ſaliui ſalitum,quartæ ideſt ſalem infundo: pro quo dicebatur ſallo,is,ſalſum inde inſulſus, tollo ſubſtuli ſublatum,pſallo caret ſupino. Deſinentia in,mi, remoto,i,accipiunt ptum, vt emi emptum. Deſinentia in,ni,hæc fere ſunt ſcilicet ueni uentum,conuentum,cecini,cantum,lini,litum. Deſinentia in pi,emittunt in ptum,ut rupi, ruptum, cepi captum at cœpi cœptum. Deſinentia in qui,faciunt in ctum ut reliqui,relictum. Deſinentia in ri,hęc ſunt ſcilicet peperi partum uerri uerſum,cucurri,curſum,repperi repertum,compertum. Deſinentia in ſi uertunt,ſi in ſum,ut terſi terſum,fulgeo,fulſi,fulſum,alſi,alſum,læſi,læſum,luſi,luſum,parſi parſum:at miſi duplicat,s, in ſupino miſſum:ſic ceſſi ceſſum,iuſſi iuſſum.Excipe indulſi indultum rarius indulſum, mulgeo mulctum rarius mulſum,mulceo mulſum rarius mulctum,uro uſtum,geſſi geſtum,hauſi,hauſtum,ſorbo,is, ſorptum, abſorptum, torſi tortum rarius torſum:inde contortum, diſtortum, farſi fartum, confertio,confertum,fultio fulſi fultum,ſartio ſartum,reſartum antiquitus reſarcitum,ſcripſi,ſcriptũ,cambio campſum quo antiqui uſi ſunt pro quo uſurpamus permuto,as,& commuto. Deſinentia in ti,hęc ſunt ſcilicet ſteti ſtatum,præſtiti præſtitum & præſtatum,inſto inſtiti inſtitum & inſtatum,cõſtitum & conſtatum obſtitum & obſtatum,ſiſto,ſteti ſtatum ſi abſolutum

eſt: ſi eſt actiuum habet ſtatui ſtatutum: olim habuit ſtiti ſtitum quod patet in compoſitis vt aſſiſto aſtiti aſtitũ, circũſiſto circunſtiti & circunſteti circunſtitum & circũ ſtatum, uerto uerti uerſum, conuerſum. Deſinentia in *ui, ſyllabam conuertunt, ui in tum, ut amaui amatum: ſic neco, as, necatum, moui, motum, auditum, cupitum, neo es, netum, dimicatum, quæſitum rarius quæſtum.* Dicimus *tamen cognoui cognitum, agnitum, adoleſco uel adoleo adultum, caueo cautum, lauo, as, laui, lautum uel lotum olim lauatum, potaui potum olim potatum, paui paſtum ſeui, ſatum, inſeui, inſitum, conſeui conſitum, faui fautum ſepeliui, ſepelitum & ſepultum, ſalio ſaliui uel ſalij ſeu ſalui ſaltum, deſilio deſiliui & deſilui deſultum, uæneo uænum, uenio uentum, amitio amictum, ſolui ſolutũ, uolui uolutum, caluo, is, caret ſupino.* Deſinẽtia in ui, *diuiſas cõuertunt, ui, in itũ, ut domui domitũ, debui debitũ, crepui crepitũ, ſonui, ſonitũ, excipe necui nectũ, fricui frictum, ſecui ſectũ, cẽſeo cẽſum, miſcui mixtũ, docui doctũ torrui toſtũ tenui tẽtũ, patui, paſſum, carui, caritũ & caſſum, nuo, is, nui nutũ, ſui ſutũ, indui ĩdutũ, acui acutũ argui argutũ, nexui nexũ, texui textũ, ſtatuo, is, ſtatui ſtatutum, poſui poſitũ, uel poſtũ, rapui raptũ, corripio correptum, pinſui pinſum rarius pinſitum ſeu piſtum, excellui excelſum, alui alitum uel altum, colui cultũ, conſului cõſultũ, meſſui meſſum, cõtinui cõtentum, ſuccinui ſuccentũ molui molitũ uel multũ, occului occultũ, rui ruitum uel rutum unde dirutum, erutum, aperui apertum, inſilui*

inſultum,aſſilio aſſultum. Deſinentia in,xi,faciunt in ctum,ut dixi dictum,lugeo luxi luctum, uintio uinxi uinctum,tinxi tinctum,ango anxi anctum,cinxi cinctũ, extinxi extinctum,auxi auctum,planxi planctum, mcio is,minxi mictum ſicut a' mingo antiquo, frixi frictum, pinxi pictum,ſtrinxi ſtrictum,ſed flexi flexum,nexi nexum,pexi,pexum,fluxi fluxum,fixi fixum, plecto plexum:at ſorbeo,luceo,pelluceo carent ſupinis.

De præteritis & ſupinis commu nium & deponentium.

Verba deponentia et communia formant præteritum per participium & uerbum ſubſtantiuum ſed oportet fingere eorum actiua quæ fiunt per remotionẽ, r, litteræ ut imitó,as,aui,atum: hinc formabimus præteritum ſcilicet imitatus ſum, recordatus ſum: & ſic de cæteris. Aliqua tamen non ſequuntur hanc formationem ſcilicet reor ratus ſum, miſereor miſertus ſum, fateor faſſus ſum, tueor ideſt defendo,tutus ſum quæ quatuor ſunt ſecundæ coniugationis: nam tuor ideſt uideo tuitus ſum & eſt tertiæ coniugationis:& ab utro ꝙ eſt infinitiuum tueri,gradior greſſus ſum,metior menſus & metitus ſum, labor lapſus ſum: comminiſcor commentus ſum: proficiſcor profectus ſum: nanciſcor nactus ſum:paciſcor pactus ſum:naſcor natus ſum,experior expertus ſum:ulciſcor ultus ſum:ordior orſus ſum: fungor functus ſum: adipiſcor adeptus ſum;obliuiſcor oblitus ſum:expergiſcor experrectus ſum: loquor locutus

cutus ſum:ſequor ſecutus ſum:queror queſtus ſum:patior paſſus ſum:nitor niſus ſum:olim nixus ſum. Defetiſcor defeſſus ſum:vtor vſus ſum:complector complexus ſum: orior ortus ſum:potior potitus ſum:morior mortus ſum: quæ tria olim ſecundum tertiam & quartam coniugationem efferebantur:ſed nunc duo prima habent vere ſecundam perſonam indicatiui & infinitiuum ſecundum quartam:reliqua vero ſecundum tertiam:at morior nūc eſt tertiæ.Sed quia præterita deponentium & communium formantur a' ſupinis:iccirco habitis præteritis facile conflátur ſupina vt ſecutus ſum a' ſupino ſucutu ad dita,s, Medeor tamen & liquor,veſcor, & reminiſcor carent ſupinis,

De grámatica: grámaticiꝙ officio.

GRammatica eſt recte loquelæ: rectæq́ ſcripturæ ſcientia:quæ vſu ratione: auctoritateꝙ conſtat. Grámaticus eſt vir bonus:docēdiꝙ peritus.Officiū aūt eius eſt docte legere, ſcribere, atꝙ erudite probando intelligere:id vere conſtat ex quatuor partibus ſcilicet lectione pronunciando ſuauiter:enarratione hiſtoriarū exponendo auctores fideliter:& emendatione errorum prudenter et iuditio aurium omnibus ſagaciter addito. Grammaticus dicitur litteratus:grámatiſta eſt qui barbaris litteris obſtrepit:litterator eſt qui nō eſt perfectus in litteris ſed imbutus.Sophus.i.ſapiens.Sophiſta eſt qui argutijs & cauillationibus ad capiendum aliorum animos vtitur. Grammatice latine dicitur litteraria quia

conſiſtit in litteris & ab eis incipit: nam ex litteris fiunt ſyllabæ: ex quibus formantur dictiones: per quas conflatur oratio: qua grammatices diſciplina continetur. Partes grammatices ſunt quatuor, ſcilicet, littera, ſyllaba, dictio, & oratio. Littera eſt minima pars vocis compoſitæ ex litteris quæ ſcribi poteſt, & eſt indiuidua, quia oratio reſoluitur in dictiones: dictiones autem in ſyllabas, ſyllabæ vero in litteras: littera tamen non reſoluitur vlterius, & ideo dicitur indiuidua. Vox eſt aer ictus auribus accidens: & eſt duplex, ſcilicet articulata & inarticulata. Articulata eſt rationalis humanæ loquelæ conueniens: quæ etiam dicitur litterata: quia ſcribi poteſt ut Petrus, Inarticulata ſeu confuſa eſt irrationalis & animalium voce confecta, quæ etiam dicitur illitterata, quia ſcribi non poteſt vt ſunt ſibili ſerpentum. Dicitur autem littera quaſi legitera, eo ꝙ legendi iter præbeat, vel a lituris, quia veteres in cæratis tabulis ſcriberent, & inde delere ſolebant. Differt autem littera ab elemento: quia elementum eſt ipſa litteræ pronunciatio littera vero eſt ipſa figura, ſed interdum alterum pro altero ſumitur. Litteræ accidunt tria, ſcilicet, nomen quo ipſæ litteræ pronunciantur, figura qua depinguntur, poteſtas qua valent. Litteræ ſunt duæ & viginti, ſcilicet. A.b.c.d.e.f.g.h.i.l.m.n.o.p.q.r.s.t.u.x.y.Z. licet.h.non fuerit littera, ſed aſpirationis notat: at hodie inter litteras ponitur, ſed.k.græca eſt pro qua, c, utimur vt calendæ, litteræ diuiduntur in

vocales & conſonates. Vocales ſunt quinq;.ſ.a.e.i.o.u. & vna græca.y.ipſilon dicta qua in græcis vtimur dictionibus vt hymnus. Ex vocalibus fiunt diphthōgi quatuor ſcilicet.æ.œ.quæ ſcribuntur et non proferuntur, vt Æneas, fœdus, ſed au, et eu, ſcribuntur et proferuntur in vnica ſyllaba, vt audio, eurus. Conſonantes dicuntur quaſi cum vocalibus ſonantes: & diuiduntur in mutas & inſemiuocales. Mutæ ſunt octo.ſ.b.c.d.ſ g.p.q.t. & dicuntur mutę quia reſpectu aliarum litterarum parum ſonant, & incipiunt a ſe & deſinunt in uocalem. Semiuocales uero dicuntur quaſi imperfecte vocales, & ſunt ſeptem.ſ.l.m.n.r.s.x.z. & incipiunt a vocalibus & deſinunt in ſe præter.x.quæ fit a græca, xi, p anaſtrophen figuram, & præter.z.tanq̄ nuper inuentam. Ex his duæ ſunt liquidæ.ſ.l.&.r.apud veteres etiam.m.&.n.fuerunt liquidæ, & dicuntur liquidæ, quia liqueſcunt & quaſi intereunt poſt mutas poſitæ in eadem ſyllaba: & in metro præcedentem ſyllabā natura breuem efficiunt communem vt pharetra quæ in verſu producit ſeu corripit penultimam, in proſa vero ſemper corripit. Ex ſemiuocalibus etiam duæ dicuntur dupplices.ſ.x.&.z.quia ponuntur pro duabus litteris.nā, x, pro, c, &, s, vt dicſit pro dixit, z, vero pro gemino, ſſ, ponebatur, ut patriſſo pro patrizo. Syllaba eſt comprehenſio litterarū, quæ ſub vno accentu, & vno ſpiritu indiſtāter profertur. Vocales tñ ſingulæ abuſiue, vel potius per antonomaſiam ſyllabas efficiunt. Syllabæ accidūt quatuor.ſ.tenor, ſpūs

tempus:& numerus.Tenor.i.accentus eſt regula ad ele uandam deprimendamq; ſyllabam.Spiritus ſunt duo.ſ. aſper et lenis.Aſper eſt quo ſyllaba aſpere profertur vt lux.Lenis eſt quo leni voce ſyllaba profertur vt luna. Tempus ſyllabæ eſt illa mora qua ſyllaba pronũciatur: icirco ſyllaba longa habet duo tempora: breuis vero vnum tantumq; temporis cõſumitur in duabus breuibus ennunciandis:quantum in vna longa proferenda.Nume rus litterarum accidit ſyllabæ:quia ſyllaba conſtare po teſt ab vna ad ſex litteras vt,a,ab,abs,mars ſcobs,ſtirps. Dictio eſt minima pars orationis conſtructæ.i.in ordi= ne poſitæ:& ſemper aliquid dicit ideſt ſignificat:nã ſyl laba nihil dicit niſi quum poſita eſt in dictione vt lex. Oratio eſt ordinatio dictionum congruam ſententiã per fectamq; demonſtrans.Et eſt duplex oratio.ſ.perfecta et imperfecta:perfecta eſt quæ perfectum ſenſum habet vt ego amo Deum:imperfecta eſt quæ non habet perfectũ ſenſum vt ſi veneris ad me:partes orationis ſunt octo.ſ. nomen,verbum,participium,pronomen,præpoſitio, ad uerbium,interiectio,& coniunctio.

De nomine.

NOmen eſt pars orationis declinabilis ſignificans ſub ſtantiam & qualitatem propriam vel communem cum caſu. Subſtantia eſt quæ per ſe ſubſtat: ſubijciturq; accidenti & ipſum ſuſtentat & non econtrario:et eſt du plex ſcilicet propria vt petrus & communis vt animal. Qualitas eſt illa qua alius ab alio differt:& eſt etiam

duplex.ſ.propria vt riſibilis & communis vt albus poteſt etiam dici:ſignificans ſubſtantiam cũ qualitate ideſt rem cum modo rei ſiue ſuppoſitum & eius naturam vt petrus animal album:philoſophus diceret concretum et abſtractum quia concretum dicit materiam in re vt lapis:abſtractumvero eſt in intellectu vt albedo,quod eſt quoddam abſtractum a materia. At quia omne nomen eſt quadruplex.ſ.ſubſtantiuum vel adiectiuum:propriũ vel appellatiuum iccirco in diffinitione per ſubſtantiã: intelligitur nomen ſubſtantiuum:per qualitatem,adiectiuum,quia omnia adiectiua ſignificant qualitatẽ per propriam nomen proprium:per communem notatur appellatiuum:proinde hæc diffinitio eſt ſufficiens:quia competit omni contento ſub diffinito.Diffinitum eſt illud quod determinatur.Diffinitio eſt declaratio diffiniti. Quadruplex eſt diffinitio ſcilicet.Subſtantialis indicans eſſe rei per eſſentialia quæ conſtat ex genere & differentia vt homo eſt animal rationale. Et deſcriptiua quæ eſt oratio indicans eſſe rei per accidentalia certis proprietatibus contenta:vt homo eſt animal greſſibile bipes:ſic etiam omnes diffinitiones in grammatica ſunt deſcriptiuæ.Et cauſalis diffinitio quæ datur per cauſas.ſ.efficientem vel materialem vt ira eſt accenſio ſanguinis ad cor. Vltima eſt diffinitio quid nominis quæ eſt oratio ſignificans quid per nomen importatur vt quid eſt vacuum: eſt ſpatium non repletum corpore. In diffinitione dicitur cum caſu ad differentiam verbi & partium indecli-

nabilium. Nominum igitur aliud ſubſtantiuum:aliud adiectiuum. Subſtantiuum eſt cui præponitur vnus articulus vel duo vt hic Petrus, & hic & hæc homo. Adiectiuum eſt quod habet tres articulos ut hic & hæc & hoc fœlix,vel tres diuerſas voces vt bonus bona bonum.Dicitur autem adiectiuum:quia adijcitur.i. adiungitur proprijs vel appellatiuis nominibus : vel ad laudem,vt Petrus iuſtus,homo iuſtus , vel ad vituperationem,vt Petrus malus,homo malus , vel ad medium vt magnus imperator,magnus latro,vel ad accidens vnicuiqꝫ vt coruus niger , holor albus , Sumuntur autem adiectiua 'a qualitate vel quantitate animi vel corporis:vel extrinſecus accidentium,vt bonus,magnanimus, albus,longus,diues, pauper.Subſtantiuorum aliud eſt proprium,aliud appellatiuum.Proprium eſt quod conuenit vni ſoli vt Petrus:Appellatiuum eſt:quod eſt commune multorum,vt homo. Nomini accidunt quinqꝫ ſcilicet ſpecies,genus numerus, figura & caſus : accidit etiam declinatio,ſed ſub caſu comprehenditur:quia caſus eſt declinatio nominis:accidit quoqꝫ perſona:ſed nō ponitur,vel quia non eſt varia ſicut in pronomine : vel quia per verbum demonſtratur:nā dicimus Petrus oro, Petrus oras:Petrus orat.Nota ꝙ dicimus petrus quotæ perſonæ eſt , & cuius perſonæ accipiendo interrogatiue & non relatiue. Species eſt accidens ſeu qualitas qua primogenium 'a deriuatiuo dignoſcitur,& 'eſt duplex:ſcilicet primitiua et deriuatiua:primitiua vt mons

deriuatiua vt *montanus*. *Species propriorum nominum ſunt quatuor: ſcilicet prænomen, nomen, cognomen, & agnomen*. *Prænomen eſt quod præponitur nomini cauſa differentiæ: vel cauſa amicitiæ* vt *inter* Romanos & Sabinos vt *publius*. Nomen *eſt proprium cuiuſq; ſuum*: vt Scipio, Cognomen *eſt cognationis nomen*: vt Cornelius: Agnomen *eſt quod ab aliquo euentu imponitur* vt Aphricanus: *interdum ponitur cognomen pro agnomine*. *Species communes propriorum & appellatiuorum hæ ſunt ſcilicet: corporale quod ſignificat corpus* vt *lapis*: Incorporale *quod nō ſignificat corpus* vt *virtus*: Omonimum *eſt quod vna* voce *diuerſa ſignificat* vt *canis, acies, Sinonimum nomen eſt quo diuerſa vnum ſignificat* vt *enſis, gladius, mucro*. Appellatiuorum *propriæ ſpecies hæ ſunt, ſcilicet, nomen ad aliquid dictum: quod ſine intellectu illius ad quod dicitur proferri non poteſt*: vt *pater, filius*, Q*uaſi ad aliquid dictum nomen eſt illud quod quum ſignificet aliquid contrarium: aut adhærens: tamen non etiam ſignificat illud ex quo accipit denominationem*: vt *nox, dies*, Gentile *nomen eſt quod gentem ſignificat: ut Siculus*: Patrium *eſt quod patriam ſignificat ut* Meſſanenſis: In*terrogatiuum eſt quod cum interrogatione profertur ut quis eſt*: Infinitū *eſt interrogatiuo contrarium ut neſcio quis eſt*. Nota *ꝙ quis et quid ponuntur interrogatiue et infinite tantū: ſed qui, quæ, quod etiam relatiue*: Rela*tiuum eſt quod rem ante latam dicit iterum ut qui, ille,*

& cætera relatiua ſubſtantiæ. Collectiuum nomen eſt illud quod in ſingulari ſignificat multitudinem vt populus, gens. Diuiduum eſt quod 'a duobus vel 'a pluribus ad ſingulos habet relationem: vel ad plures innumeros pares diſtributos vt vterq;: quiſq; terni. nam vterq; continet duos & habet relationem ad ſingulos copulatiue ſic vt vterq; veſtrum legat. ſ. tu & iſte. Quiſq; vero habet relationem 'a pluribus ad ſingulos vt quiſq; veſtrum legat ſ. tu & iſte & ille & ſic de ſingulis. Terni autem habet relationem 'a pluribus ad plures innumeros pares diſtributos: nam terni quando eſt nomen diuiduum ſignificat non abſolute ſed reſpectu aliorum trium vt terni currunt. i. tres cum tribus alijs: at quando ſignificat tres præciſe: tunc eſt nomen numerale. Factitium ſeu fictitium nomen eſt illud quod 'a proprietate ſonorum per imitationem factum eſt vt tintinnabulum. Generale eſt quod ad multas ſpetes diuidi poteſt, vel quod prædicatur de pluribus differentibus ſpetie vt animal. Spetiale eſt quod 'a genere diuiditur vel quod prędicatur de pluribus differentibus numero vt homo qui prædicatur de Sorte & Platone quę dicũtur indiuidua & differunt inter ſe numero tantum: ſicut animal prædicatur de equo & boue qui differunt inter ſe ſpetie. Ordinale eſt quod ſignificat ordinem vt primus ſecundus. Abſolutum nomen eſt quod per ſe intelligitur & nõ eget alterius nominis coniunctione ad oſtendendam ſuã qualitatem vt deus: ratio nam quum dico deus intelli-

gitur per ſe ꝙ ſit bonus beatus pius: ſic ratio ꝙ ſit bona iuſta: ſed quum dico homo dubium erit an ſit albus: an niger. Temporale eſt quod ſignificat tempus vt menſis. Locale nomen eſt quod ſignificat locum vt longinquus.

Poſſeſſiuum nomen eſt quod cum genitiuo primitiui ſignificat aliquid ex his quæ poſſidentur vt enſis euandrius. i. euandri. Deriuantur autem poſſeſſiua vel 'a proprijs vt Octauianus ab Octauio: vel ab appellatiuis vt paternus: vel 'a patria vt Romanus: vel 'a profeſſionibus vt grãmaticus 'a grãmatica quã profitetur vel 'a diſciplinis vt ſocraticus: vel 'a morbis vt cardiacus qui patitur morbum cardiæ ideſt cordis: vel ab officijs vt tabellarius: vel 'a dignitatibus vt cenſorius: vel 'a rebus in quibus ſunt vt collarium quod eſt in collo. Vel 'a rebus de quibus ſunt vt lex frumentaria quia eſt de frumentis: vel a rebus quas continent vt cella vinaria quę continet vinum: vel 'a locis vt ruſticanus: vel 'a temporibus ut diurnus, menſurnus: uel ab animalibus ut taurinus: uel 'a fortuna ut libertinus: uel a numeris ut binus a' bis: uel 'a uerbis ut optatiuus: uel 'a præpoſitionibus ut externus ab extra: uel ab aduerbijs ut heſternus ab heri: uel ab arboribus ut colurnus, ficulnus, acernus, uel a' prouincijs ut Siculus, Italus, & cætera talia. Poſſeſſiua uel ſunt adiectiua ut martius, a, um, uel ſubſtantiua ut hoc ſacrarium, uiridarium. Interdum ponuntur poſſeſſiua pro patronymicis ut Cæſar Octauianus. i. Octauij filius. Diminutiuum nomen eſt quod ſui primi-

tiui diminutionem ſignificat. Et fit uel cauſa neceſſitatis ut Regulus pro paruo rege, uel cauſa urbanitatis: ut fraterculus: uel cauſa adulationis ut Antoniolus: Aliqua ſunt maſculina ut popellus, ocellus, homuntio, homunculus, homullus, homullulus, ſenetio 'a ſene, tyrunculus, miſellus, tenellus, bacillus 'a baculo, ſurdaſter ideſt parum ſurdus, recaluaſter ideſt parum caluus: ſed cætera in aſter: ſignificant imitationem ut antoniaſter ideſt imitator Antonij. Aliqua ſunt fœminina ut capella, fabella, maxilla, diecula, facula, arula ab ara: ſpecula 'a ſpe: recula 'a re ſucculla 'a ſue, offenſiuncula, litterula, catella, filiola. Aliqua ſunt neutra ut ſacellum, corculũ, lucellum 'a lucro, cerebellum a cerebro, ſigillum, munuſculum, uexillum, terebellum, bacillum, conuenticulum, corpuſculum. Quædam habent formam diminutiuorum ſed non ſignificãt diminutionem ut anniculus, auunculus tabula, nouacula, uinculum, diluculum, crepuſculum cœnaculum: & plura. Denominatiuum nomen eſt quod ab aliquo primitiuo deriuatur. ut tonſor 'a tondeo quod etiam poteſt dici uerbale: nam idem momen diuerſis reſpectibus poteſt eſſe multarum ſpecierum: ſic ſacrarium qui eſt locus ubi habentur res ſacræ, poteſt dici poſſeſſiuum, ſed quia deriuatur ab aliquo primitiuo poſſet dici denominatiuum: Quicquid. n. ab aliqua parte orationis deriuatum tranſit in nomen denominatiuum large dici poteſt. Aliqua denominatiua ſunt maſculina ut dictator, epulo, campeſter, ſubulcus, bubulcus

ſatur. Aliqua ſunt fœminina ut ſapientia, ſedulitas, acri monia, tutela, cautio, ſuadela, officina, laterna, tonſura, oratio, uirago, intercapedo, compago, cupido. Aliqua ſunt neutra ut ſolatium, domicilium, oliuetum coriletũ, mirtetum, pabulum, patibulum, acumen, munimẽ, lenimẽ, lacunar, diuerticulum, uerriculum, perpendiculum, ſpecimen, lupanar, laquear, ſtabulum, ueſtibulum. Aliqua ſunt adiectiua, ut tractabilis, penetrabilis, corruptibilis ideſt qui corrumpi poteſt: ſculptile ideſt quod ſculptum eſt: altilia quæ aluntur, ſolutilis cimba: ideſt quæ facile diſſoluitur, adapertile. i. quod apertum eſt. docilis ideſt aptus doceri herbaceus. i. partim ex herba, herbeus. i. totus ex herba, deditıtius. ideſt qui ſe alicui dedit: ſic aſcriptitius, Moribundus: ideſt morienti ſimilis: ſeu ualde moriens, errabundus: ideſt ualde errans: ſic lætabundus, gemibundus, ingenioſus, ideſt abundans ingenio: ſic animoſus, aquoſus, dicitur induſtrius & non induſtrioſus: nec a uirtute uirtuoſus: ſed officioſus, moroſus eſt qui habet difficiles mores, cerebroſus, ideſt qui nimis durum cerebrum habet pannoſus. i. qui uili panno opertus eſt: uinoſus. i. auidus uini: ſic libidinoſus, factioſus: at ſtudioſus, faſtidioſus, ſtomachoſus, curioſus. frauduloſus, actiue accipiuntur: odioſus uero & inuidioſus, paſſiue, ſed formidoloſus, laborioſus, operoſus, actiue & paſſiue.

Verbale eſt quod a uerbo deriuatur ut cultor, cultrix, dux mordax, uetatio præſtatio, cubatio, ſonatio, lotor, potor, tonatio, tonſtrix, trõſtrina, expulſor, expultrix: et ſimilia

Participiale nomen eſt quod a participio deriuatur ut amandus ideſt amari dignus: ſic amans uirtutis. Aduerbiale eſt quod ab aduerbio deriuatur ut heſternus: hodiernus. Genus eſt diſcretio ſexus. Genera nominum ſunt ſeptem. ſ. maſculinum ut hic poeta: fœmininum ut hæc muſa: neutrum ut hoc ſcamnum: commune ut hic & hæc homo: omne ut hic & hæc & hoc fœlix. Promiſcuum ſiue epicœnum ut hic paſſer: hæc aquila: incertum ut hic uel hæc dies.

De *generibus nominum.*

NOmina propria angelorum, uirorum, dæmonum menſium, fluuiorum, & marium officijs fungentium maſculina ſunt: ut Michael, Gabriel: *nam appellatiua nomina angelorum partim ſunt maſculina ut* Angelus: Archangelus: *partim ſunt fœminina ut uirtutes, dominationes: ſed Cherubim & Seraphim cum, m, in fine, tam maſculini q̃ neutri generis ſingulariter & indeclinata ſunt: dicitur etiam hic Cherub, nis: & hic Seraph, nis, & declinantur ſingulariter tantum: In plurali uero Cherubin & Seraphin cum, n, in fine ſunt generis neutri & indeclinata,* Petrus, Paulus, Sathanas & Sathan: Lucifer: *ſed hic dæmon, nis, & hoc dæmonium ſunt appellatiua,* Aprilis, September, Tyberis, Rhodanus: *præter hæc albula hoc cruſtumium: hoc iader: hoc* Rhenum *præſertim cum flumine iuncta: nam dicitur flumen* Rhenum & *fluuius* Rhenus, Epiſcopus, Papa *nam ipſa officia poſſunt eſſe diuerſi generis ut* Epiſcopatus, *di-*

ſtatura,ſacerdotium:ſed fungentes officijs ſunt fere ma= ſculini:ut conſul dictator. Nomina *mulierum arborum,lapidum,inſularum,urbium,nauium, poematum:et mulierum officia exercentium: ſunt fœminina ut* Ma*ria,*Mar*ta,*Pyrus*,pinus:ſed oleaſter,ſpinus,dumus, rubus,uepres,ſunt maſculina,at hæc ſunt neutra ſcilicet ſiler,ſuber,robur balſamum,amomum,cardamomum. cinnamum ſiue cinnamomum, thus myrobalanum, liguſtrum,uacinium,hebenum eſt ipſum lignum: hæc hebenus eſt ipſa arbor:ex prædictis non omnia numerantur inter arbores. Iaſpis,amethiſtus,ſed adamas eſt mas, electrum chryiſolectrum:ſunt neutra:ſardonix eſt incerti:* Samos,Lesbos,Meſſana,Panhormus,*rarius ſunt neutra ut tauromimum tarentum,piſtris,argo,æneis,metamorphoſis,ſaga,præfica.* Nomina *fructuum arborum:& litterarum ſunt neutra ut hoc pyrum.*Excipe *hæc fœminina ſcilicet caſtanea, nux,glans, ficus,oliua,auellana, bacca,uua,amygdala,inuenitur etiam hæc amygdalus pro arbore & hoc amygdalum pro fructu: pinus tam ſecundæ q̄ quartæ declinationis:tam maſculini:q̄ fœminini generis pro arbore & fructu:dicitur etiam hæc pinea pro arbore:hoc,a,hoc,b.* Nomina *uolucrum ſunt promiſcua ſiue epicœna:hoc eſt uno articulo utrunq; ſexum comprehendentia ut hic paſſer:hæc aquila:ſed columbus eſt mas:quia habet hæc columba: dicitur etiam hic uel hęc palumbes huius palumbis:& hic palumbus: et hęc palumba hic gallus:hęc gallina:ſed picus et pica*

ſunt diuerſe uolucres : & ideo ſunt generis promiſcui. Alcyone,es,ſiue alcyon,nis,græce alcedo,nis, eſt communis generis : hoc œſtrum eſt muſca, diciturq; aſilus vulgo tabanus:ponitur etiam pro furore poetico: dicitur & hic œſtrus,ſiue œſtros. Nomina *numeralia 'a quatuor vſq; ad centum ſunt pluralia & indeclinata et generis omnis.* Compoſita *'a centum non declinantur vt biſcentum,tercentum,ſed quum fiunt adiectiua declinantur,vt ducenti,ducentæ,ducenta:dicitur hoc centenarium,mille eſt neutrum in ſingulari : ut mille hominum interfectum eſt,habet in plurali hæc milia,ut milia hominum interfecta ſunt:ſed hi,hæ,hæc mille eſt adiectiuum monoptatum vt mille homines, mille fœminæ, mille mancipia.* T*erminata in,a,ſunt fœminina : vt terra,aqua.*Excipe *hæc maſculina ſ.poeta, planeta,cometa,laniſta,cythariſta,ſophiſta,collega,pincerna: ſcurra,lixa,aſſecla,nauta,ſcriba,perfuga,transfuga, adria, verna,auriga,popa,propheta,verbigena : ſic quædam græca vt hypocrita,athleta,petauriſta,euangeliſta, eremita,& cætera talia,ſic etiam populorum nomina, vt turca,ſcytha,geta,ſarmata.* Aliqua *ex prædictis poſſent dici communia,ſed in maſculino genere vſurpantur verius.*Sed *talpa,& dama,ſunt incerti generis.*At *polenta vere eſt generis fœminini:licet apud Ouidiũ videatur neutri : paſcha huius paſchatis eſt neutrum : paſcha vero huius paſchæ eſt fœminini.* Manna *etiam huius mannatis eſt neutrum : dicitur quoq; hæc manna man-*

*næ.*Mammona *vero eſt generis maſculini,rarius fœmi-
nini.* At *poema,poblema,enigma,toreuma , ſchema,em-
blema,& ſimilia , licet ſint neutra , tamen ſunt tertiæ
declinationis,nam prima declinatio vere neutro gene
re caret:item pluralia in,a,ſunt neutra,*vt *arma, ſponſa
lia.*Deriuata a verbis *ſunt communia,*vt *aduena, conue
na,conuiua,agricola,cœlicola,graiugena , pediſſequa,
patricida,parricida,homicida.*

*In,e,productam ſunt fœminina græca , & primæ de-
clinationis ,* vt *libye,es,grammaticæ,es,epithome,es.*

In,e, correptam neutra ſunt : & tertiæ declinationis
vt *mare,ſedile.*

In,i, ſunt neutra & indeclinata vt *gummi , ſinapi : ſed
compoſita a duobus genitiuis ſunt generis omnis :* vt
eiuſmodi,huiuſmodi,ſic nihili,frugi,mancipi . At *venij,
gabij:& reliqua ſimilia populorum nomina ſunt maſcu
lina,ut latini,Sabini.*

*In,o, maſculina ſunt & tertiæ declinationis ut ſermo,
ſed in,do,& in,go,fœminina ſunt,ut dulcedo, teſtudo,
origo,compago,*At *margo & uirgo ſunt communia:li-
cet uirgo ſit uerius fœminini.*Ex *his excipiuntur prędo,
cudo,ſpado,mango,ligo,ordo,cardo quæ ſunt maſculi
na,ſed hęc ſunt fœminina.ſ.talio,caro,portio,religio,et
oĩa uerbalia ut lectio,dictio,bubo tamen ſæpius reperi
tur mas.*Reliqua *uero ſunt maſculina ut ſtellio, mucro,
unio pro punto & lapillo:ſic latro,leo,duo tamen ſunt
cõmunia.ſ.homo & nemo,ſed præſto et pſeudo ſunt oĩs*

generis & in utroq; indeclinata dido, mantho, calipſo ſunt græca & fœminina. In, c, d, t, u, neutra ſunt ut lac, aliud, caput, genu, ſed tot & quod ſunt generis omnis & numeri pluralis. In, al, neutra ſunt & tertiæ declinationis ut animal: ſed ſal eſt maſculini generis, olim neutri. In, el, & in, il, neutra ſunt ut mel, nil, ſed pugil, & mugil, maſculina ſunt: uigil uero eſt cõmunis. In, ol, & in, ul, maſculina ſunt, ut, ſol, conſul: ſed præſul & exul communia ſunt. In, am, unum eſt indeclinabile generis omnis et utriuſq; numeri ſcilicet nequam. In, em, unum eſt indeclinabile generis omnis & numeri pluralis ſcilicet totidem ſed tantundem eſt neutrum & ſingulare. In, im, unum eſt indeclinatum nomen oppi di: & eſt generis neutri ſ. cim. In, um, neutra ſunt ut templum. In, an, maſculina ſunt: ut titan. In, en, neutra ſunt ut lumen. Excipe compoſita a cano. ſ. fidicen, lyricen, item ſplen, lien, ren, rien, pecten, attagen, hymen, flamen: quæ ſunt maſculina: ſyren uero eſt fœminini generis. In, in, maſculina ſunt ut delphin. In on, maſculina ſunt ut helicon: ſed barbiton eſt neutri & maſculini: at barbitos eſt fœminini generis: urbium nomina ſunt fœminina ut babylon: ſed ilion eſt neutrum: ſic etiam epitheton: & ſimilia. In, ar, neutra ſunt ut iubar: lar uero eſt mas, ſed par cum ſuis eſt omnis generis. In, er, maſculina ſunt ut uomer, celtiber: ſed mater, mulier, linter, acer pro arbore fœminina ſunt. At uer, tuber, ſuber, ſpiter, iter, cadauer, papauer, cicer, ſiler

ſiſer,

ſiſer,laſer,Zinziber,piper,ruder,ſiue rudus huius rude= ris,huber pro mamilla neutra ſunt:ſed hoc cancer:can= ceris pro morbo antiquitus etiam fuit maſculini & ſe= cundæ declinationis. At *veſper eſt mas.* Pauper *verò & puber,degener,huber pro abundanti: & ſæcundo ſunt communia quæ etiam poſſunt iungi cum obliquis neutrorum vt pauperis tugurij: licet huber poſſit eſſe omnis generis.*Sed *alacer,celer,celeber,acer, ſaluber, equeſter,pedeſter,volucer,paluſter,campeſter, ſilueſter ſunt maſculina & habent fœmininum in,is, & neutrum in,e,vt hic alacer,hæc alacris, & hoc alacre.* In,*ir, maſculina ſunt vt vir:tria ſunt neutra.ſ.hyr,pyr,gadir, ſed martyr eſt communis.* In,*or,maſculina ſunt vt ful gor:tria ſunt fœminina: ſcilicet vxor,ſoror, arbor hæc ſunt neutra.ſ.cor,ador æquor,marmor:ſed memor, ime mor,tricolor,bicolor,indecor:ſic comparatiua vt cla= rior:communia ſunt.* Priſcianus *tamen dicit* ꝙ *memor imemor ſunt generis omnis.*In,*ur,neutra ſunt vt fulgur, ebur,iecur,ſed ſatur,turtur,furfur,aſtur,anxur, vultur ſunt maſculina.*At *ligur,augur,fur,ſunt cõmunia: licet fur ſit potius maſculini.* In,*as,fœminina ſunt vt pietas: hæc ſunt maſculina.ſ.mas,maris,as,aſſis,uas, uadis: ſic boreas,gigas,elephas,arcas,tyaras.*At *gentilia vt arpi nas,aquinas: ſunt communia.* Sed *vas, vaſis, fas,nefas, ſunt neutra:nugas vero eſt omnis generis & indeclina= bile.* In,*es,correptam maſculina ſunt vt fomes, ter= mes,merges,limes,poples,gurges,ſtipes,ceſpes, trames*

ſatelles. Hæc *ſunt fœminina*. *ſ*. *teges*, *ſeges*, *hæc ſunt communia*. *ſ*. *teres*, *præpes*, *perpes*, *diues*, *ſuperſtes*, *ſoſpes*, *hoſpes*, *miles*, *antiſtes*, *pedes*, *peditis*, *indiges*, *tis*, *ex his aliqua iunguntur neutris* vt *depoſitum tibi ſoſpes erit*.

In, *es*, *productam fœminina ſunt* vt *nubes*, *cædes*, *proles moles*, *ſtrages*, *labes*, *pubes*, *plæbes*, *ſpes*, *fides*, *acies*, *facies*, *effigies res*, *ceres*, *merces*, *vulpes*, *apes*, *lues*, *clades*, *ſtrues*. *Sed compoſita* 'a *pede ſi faciant genitiuum in*, *dis*, *ſunt communia* vt *bipes*, *tripes*, *quadrupes*, *ſonipes*, *alipes*, *ſic etiam locuples*, *hæres*, *vates*, *inquies*. At *dies in ſingulari eſt incerti*: *implurali vero maſculini*: Meridies *autem* & verr*s*, *et pes*, *cocles*, *paries*, *aries*, *ſunt maſculini generis*: *ſicut quædam propria quæ deſinunt in es*, *productam* vt Hercules, Vlyſſes, Achilles, *ſic patronymica* vt Priamides: *ſic quædam græca* vt *cometes*, *argeſtes*, *ſic tapes*, *lebes*, *præs*, *ſed æs*, *æris*, *hippomanes*: *ſunt neutra*, *hæc ſunt fœminina ſcilicet abies*, *compes*, *quies cum ſuis*: *lícet inquies corripiatur teſtibus* Probo & Priſciano. *In*, *is*, *fœminina ſunt* vt *vallis*, *ſinapis*, *auis*, *bipennis*. Si *vero habuerint*, *n*, *vel*, *c*, *ante*, *is*, *ſunt maſculina* vt *panis*, *funis piſcis*, *faſcis*, *ſic creſcentia in genitiuo* vt *lapis ſanguis*, *vomis*, *ſed caſſis dis*, *cuſpis*, *aſpis*, *ſunt fœminina*. At *hæc ſunt maſculina ſcilicet fuſtis*, *caſſis huius caſſis*, *enſis*, *poſſis*, *anguis*, *vnguis*, *fellis*, *ædilis*, *molaris*, *collis*, *corbis*, *callis*, *orbis*, *torquis*, *menſis*, *vectis*, *axis*, *torris*, *vermis*, *glis*, *gliris*, *caulis*, *libys*: *ſic compoſita ab aſſe*, vt *centuſſis*, *decuſſis*. At *hæc*

ſunt cõmunia.ſ.canis,iuuenis,tricuſpis,teſtis,altilis,cinis
hoſtis,ſamnis,finis,clunis,reſtis,aqualis,canalis,hic dis,
tis, in plurali hi & hæ dites & hæc ditia. Adiectiua
quæ habent neutrum in,e,ſunt generis cõmunis vt hic et
hæc dulcis & hoc dulce,bipennis autem & molaris &
altilis ſæpe vſurpantur adiectiue vt ferro bipẽni. In
os,maſculina ſunt vt flos,ros:hæc ſunt fœminina.ſ. cos,
glos,dos,arbos:ſic quædã græca.ſ.lesbos,ilios.At hæc
ſunt neutra.ſ.os,oris,os,oſſis,& nõnulla græca.ſ.chaos
melos,epos,argos:ſed hæc ſunt cõmunia.ſ.bos,cuſtos,ſa
cerdos,compos,impos,chironomos. In,us,ſecundę de
clinationis maſculina ſunt vt Petrus.Excipe hæc fœmi=
nina.ſ.humus,arctus,carbaſus,nardus,ſinodus,papyrus,
coſtus,aluus,biſſus,vãnus,phaſelus,ſmaragdus,diphthõ
gus,ægyptus,abyſſus,criſtallus,ſic etiam delus,atomus,
periodus,biblus:ſed paradiſus frequentius eſt maſculi-
ni.Quatuor ſunt neutra ſcilicet pelagus, vulgus, pus,
virus: & etiam nardum inuenitur neutri generis apud
tibullũ.Si vero ſint tertiæ et perdant,u,in gentiuo ſunt
neutra vt corpus,corporis:ſic tempus,acus,aceris,lepus
tamen eſt maſculini:vetus vero eſt omnis generis. Si aũt
habeant,u,in genitiuo ſunt fœminina vt uirtus,tis,ſic in
uentus,tis,ſeruitus,ſalus,palus,dis,ſed mus eſt mas.Hæc
ſunt neutra.ſ.crus,ius,rus,thus,plus. At ligus,grus,ſus,
ſunt cõmunia,intercus uero eſt oĩs generis. Si vero ſunt
quartæ maſculina ſunt vt ſenſus, portus, arcus, cœſtus
pro armis,nam ceſtus pro baltheo veneris eſt ſecũdæ &

maſculini rarius fœminini. Hæc *ſunt fœminina.ſ.manus, anus,porticus,acus,tribus,nurus,ſocrus,idus,ſed colus, ficus,poſſunt eſſe ſecundę et quarte,domus vero eſt partim ſecunde & partim quartæ.* Penus *autem eſt ſecundæ & quartę tam maſculini q̃ fœminini generis:dicitur etiã hoc penum,peni,& hoc penus penoris: & hoc penu indeclinabile:ſimiliter ſe habet ſpecus:ſed hoc pecus pecoris:& hæc pecus pecudis.* In,*aus,duo ſunt fœminina.ſ.laus & fraus.excipe propria vt* Nicolaus. In,*ax,maſculina ſunt,vt thorax,nicticorax,limax, adiectiua ſunt trium generum vt audax,nugax, rapax,fallax, peruicax,pertinax,contumax.* Hæc *ſunt fœminina.ſ.fornax phalanx , ſimilax,fax,pax,lanx,arx,falx,calx pro lapide cocto:nam pro extremitate vel pro ictu pedis eſt tam maſculini q̃ fœminini generis.* In,*ex, maſculina ſunt vt rex,grex,frutex,apex,ueruex,cimex,culex,pulex,codex,cortex,murex,pumex,latex,ſorex,obex,pollex.* Hæc *ſunt fœminina ſ.forpex,forfex, vibex, carex, imbrex,fæx,lex,merx,ſilex,ilex, pellex ,ſupellex , ramex,halex pro piſce : nam pro ſalſamento dicitur hoc halec,cis.* A*diectiua ſunt trium generum vt ſimplex duplex:ſed artifex,opifex,aurifex,exlex, uidentur potius communia.* In,*ix,ſunt maſculina vt fornix,fœnix, calix,varix,onyx,maſtix,cilix,iapix, orix, natrix.* Hæc *ſunt fœminina.ſ ſalix,filix,radix,ceruix,matrix,cornix lodix,coxendix,meretrix,cicatrix:ſic verbalia vt amatrix,victrix,& in plurali hi & hæ victrices:& hæc vi*

ſtritia: & iunguntur neutris in ſingulari: vt victrici ſigno. Adiectiua ſunt trium generum vt fœlix, pernix. Monoſyllaba ſunt fœminina vt pix, nix, ſphinx, græca ſeruāt ſuum genus vt hic phryx, eryx, hæc ſtyx, ſandix, bombix pro verme eſt mas: ſed pro vellere eſt fœmininum. In, ox, adiectiua ſunt omnis generis vt pernox, atrox, velox, hæc ſunt fœminina. ſ. nox, vox, celox. In, ux, monoſyllaba fœminina ſunt vt lux, crux, nux, ſed dux, & coniux ſunt communia: hæc ſunt maſculina. ſ. quincunx, ſeptunx, deunx, trux vero eſt adiectiuum. Monoſyllaba, in duas conſonantes finientia ſunt fœminina vt fors, ſors, as, gens, ops, ſcrobs, ſcobs, frons, mors, mens, puls, trabs, lens, urbs, ſtirps, pro genere: nam de arbore eſt communis. Excipe, fons, dens, mons, pons. quæ ſunt maſculina. Poliſyllaba vero in duas conſonantes deſinentia ſunt maſculina vt manceps, auceps, torrens, dodrās, triēs, quadrās: tridens adeps, arabs, æthiops, ſed cohors, hyems: ſunt fœminina. Adiectiua ſunt triū generū vt prudens, diſcors, expers, inſons, et ſimilia. Hęc ſunt cōia. ſ. bifrons, effrons, hydrops, parens, forces, ſerpens, infans, princeps, anceps, cælebs, Participia præſentis ſunt omnis generis vt amans, legens.

De Heteroclitis nominibus.

HEteroclitum nomen eſt illud quod vario modo declinatur: fit autem heterocliſis in caſu: numero, genere, declinatione, & voce. Maſculina in ſingulari: in plurali neutra hæc ſunt ſcilicet dyndimus: menalus,

iſmarus,taigetus,gargarus,maſſicus,tænarus,ſibilus,pileus,ſupparus,tartarus,infernus,auernus ;ſed baltheus, locus,iocus:in plurali poſſunt etiam eſſe maſculini. At *euentus,iuſſus,permiſſus,in ſingulari ſunt quartę,in plurali vero ſecundæ:ſed vere hic euentus in vtroq; numero eſt quartæ,hoc euentum eſt ſecundæ : ſic hoc iuſſum quod etiam habet plurale,permiſſu & iuſſu ſingulariter tantum & in ablatiuo vtimur : hic cetus in plurali hæc cete indeclinata.* Fœminina *in ſingulari:in plurali neutra ſ.intybus, arbutus,carbaſus, zizania:ſupellex,paſcua,rhetorica,ethica,thopica,bucolica, georgica,pergamus,altilis,reptilis,quæ duo poſſunt etiam fieri adiectiua.* Neutra *in ſingulari:in plurali maſculina.ſ.filum,frenum,raſtrum,clauſtrum,capiſtrum , porrum,quæ etiam inueniuntur neutra in plurali cœlũ argos,elyſium forum:quod rectius habet fora : plus habet plures & plura.* Neutra *in ſingulari:in plurali fœminina ſ. epulum , delitium,nundinum, cepe, balneum; quod in plurali habet hæ balneæ & hęc balnea.* Ma*ſculina ſingulariter tantũ.ſ.ſanguis,fumus,puluis,limus, fimus,pontus,mundus,ſal,ſol,aer,æther,muſcus, veſper, heſperus,veſperus,veſperugo:pro ſtella quę dicitur venus & veſpera,ceſtus,genius,nemo:quod cõmune, carcer:ſed carceres in plurali ſunt repagula ſeu funes vnde emittuntur equi ad curſum.* Fœminina *ſingulariter tantum.ſ.uita,pax,ſalus,lux,gloria,fama,gaza, philoſophia,talio,iuuenta iuuentus,ſenecta ſenectus,fames,ſitis,*

tabes,ſanies,mors,lues,pernicies,caries,ſcabies,labes,rabies,pix,humus,tellus,proles,ſoboles,proſapia,indoles,ſtrues,auaritia,parſimonia,negligentia,diligentia,ſtultitia,inſania,amentia,dementia,vecordia,ſecordia, culpa,memoria,eloquentia,elegãtia,tuſſis,cholera,bilis,fuga,veſpera,paupertas,fides,arena,ſapientia , authores tamen efferunt aliqua ex his pluraliter. Neutra *ſingulariter tantũ.ſ.fas,nefas,hir,pyr,pus,ador,uirus,mane,inſtar,manna,gelu,neceſſe,nil,nihil,nihilum, veſperum,penũ,penu,lac,ſolum,ſalũ,uer,paſca,crocum baratrum,fœnũ,ſenium,lætum,cœnum,lutum,vulgus, pelagus,ſolium,iuſtitiũ,viſcum,æuum,halec,ſal,ſpicum, macellum,nitrum,vitrum,epityrum,garum,ſaccarum ſerũ,ſtannum,apium,anetum,ſpecimen,illitium,butyrum,aurum,argentum,plumbum,flegma,milium,triticum,oleũ,acetum,piper ʒinʒiber,ſinapi,gũmi,petroſilinum, ſanſucum,abſcinthium,cuminum,abrotanum,roſmarinum , ſiue roſmarinus,rarius' prędicta inueniuntur pluraliter vt epityra,macellis. Maſculina pluraliter tantum.ſ. primates,optimates,proceres,maiores,minores , poſteri,quirites,penates,cœlites,ſuperi,inferi,manes, lemures,liberi,ſales,cani,fori,faſces,antes,artus,carceres,caſſes,furfures,pugillares,codicilli,loculi,natales ,faſti, annales,cancelli,lares,ſentes,vepres,luceres tacienſes , quintilij,Fabij,locri,apollinares,quinquatres,ſiue qnquatrij dies,ſiue quinquatria,ſiue quinquatrię,& in plurali tã ſecũdæ,q̃ tertię in aliq̃bus caſibus,ſicut cętera noĩa feſtorũ,*

circenſes: ſic Cæſares, Catones, quæ fiunt appellatiua.
Fœminina pluraliter tantum. ſ. nonæ, idus, calendæ, feriæ, nundinæ, indutiæ, thermæ, latebræ, lactes, excubiæ, vigiliæ, exuuiæ, inferiæ, exequiæ, infitiæ, ſuppetiæ, diræ, tricæ, ambages, genæ, gingiuę, antennæ, exquiliæ, antiæ, neniæ, fidiculæ, paleæ, quiſquiliæ, reliquiæ, blanditiæ, opes, cantes, minæ, phaleræ, nugæ, inſidiæ, facetiæ, illecebræ, delitiæ, diuitiæ, nuptiæ, argutiæ, cunæ, ſcalæ, ſcopæ, bigæ, trigæ, quadrigę, grates, nares, manubiæ, fores, valuæ, litteræ inimicitiæ, primitiæ, præſtigię, ſortes, ædes, latinæ, cerimoniæ, gades, athenæ, mycenæ.
Neutra pluraliter tantum, ſ. præcordia, cunabula, ſiue incunabula, luſtra, caſtra, roſtra, ſeria, arma, ſponſalia mœnia, pondo, milia, tempe, tripudia, crepūdia, cibaria, claſſica, ſerta, liba, teſqua, carcheſia, ceraunia, flabra flamina, inteſtina, exta, pœana, cithæra, ilia, magalia, mapalia, palearia, orgia, parentalia, iuſta, bacchannalia, neptunnalia lupercalia, quinquatria, ſaturnalia, bactra, artaxata, ſupradictis multa addi poſſunt: & multa demi: ſi vnius aut paucorum authoritatem ſequemus: nam legimus fumos, ſoles, elegantias, gingiuam, paleam, bigā, mycenen, theben, hoc intybum, pileum, lybum, iuſſum, nardum: & cætera talia. Defectiua in caſu & numero. ſ. hæc fors, o, fors, 'a forte: huius tabi 'a tabo hanc ditionem 'a ditione: hunc laterem a latere in plurali integer eſt: hæc tabes: hanc tabem 'a tabe: hęc lues: hanc luem, 'a lue, hæ has o grates, ſuppetiæ & ſuppetias: in-

fitiæ & infitias: repetundarum & de repetundis: hæc
dica hanc dicam, has dicas, noctu, diu, ſponte, impete,
natu, promptu, aſtu, in plurali hi hos o aſtus, hæc ſatias
pro ſatietas, ganeo, labeo, aleo, dumtaxat, hoc tantũdem
huius tantidem, hoc tantundem, macte, expes o expes,
frugi eſt indeclinatum. Hæc *in ſingulari carent no=*
minatiuo & vocatiuo. ſ. dapis, opis, necis, precis, frugis,
remigis, verberis, frondis, fœmininis, in plurali integra
ſunt: ex his aliqua reperiuntur in recto vt dapes, nex, re
mex, frons. Hæc *neutra carent genitiuo, datiuo, &*
ablatiuo pluralibus. ſ. iura, æra, maria vina, mora, farra
ordea, thura, ora, mella, fella, fora, rura, defruta, aceta:
ſic etiam nomina quartæ præter res, ſpecies, dies meri=
dies, acies, facies, materies, progenies, nam maneries bar
barum eſt. Relatiua, *interrogatiua, infinita, diſtribu*
tiua, negatiua. diuidua, carẽt vocatiuis: ſic etiam prono
mina præter tu, meus, noſter, & noſtras, tis. Hęc *ſunt*
generis incerti. ſ. talpa, dama, finis, dies, margo, bubo, pã
thęra, clunis, linx, ſilex, ſtirps, ſerpẽs, aluus, radix, ſardo
nix, paradiſus, pampinus, adeps, cortex, grex. Hęc *va*
riant nominatiuũ et genus ſcilicet hic tonitrus, et hoc to
nitru, hic baculus, & hoc baculum & bacillum, hęc cri
ſtallus, hoc criſtallum, hęc ilios, hoc ilion, & hoc ilium,
hæc barbitos, ti, & hic uel hoc barbiton, hic commenta=
rius hoc cõmentarium, hic ramus & hoc ramale, hoc ſi=
napi & hęc ſinapis & ſimilia. Hæc *in uario nomi=*
natiuo ſeruant genus ut apis & apes: hic adeps & adi=

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

pes,licet poſſit eſſe incerti,hęc ſcobs et ſcobis,hęc ſcrobs & ſcrobis,hic delphin & delphinus & delphinis, hic vultur & vulturius,& vulturis,hic elephas & elephantus,hic gobio & gobius,hic tybris & tyberis, hic amo & anien,hic puluis & puluer,ſic cinis,vomis pubis, cucumis,hic labor,& labos,ſic lepor,honor,arbor,odor, hęc plebs & plębes,hic iber & iberus, ſic exanimus & exanimis, puſillanimus & puſillanimis, imbecillus & imbecillis,eneruus & eneruis,accliuus & accliuis: & cętera id genus. Hęc *ſunt confuſa in recto & variãt ſignificatum & genus.ſ.hęc lens lendis, & lens lentis, hic caſſis caſſis,& hęc caſſis caſſidis,hic glis gliris, & hęc glis,tis,& gliſſis,hoc vas vaſis, & hic vas vadis, hęc pecus,dis:& hoc pecus pecoris.* Hęc *variant genus & declinatione vt hic uel hęc penus, tam ſecundę q̃ quartę,& hoc penum peni: & hoc penus penoris & hoc penu,ſic etiam hic uel hoc ſpecus,& hoc ſpecũ ſpeci & hoc ſpecu,hic glomus glomi et hoc glomus glomeris & hic globus globi,hic uel hoc uulgus ſecundę.* Hęc *uariant declinationem ut hoc uas uaſis tertię,uaſa uaſorum ſecundę,hoc iugerum iugeri.in plurali eſt tertię ſcilicet iugera iugeribus,ſic nomina feſtorum in plurali ut hęc ſaturnalia horum ſaturnaliorum & ſaturnalium, his & ab his ſaturnalibus:ſic lupercalia, neptunnalia, uulcanalia,bacchanalia & ſimilia.* Hęc *ſunt communia ſecundę et quartę declinationis.ſ.ficus,colus:lacus, laurus,quercus,cornus,pinus,acus,ſed hic acus aci pro*

piſce:domus uero eſt partim ſecundę partim quartę ut dicetur. Heteroclita uoce ſunt ea quorum obliqui nō imitantur nominatiuum:ut iuppiter huius iouis : ſic ego mei;epar, epatis,iter itineris,iecur iecoris & iecinoris, & cętera talia. Aliqua ſunt quę aliud in ſingulari aliud in plurali ſignificant ut litterę,ędes,mare, terra, quę duo plus ſignificant in ſingulari q̃ in plurali : nam perambulaui terram pro toto elemento terrę intelligitur.ſed perambulaui terras pro partibus terrę. Aliqua ſunt ęquiuoca quę gręce dicuntur homonyma quādo diuerſis rebus una eſt appellatio ut canis:acies diſcrimen,ſpecies, Aliqua ſunt uniuoca gręce ſynonyma quando diuerſę uoces unum ſignificāt ut enſis gladius mucro. Hęc ops eſt dea:huius opis ſignificat facultatē. opem & ope ſignificat auxilium.opes in plurali ſignificat diuitias & exercitus & ſic de cęteris.

De numeris nominum.

NVmerus eſt dictionis forma.quę diſcretionem quantitatis facere poteſt. Vnus abuſiue dicitur numerus eo ꝙ ab eo cadant alij numeri.ſicut nominatiuus abuſiue dicitur caſus eo ꝙ ab eo cadant alij caſus.Numeri nominum ſunt duo.ſ.ſingularis & pluralis. Singularis ut homo.pluralis ut homines.

De figuris nominum.

FIgura nominis eſt accidens quo ſimplex a compoſita diſcernitur dictione. Figurę nominum

ſunt tres ſcilicet ſimplex, compoſita, & decompoſita. Simplex figura eſt quę non poteſt diuidi in duas partes ſignificatiuas illius quod integrum ſignificabat ut domus. Compoſita figura eſt illa quę ſeparata repreſentat quod iunctim ſignificabat ut magnanimus quaſi magnus animus. Decompoſita figura eſt illa quę in tres partes totum integrantes diuidi poteſt ut magnanimitas quaſi magni animi nimietas.

De caſibus.

CAſus eſt declinatio nominis uel aliarum caſualium dictionum quę maxima fit in fine. Caſus nominum ſunt ſex ſcilicet nominatiuus qui & rectus dicitur, quia per eum nominamus, & non aliunde cadit Genitiuus qui & patrius & poſſeſſiuus dicitur. Datiuus qui & commendatiuus, & acquiſitiuus dici poteſt. Accuſatiuus qui & cauſatiuus, & tranſitiuus dici poteſt. Vocatiuus qui & ſalutatorius dicitur. Ablatiuus qui & cõparatiuus, et latinus, et effectiuus dici poteſt. Ex his duo dicuntur recti ſcilicet nominatiuus, & uocatiuus, reliqui uero dicuntur obliqui.

De declinationibus nominum.

DEclinatio eſt trium orationis partium per caſus uariatio. Declinationes nominum ſunt quinq;. Prima habet quinq; terminationes in nominatiuo. ſ. a, as, es, e, am. In, a, ſunt tam maſculina q̃ fœminina q̃ communia

ut poeta, muſa, aduena. In, as, & in, es, ſunt gręca tãtum & maſculina ut Æneas, Anchiſes. In, e, ſunt fœminina tantum & gręca ut grammatice, es. In, am, ſunt barbara & maſculina quę uel uariantur in genitiuo & datiuo, ut hic Adam huius Adae huic Adae, uel ſunt indeclinata ut Balaam. Genitiuus & datiuus ſingularis: nominatiuus & uocatiuus, plurales terminantur, ae, diphthongo, antiquitus dicebatur huius familias: & huius au, ai. Accuſatiuus in, am, ut poetam, ſed a nominatiuo in, as, fit etiam accuſatiuus in, an, ut hunc Ænean, & a nominatiuis in, es, & in, e, fit accuſatiuus in, en, uere ut Anchiſen, & nerinē. Vocatiuus ſimilis nominatiuo ut o poeta o Adam o nerine, ſed a nominatiuis in as, & in, es, fit remota, s, ut o Ænea o Anchiſe, olim o Anchiſa, quia declinabatur hic Anchiſa latine. Ablatiuus in, a, ut ab hoc poeta: Ænea ſed a noiatiuis in es, & in, e, fit in, e, ut ab hoc Anchiſe ab hac nerine. Genitiuus pluralis in, arum, uel ꝑ ſyncopē ut muſarum, et cœlicolum pro cœlicolarum. Accuſatiuus in, as, ut poetas. Datiuus & ablatiuus in, is, ut poetis. pauca in, abus, ut deabus, filiabus, gnatabus, equabus, mulabus, libertabus. Seruius uſus eſt animabus, & Priſcianus aſinabus.

De ſecunda declinatione.

SEcunda declinatio habet octo terminationes in nominatiuo. ſ. us, eus, um, er, ir, ur, os, on, ut Petrus, theſeus,

templum,magiſter,uir,ſatur,lesbos, epitheton. Geniti*uis deſinit in,i,productum ut* Petri.*Datiuus & ablatiuus in,o,productum ut huic* Petro *ab hoc* Petro.*græca formãt genitiuũ in,eos,uel ĩ o uel in,ei, orpheos orpheo orphei. & datiuũ in,ei,uel in,i,per ſyncopẽ ut huic orphei & orphi.*Accuſatiuus *in,um,ut* Petrum.*græca neutro in:on,& in,a,ut lesbon & theſea.*Vocatiuus *in,e,ut o petre:ſed a nominatiuis in:um,er,ir,ur,os,on, ſimilis eſt etiam uocatiuus ut o templum o magiſter:o uir:o ſatur:o lesbos:o ilion:græca in,u,ut o theſeu.* Vocatiuus *a nominatiuo in,ius,fit remota:us,ut* Vergilius o Vergili o Antoni:*ſic* Pompeius o Pompei. *Caius o cai: & hoc ſi ſint propria:nam appellatiua formant uocatiuum mutato us in e ut ſotius o ſotie o notarie.* Dicitur *tamen o fili olim o filie:ſic o ilios & o ilie o populus & o popule:o fluuius & o fluuie o agnus & o agne: o uulgus & o uulge:o chorus & o chore: o pelagus & o pelage:o barbite & barbitos & barbiton:o deus* Nominatiuus *et uocatiuus plurales in,i,deſinunt ut hi magiſtri o magiſtri.*Genitiui *plurales in orum uel in um per ſyncopen ut dominorum& mille nummum.*Datiui *& ablatiui in is ut his & ab his dominis.dicitur tamen ſaturnaliorum & ſaturnalium:his & ab his ſaturnalibus ut diximus.*Accuſatiuus *deſinit in os ut dominos.*Neutra *habent tres caſus ſimiles in utroq; numero:ſcilicet nominatiuum accuſatiuum & uocatiuum ut templa.*

De tertia declinatione.

TErtia declinatio quanuis habeat duodecim litteras terminales.ſ.a.e.i.o.c.d.l.n.r.s.t.x.tamen terminationes ſunt circiter ſex & quinquaginta ut poema, mare,ſinapi,leo,lac,halec,dauid,animal,mel,pugil,ſol/cōſul,titan,ſplen,delphin,ſydon,calcar,pater,gadir, honor,turtur,trabs,cęlebs,calis,ſ:obs,urbs,puls , arpinas, chremes,ęnęis,heros,fœlix, pulchrior,dodrans , dens, hyems,pręs,tiryns,fons,aruns:fraus:daps:mãceps:ſtirps caput,fax:fex:nux:ſtyx:nox:crux:lanx:calx:arx: coniunx:iens:euntis.Genitiuus in,is,breuem ut patris: Gręca in:os : ut hic pan huius panos : tethys huius tethyos. Aliqua multipliciter efferuntur ut huius pallados & palladis:huius minois & minoos:huius adonis & adonios:huius didoos & didus:ſic huius paridis uel parios uel paridos:huius neapolis & neapolios huius chremetis & chremis:hic anio uel anien uel anienis huius anienis:nerinen huius nerienis:hic pyrois : huius pyroentis: ſimois huius ſimoentis:aſtyanax:aſtyanactis:ſyrinx huius ſyringis et ſyringos:ſic ſpinx huius ſpingis et ſpĩgos: huius calchantis & calchãtos.Hęc amathus huius amathuntis:trapezus huius trapezuntis: ſipus ſipuntis : hydrus hydruntis:peſſinus : peſſinuntis:opus opuntis quę ſex ſunt nomina ciuitatum Hic Melampus huius melampodis:hic tripus tripodis:œdipus huius œdipodis: dicitur etiam œdipus ædipi:& œdipodes huius œdipodę. Datiuus in,i,ut patri. Accuſatiuus in,em,ut patrem

Aliqua tamen faciunt accuſatiuum in,im,ut ſitim,tuſſim, uim,burim,peluim,neapolim,eclypſim.mephitim, opim, thetim. Quædam etiam,in,in, ut charibdin itin, ibin. Nonnulla vero in,im,& in,em,vt reſtim & reſtem: ſic turrim,ſecurim,puppim.febrim et febrem,dicimus etiam tehtym & tethyn. Græca in,a, ut lampada,æthera, & lampadem,& ætherem latine. Quædam in, on, græce vt athon, & in,o,ut dido: ſed pana,pœana, delphina dumtaxat. Vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo ablata,s,vt hic pallas huius pallantis o palla: ſic o thebai o chreme,o Achille,o Vlyſſe,& o Vlyſſes: ſed hæc pallas palladis o pallas. Aliqua formant vocatiuum 'a genitiuo ablata,tis,vt huius calchãtis o calchan,huius xenophontis o xenophon. Quædam habent duplicem vocatiuum vt tybris & tybri, o paris & pari. Ablatiuus in,e, vt patre. Aliqua tamen ablatiuum habent in,i,ſicut nomina menſium vt aprili,quintili,ſeptembri: ſic cubili,monili,mari. Quædam dupliciter efferuntur vt ab hac puppe & puppi: ſic ciuis,auis,nauis,clauis, anguis, vnguis,amnis,vectis,poſtis,neptis,ignis, claſſis, pugil,vigil,ſupellex,imber,ſic participia: & verbalia & comparatiua vt amante vel amanti, victrice, vel victrici, doctiore vel doctiori: ſic adiectiua quæ non habent neutrum in,e, vt fœlice vel fœlici: nam illa quæ habent neutrum in,e,faciunt in,i,vt dulci, omni dumtaxat: ſed hæc neutra emittunt ablatiuum in,e ſ.rete, præſepe,gauſape,præneſte,ſoracte. Nominatiuus accu-

ſatiuus

ſatiuus & vocatiuus plurales finiũt in,es,vt hi hos o patres: ſed emittentia genitiuum in,ium, finiunt etiam in, is,in accuſatiuo vt omnes vel omnis:tres & tris: accuſatiuus vero græcus fit in:as,vt hos troas: delphinas. Genitiuus *in,um,vel in,ium,vel per ſyncopen vt diuitum,omnium,boum,legimus tamen apud poetas alituum pro alitum:currum pro curruum.* Datiuus *& ablatiuus in,ibus,vt patribus.Sed bos bobus per ſyncopen.Quædam neutra etiam,emittunt in,is,vt ab his poematis:rarius poematibus.*

De quarta declinatione.

Q*Varta declinatio terminatur in,us,vt viſus, & in,u,neutrorum & indeclinabilium in ſingulari vt hoc cornu,hoc veru.* Genitiuus *& vocatiuus ſingulares: & nominatiuus & accuſatiuus & vocatiuus plurales deſinunt in,us,longum: vt huius viſus o viſus: hi hos,o,uiſus.*Datiuus *in,ui, diuiſas vt viſui: antiquitus in:u,ſicut in ablatiuo.*Genitiuus *pluralis in,uum, vt viſuum:cornuum.*Datiuus *& ablatiuus in ibus: vt viſibus.*Pauca *deſinunt in,ubus,vt artubus:arcubus,partubus,lacubus, tribubus,ſic portubus, acubus, ſpecubus, quercubus,verubus,queſtubus pro querulis:ſed quæſtibus pro lucro vere.*Domus *eſt partim ſecundæ & partim quartæ vt hæc domus:huius domus vel domi: huic domui hanc domum:o domus ab hac domo hæ domus: harum domorum vel domuum: his domibus: has domos:o domus:ab his domibus.*

De quinta declinatione.

QVinta declinatio terminat nominatiuum et vocatiuum ſingulares: & nominatiuum accuſatiuum & vocatiuum plurales in,es,longum vt hæc ſpecies o ſpecies,hæ,has o ſpecies. Genitiuus & datiuus ſingulares in,ei,diuiſas vt huius rei: huic rei. Accuſatiuus in,em,vt hanc rem. Ablatiuus deſinit in e longum vt ab hac ſpe. Genitiuus pluralis deſinit in,erum, vt harum ſpecierum. Datiuus & ablatiuus in,ebus,vt diebus. Nomina quintæ declinationis carent genitiuis & datiuis & ablatiuis pluralibus: præter res ſpecies,dies, meridies,acies,facies,materies,progenies: & omnia ſunt fœminini generis: præter meridies quod eſt mas: & dies quod eſt incerti in ſingulari: in plurali vero maſculini tantum. Monoptota inflexio eſt quæ habet vnam vocem vt hoc ador tantum: Diptota eſt quæ per duos caſus fit vt hæc ſapho: huius ſaphus: Triptota fit per tres caſus vt hoc templum huius templi: huic templo. Tetraptota fit per quatuor caſus differentes ut hic deus huius dei huic deo hunc deum: Pentaptota fit per quinque caſus diuerſos vt hic ſermo huius ſermonis huic ſermoni hunc ſermonem a' ſermone: quia vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo. Hexaptota inflexio eſt quæ habet ſex caſus diuerſos vt totus, totius,toti, totum,tote,a' toto: ſic vnus vnius vni vnum o vne ab vno.

De declinatione græcorum & barbarorum.

NOminatino hæc calliope,huius calliopes, huic calliopæ;hanc calliopen,o calliope,a' calliope. Et pluraliter hæ calliopæ,harum callioponːhis calliopes,has calliopas,o calliopæ,ab his calliopesːſed in plurali melius declinetur latinæ vt hæ calliopæ,harum calliopaerum,his calliopis,a nominatiuo calliopa : dicitur etiam calliopeia in rectoːſic etiam declinentur hæc helene ſiue helena,penelope,ſiue penelopa.

Hic orpheus vel orpheosːhuius orphei vel orpheos,& orphes,huic orpheo vel orphei vel orphiːhunc orpheũ & orpheon & orphea,o orpheu et orpheos,ab orpheo: ſic androgeus,pentheus,terreus & ſimilia.

Hic heros,huius heroos & herois,huic heroi, hunc heroem et heroa,o heros ab heroe.Et pluraliter hi heroes horum heroum,his heroibus, hos heroes & heroas, o heroes,ab heroibus.

Hæc tethys,huius tethyis & tethyos, huic tethyi, hanc tethym & tethyn,o tethy,& a' tethye. Et pluraliter hæ tethyes,harum tethyum,his tethyibus,has tethyes & tethyas,o tethyes, & ab his tethyibus. Sic erinnys huius erinnyos et erinnys,ſic capys huius capyos et capys phorcys huius phorcyos & phorcys & ſimilia.

Hæc amathus,huius amathuntis, huic amathunti, hanc amathuntem & amathunta, o amathus, ab amathunte. Sic hæc peſſinus, peſſinuntis, hæc opus opuntis,

hæc trapezus trapezuntis:hæc hydrus hydruntis:dicitur etiam hoc hydruntum.

Hęc dido:huius didus & didois:huic didoi:hanc dido & didoem:ó dido ab hac didoe.Et pluratiter hæ dides:harum didoum:his & ab his didoibus:has didoes o didoes:declinatur etiam latine hæc dido didonis : ſic calipſo calipſonis.

Hæc ſappho:huius ſapphoos et ſapphus:huic ſappho & ſapphoi & ſapphi,hanc ſapphoa & ſappho : o ſappho : 'a ſapphoi & ſapphi.

Hic logos:huius logi:huic logo:hunc logon:o loge ſeu logos: 'a logo. Hoc melos:huius melus & melos: huic & ab hoc meloi & meli. Hoc epigrama: huius epigrammatis:huic epigrammati:hoc epigramma:o epigramma:ab hoc epigrammate. Et pluraliter hæc epigrammata:horum epigrammatum græce epigrammaton:his & ab his epigrammatis: raro epigrammatibus. Hic demophon ſeu demophoon:huius demophontis ſeu demophoontis ſeu demophoontos. Hic pan: huius panos: huic pani:hunc pana:o pan: 'a pane. Hæc pallas huius pallados:huic palladi:hanc pallada:o pallas: 'a pallade. Sed hic pallas,huius pallantos:o palla. Hæc lampos:huius lampados : huic lampadi: hanc lampada & lampadem:o lampas: 'a lampade:in accuſatiuo plurali lampades et lampadas. Hic paris:huius parídos & paridis:huic paridi hunc paridem & parida & parin:o paris & pari: 'a paride, Hic adonis,huius ado-

nios:hunc adonin. Hæc *metamorphoſis:huius metamorphoſios & phoſeos:huic metamorphoſij & phoſei et phoſi:hanc metamorphoſim:o metamorphoſis & phoſi ab hac metamorphoſi & phoſij.*Hæc *geneſis huius geneſeos : huic geneſi:hanc geneſim:o geneſis: 'a geneſi.*

Hic Adam:*huius adæ:huic adæ:hunc adam : o adã ab hoc adam:ſic* Abraham:*huius abrabæ: vel non declinantur & dicuntur aptota* vt hic Balaam:*huius balaam.* Hic *moyſes:huius moyſi:huic moyſi:hunc moyſen:o moyſe: 'a moyſe:dicitur etiã hic moſes:huius moſi: huic moſi:hunc moſen:o moſes: 'a moſe.* Hic *ieſus biſſyllabum,huius ieſu:huic ieſu:hunc ieſum:o ieſu:ab hoc ieſu ſic ieſus:huius ieſu:hunc ieſum triſyllabum:*

De *compoſitis cum quis & qui.*

Q*Vis componitur cum,ſi,ut ſiquis ſiqua : ſiquod vel ſiquid:ſicuius:ſicui,ſiquem ,ſiquam ſiquod* vel *ſiquid:a ſiquo ſiqua ſiquo.*Et *pluraliter ſiqui ſiquæ ſiqua:ſiquorum ſiquarum ſiquorum : ſiquis vel ſiquibus: ſiquos ſiquas ſiqua ſiquis vel ſiquibus:vbi fœminium in ſingulari:& neutrum in plurali mutauit e in a.* Componitur *etiam cum ali : vt aliquis aliqua aliquod* vel *aliquid.Cũ,en,verſo,n,in,c,vt ecquis ecqua ecquod* vel *ecquid.* Cum,*ne,* vt *nequis nequa nequod vel nequid.*Cum,*num,*vt *nunquis nunqua:nunquod vel nunquid .* Componitur *etiam quis cumq̃ ſed non mutat e in,a,vt quiſq̃:quæq̃,quodq̃,vel quidq̃ ſeu quicq̃ quia ante, q, mutatur, d,in, c, vt acquiro : inde vnuſquiſq̃*

vnaquæq; vnumquodq;:& ſæpe geminatur vt quiſquis quæquæ quicquid:item cum, q̃, vt quiſq̃, quæq̃, quodq̃, vel quicq̃:item cum, putas, vt quiſputas, quæputas, quod putas vel quidputas:item cum, piam, vt quiſpiam, quæpiam, quodpiam, vel quidpiam:item cum, nam, vt quiſnã quænam, quodnam vel quidnam: prædicta tamen nec per omnes caſus nec per omnes numeros fiunt. Q*ui componitur cum, libet, vt quilibet, quælibet, quodlibet, vel quidlibet:item cum, uis, vt quiuis, quæuis, quoduis, vel quiduis, item cum, cunq;, vt quicunq;, quæcũq;, quod cunq;:item cum, dam, vt quidam, quædam, quoddam, vel quidam & reliqua.*

De *compoſitis cum duobus rectis.*

C*Ompoſita ex duobus rectis ſimul variantur vt hæc reſpublica huius reipublicæ:huic reipublicæ hanc rempublicam, & reliqua:ſed alteruter alterutra, alterutrum, huius alterutrius, huic alterutri, variat extremum.* Compoſita *ex recto & obliquo rectum tantum variant vt hoc ſenatuſconſultum: huius ſenatuſconſulti: ſic tribunus militum: huius tribuni militum.* Di*citur etiam hic centimanus huius centimanus, huic centimanui: ſic vnimanus quæ componuntur ex corrupto & integro.*

De *pronomine.*

P*Ronomen eſt pars orationis declinabilis quæ pro nomine proprio vnuſcuiuſq; accipitur: perſonaſq;*

finitas recipit. Nota ꝙ *omne nomen appellatiuum iun-ctum pronomini tranſit in proprium* vt *ille homo.*

Pronomini accidunt ſex.ſ.ſpecies,genus,numerus,fi-gura,perſona & caſus. *Species eſt duplex ſcilicet pri-mitiua* vt *ego:deriuatiua* vt *meus.* *Primitiua pronomi-na ſunt octo.ſ.ego,tu,ſui,ille,ipſe,iſte,hic,& is.* *Deriua-tiua ſunt ſeptem.ſ.meus,tuus,ſuus,noſter,veſter,noſtras, & veſtras.* A *genitiuo mei deriuatur meus,a,um.* A *ge-nitiuo noſtrum deriuatur noſter,a,um, & hic & hæc noſtras & hoc noſtrate.* A *genitiuo tui deriuatur tuus, a,um.* A *genitiuo veſtrum deriuatur veſter,a,um,& hic & hæc veſtras & hoc veſtrate.* A *genitiuo ſui deriua-tur ſuus,a,um.* *Pronomina demonſtratiua ſunt qua-tuor ſcilicet ego,tu,hic et iſte.* *Relatiua pronomina ſunt tria.ſ.ſui,is,& ipſe.* *Modo demonſtratiua modo relati-ua ſunt duo:ſcilicet ille & ipſe.* *Genera pronominum ſunt quinq; ſcilicet maſculinum* vt *meus : fœmininum* vt *mea: neutrum* vt *meum : commune* vt *noſtras , veſtras, omne* vt *ego , tu , ſui : ſed quia ſui poteſt eſſe genitiuus ſingularis & pluralis : confundit etiam numerum .*

Numeri ſunt duo,ſcilicet,ſingularis vt *ego : plura-lis* vt *nos.* *Figuræ ſunt duæ,ſcilicet,ſimplex* vt *is:cõ-poſita* vt *idem quaſi is demum ideſt iterum.* *Perſonæ ſunt tres:prima* vt *ego ſecunda* vt *tu:tertia* vt *ille.* *Nam omnia nomina & pronomina ſunt tertiarum perſona-rum:exceptis ego quod eſt primæ:& tu ſecundæ:& vo-catiuis caſibus qui ſunt ſecundæ.* *Ex pronominibus : tu*

meus noſter: & noſtras habent vocatiuum dumtaxat. Caſus ſunt ſex ſicut in nomine. Modi declinationis pronominum ſunt quatuor. Primus modus habet genitiuum in,i, vel in,is, vt ego mei vel mis: & continet tria pronomina ſcilicet ego,tu,ſui. Secundus modus habet genitiuum in,ius,& datiuum in,i, vt ille illius illi & continet quinq; pronomina.ſ.iſte,ille,ipſe,hic, & is. Hic ſignificat rem propinquam ei qui loquitur vt hoc caput.ſ.meum.Iſte vero ſignificat rem propinquam ei ad quem quis loquitur vt iſtud caput.ſ tuum: interdum cũ ſpretu dicitur vt iſte ignarus. Ille autem ſignificat rem ab vtroq; remotam vt ille amicus quem noſti:interdum ponitur ad quandam dignitatẽ vt Cæſar ille auguſtus & ſecundum hunc domum declinantur etiam hæc nomina ſcilicet vnus totus,ſolus,alius,vllus:vter, alter, quis vel qui. Tertius modus ſequitur declinationem nominum primæ & ſecundæ declinationis & habet quinq; pronomina.ſ.meus,tuus,ſuus,noſter,& veſter: quæ ſignificant perſonam poſſeſſoris & rem poſſeſſam vt vinea tua petri.Meus & tuus q̃uis habeant pluralem numerum: tamen intrinſecus ſunt ſingularia ſemper vt res tuæ petri.At noſter & veſter licet habeant ſingularem: tamen intrinſecus ſemper ſunt pluralia vt liber noſter duorum.Suus autem ſicut primitiuum ſui intrinſecus & genus confundit & numerum vt ſui ipſius & ſui ipſorũ ſeu ipſarum. Iſte componitur cum hic vt iſthic, iſthæc, iſthoc,iſthunc,iſthanc,iſthoc,ab iſthoc,iſthac, iſthoc. Et

pluraliter iſthæc in neutro genere tantum. Is *componi-tur cum aduerbio demum per apocopen vt idem : ea-dem:idem quod habet primam breuem in neutro quam in maſculino producit licet non dicatur iſdem in recto: ſed idem.Interdum pronomen componitur cum nomine* vt *eiuſmodi huiuſmodi : & cum aduerbio* vt *eccum.i. ecce eum* vel *ecce hic hominem:ſic eccam : eccos eccas.* Item *ellum ideſt ecce illum ſeu ecce hic ille : ſic ellam ellos,ellas.*Componitur etiam *cum quatuor adiectioni bus ſyllabicis.ſ.met,te,ce,pte,*vt *ego met.i. ego & non alius diſcretiue,tutemet.i.tu ipſe per te:ſic tute : meme, ſeſe:item huiuſce,hiſce,hoſce,hæſce,meapte,tuapte ,ſua-pte,*vt *ſuapte natura.i.ſua ipſa natura.*Componitur etiã *cum præpoſitione* vt *mecum,tecum,ſecum,nobiſcum, vo biſcum:ſedverius fiunt per anaſtrophen* vt *quicum ideſt cum quo.* Q*uartus modus ſequitur declinationem nominum tertiam:& habet duo pronomina patria ſeu gentilia.ſ.noſtras,& veſtras.*

De *præpoſitione.*

PRæ*poſitio eſt pars orationis indeclinabilis quæ alijs partibus præpoſita earum ſignificationem aut mutat* vt *indoctus:aut complet* vt *perſitio:aut minuit*vt *ſubtriſtis.*Proprium *præpoſitionis eſt alijs præponi vel per appoſitionem ideſt per regimen caſus* vt *in illum: vel per compoſitionem* vt *peramo:vnde contra eius na turam poſtponitur* vt *capulo tenus ideſt præ.*Q*uando præ poſitio non habet ſuum caſum* vt *crurum tenus:vel*

nullum habet caſum vt poſt faciam tranſit in aduerbiũ. Præpoſitioni accidit vnum: ſcilicet caſus regimen. Nam aliquæ præpoſitiones regunt accuſatiuum: aliquæ ſeruiunt ablatiuo: aliquæ vero vtrīq;. Præpoſitiones accuſatiuæ ſunt hæ. ſ. Ad, apud, ante, aduerſus vel aduerſum, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, propter, ſecundum, poſt, trans, vltra, ſupra, præter, circiter, vſq;, ſecus, penes pridie, verſus, procul pro iuxta. Poteſt tamen præpoſitioni accidere figura: quæ erit duplex, ſcilicet, ſimplex vt abs compoſita, vt abſq;. Poteſt etiam accidere ordo qui erit triplex, ſcilicet, præpoſitiuus quia aliquæ præpoſitiones præponuntur vt ante: aliquæ poſtponuntur vt tenus. Aliquæ vero ſunt communes ut cum quo: & quo cum. Ad, tam, in compoſitione q̃ in appoſitione interdum ſignificat propinquitatem ut adſum ideſt prope ſum: ad flumen: ideſt prope flumen. Et cauſam ut ad quid hoc feciſti: ideſt cuius cauſa. Et ſimilitudinem ut ad unguem factus homo. Et contra ut prima quod ad Troiam. Et tempus ut ad bellum Perſicum: ideſt uſq; ad tempus belli Perſici. Et additionem ut ad hæc mala hoc mihi accedit. Et ante ut ad limen: ideſt ante limen. Et comparationem ut Cæſar nihil ad tuum equitatum: ideſt ad comparationem. Et circiter ut ad tria milia paſſuum: ideſt circiter. Apud ſignificat locum & perſonam ut apud Meſſanam: apud petrum: hoc eſt apud te intelligitur qualitercunq; teneatur: ſed hoc

eſt penes te:ideſt in poteſtate & dominio tuo. Ante *ſignificat locum,tempus,& perſonam ut ante urbem: ante annum,ante petrum.* Aduerſus *ſiue aduerſum ſignificat contra ut aduerſus hoſtem:& etiam in bonam partem* Terentius *& id gratum fuiſſe aduerſum te:ideſt erga te.*Cis *& citra idem ſignificant:ſed cis iungitur nominibus fluuiorum ſeu montium uere ut cis rhenum: cis alpes: & habet uim temporalem ut cis tempus diffinitum:cis naturæ leges:ideſt minus q̃ patiantur leges naturæ:at in cæteris nominibus magis utimur citra ut citra cruorem, citra forum, citra* Senatus *authoritatem: ideſt ſine:citra nunquam componitur: cis uero componitur:ut* Ciſalpina *Gallia.*Circum*: ideſt iuxta ut circũ montem, circunfero.* Circa *uiginti annos.* Contra *ad malum ſonat: ut contra inimicum, item contra ex oppoſito: ſiue ex regione: & tunc eſt aduerbium: quia non habet caſum.* Erga *ad bonum ſonat: ut erga amicum.* Extra *unam auiculam: ideſt præter.*Inter *ſe conuerſi:ideſt in ſe:inter* Reges*: ideſt in medio.* Intra *muros,intra duos dies.* Infra *omnes, infra dicam.* Iuxta *te:ideſt prope:& aduerbialiter ut iuxta exiſtimo: ideſt ſimiliter:*Ob *uirtutem:ideſt propter,ob meritum: ideſt pro merito:obambulo:ideſt circumambulo.* Pone*: ideſt iuxta uel poſt.* Per *denotat locum & tempus ut per forum:per diem,& ponitur etiam adiuratiue ut per deũ: perfidus eſt qui negat fidem.* Prope *templum: ideſt iuxta:prope iam:ideſt fere.*Propter *illũ:ideſt illius cauſa*

propter aquæ riuum.i.prope. Secundum fores.i. apud fores:ſecundum deos.i.poſt:ſecundum te litem do.i.pro te:ſecundum quietem.i.in quiete:& denotat authoritatem vt ſecundum Marcum. Poſt denotat ordinem loci: temporis & dignitatis vt poſt mortem,poſt annum:poſt pietatem vtilitas ponenda eſt.Trans montem.i.vltra:interdum amittit,ns,ut trano,as, Nota ꝙ *omnes præpoſitiones monoſyllabæ poſſunt componi & ſeparari excepta,cum,pro qua in compoſitione utimur,con.Vltra mare,ultra faciam.Supra annum ideſt ultra tris ſupra uiginti.i.uiginti & tres ſupra morem.i.ualde ſedeo ſuper lapidem:cœlum eſt ſupra nos.Præter ſpem euenit ideſt ultra cunctos diligo pręter te.i.excepto te.Circiter idus maias.i.iuxta:circiter tria millia paſſuum.i. pauloplus aut minus:ſeruio dominis circiter decem.i.paulo pluribus aut paucioribus.* *Vſꝙ Meſſanam uſꝙ metu micuere ſinus:ideſt ualde uel ſemper : iuuat uſꝙ morari: ideſt diu:me pugnis uſꝙ occidit : ideſt prope ſeu uehementer:uſꝙ quaꝙ:ideſt longe lateꝙ ſeu continue : uſꝙ adeo:ideſt intantum.Secus riuum: ideſt iuxta : non ſecus:ideſt non aliter.Penes urbem:ideſt apud penes te: ideſt in poteſtate.Pridie denotat priorem diem: ſcilicet non heri:ſicut poſtridie denotat poſteriorem diem : ſed non cras:ſed cuiuſcunꝙ alterius ſiue præteriti ſiue futuri.Pridie illius diei aduerbialiter.procul ſecreta ſibyllę ideſt iuxta:procul hinc:ideſt longe.* *Prępoſitiones ablatiuæ ſunt hæ:ſcilicet A,ab,abs,cum,coram , clam, de*

e,ex,pro,præ,palam,ſine,abſq;,tenus. A,*iungitur abla-tiuo ut 'a te:& priuatiua ut amens: ideſt ſine mente: 'a theatro uenit qui fuit iuxta illud: ſed ex theatro uenit qui fuit in ipſo: ſicut ad tribunal uenit litigator: in tribunal uenit iudex qui in ipſo ſedet.* Ab,*ſolet iungi cũ duabus liquidis: et cum,i,conſonante ut ab lege,ab rege,ab* Ioue. Abs *in compoſitione ponitur ſequentibus,p,c,t, ut abſporto abſcondo: abſtineo. in appoſitione uero ſequente,q,t,ut abs quouis homine abs te: in auſero uero,b,mutatum eſt in,u,ſic in auſugio.* Cum *ſignificat copulationem ut cum ducibus pugno: ſed quando ſignificat tẽpus,ſcribitur per,q,ſic quum: antiquitus quom*, Coram *te: coram adſum aduerbialiter,* Clam *te : ideſt occulte.* De *habet uim priuatiuam ut demens: & memoratiuam ut de partibus orationis: & ponitur pro deorſum ut deſcendo compoſita auget ut deamo: uel minuit ut deprecor: ideſt recuſo: apud ſacram paginam deprecor : ideſt ualde precor,* E,*temporalis eſt ut,e,ueſtigio: ideſt ſtatim & priuatiua ut eneruus: & intentiua ut enarro: & pro extra ut educo: e renibus laborat: ideſt patitur morbum in rẽnibus.* Ex,*temporalis eſt ut ex illo ſluere: & intentiua ſeu perfectiua ut exploro,exoro,et pro extra ut excludo: ex uſu ideſt ex utilitate : ex tempore uenit : ideſt ex temporis cõditione: ex ſententia ideſt ad uotum.* Cõ*poſita adhęret uocalibus ut exuro: & his conſonantibus c,p,t,ut excutio: explodo,extraho.* Si *dictio ĩcipiat ab,ſ abijcitur,ſ,ut exequor,exoluo.* Pro *curia: ideſt ante cu-*

riam, prouenio .i. ante uenio, ſic proſtratus. Prouideo .i. *procul uideo: prominet .i. eminet ſeu ſupereminet: & pro ad, ut pro uiribus: & pro, in, ut pro roſtris: & pro cauſa ut pro* Milone *dixit* Cicero. Da *mihi* Ciceronem *pro* Vergilio: *ideſt loco* Vergilij: *præ amore excluſiſti illũ ideſt pro amore: præ me .i. ad comparationem mei: præſideo .i. ſuper ſedeo: præmaturus .i. ante, præcelſus: ideſt ualde celſus.* Palam .i. aperte. *Sine & abſq; ſunt negatiuæ ut ſine te: abſq; illo.* Tenus .i. uſq; *ut capillo tenus: geſſit conſulatum titulo tenus: ideſt non ultra titulum: & ſemper poſtponitur: & plurali iungitur genitiuo: ut crurum tenus.* Præpoſitiones *ſeruientes utriq; caſui ſunt hæ: ſcilicet, in, ſub, ſuper, & ſubter, quæ antiquitus tam ad locum q̃ in loco indifferenter ponebantur: ſed nunc ad locum habent accuſatiuum: in loco uero ablatiuum: ut uado in urbem: ſum in urbe: dico in illum: ideſt contra.* Compoſita *eſt priuatiua ut indoctus: & intentiua ut inſonuit ideſt ualde: & pro inter ut mediiſq; in milibus ardet: in magnum monumentum dedit: ideſt pro: & pro qualitate ordinãdi ut in dies creſcit: & pro ſpatio temporali ut dixi in lucem.* Sub: *ideſt ante uel per: ut ſub lucem exportant: ideſt ante lucem: uel per lucem: uel adueniente luce: ſub noctem cura recurſat: ideſt per noctem, uel circa noctem.* Et *ſupra, ut corpora ſaltu ſubijciunt in equos: ideſt ſupra iaciunt.* Et *infra ut ſubiecit caudam.* Et *prope ut deinde ſub ipſo ecce uolat.* Et *poſt ut ſub eas redditæ litteræ ſunt.* Et *in*

ut ſub ingenti templo.Et in loco ut ſum ſub quercu. Et ad locum ut uado ſub quercum. Et ſtatim poſt ut ſub hæc uerba.Super:ideſt de, ut multa ſuper Priamo ro=gitans.Et pro,ut nil ſuper imperio moueor. Et inſuper, ut ecce ſuper mœſti magna Diomedis ab urbe. Et de=ſuper ut hæc ſuper e' uallo. Et pro ſupereſt ut. Neq; enim fuga ſuper ulla pericli.Et ultra ut ſuper & gara=mantas: & Indos. Et ualde ut his accenſa ſuper. Alij dicunt ꝙ ſuper & ſubter ſunt præpoſitiones accuſati=uæ & figurate iunguntur ablatiuo ſicut poſt, ante,cir=cum,quæ antiquitus iungebantur ablatiuo.Subter,ideſt ſub ut ſubter denſa teſtudine,& ſubter illud.

Præpoſitiones quæ ſemper componuntur ſunt hæ ſcilicet dis, di, re, ſe, am, con. Dis eſt ſeparatiua: ut diſpono: & ponitur ſequentibus: c p s t & i lo co conſonantis ut diſcumbo,diſpliceo,diſſero, diſtraho, diſiungo:ſequente f tranſit in ipſam ut differo.Di,quo ꝙ eſt ſeparatiua: ut diduco: & iungitur reliquis con=ſonantibus, ut dimitto, diluo, digero. Re: ideſt re=tro, ut reſpicio, religo, ideſt iterum ligo. Se, eſt ſe=paratiua,ut ſecubo:ideſt ſcorſum cubo. Et abnegatiua: ut ſecurus:ideſt ſine cura.Am, ideſt circum: ut ample=ctor:ſic ambio,is,ideſt circumeo ubi interponitur b cau ſa euphoniæ & propter,m,&,e, conuerſa eſt in,i,quia deberet ſcribi ambeo ex,am, & eo,is. Con: ideſt ſimul ut coniungo:ſed quando componitur cum dictione inci piente a' uocali uel ab,h,ſemper abijcitur,n,ut coerceo

cohibeo:comedo uero mutauit,n,in,m,cogo autem abij-cit,n,& a,nam ex con,& ago ſit cogo, Cum ſemper eſt ſeparata:ſed con ſemper eſt compoſita : & interdum ſignificat contra ut contendo:ideſt contra tendo:& ualde ut conclamo:ideſt ualde ſeu ſimul clamo: item,con, ſicut,in,ſequentibus,b,m,p,mutat, n, in,m, ut comburo, imbuo,cōmunis,immunis,compello,impleo: ſequentibus autem,l,r,mutatur in ipſas,u, collido, illido,corripio, irruo:ſed quum per,q,eſt aduerbium:& interdum ponitur pro quanuis & iungitur ſubiunctiuo & exigit tamen ut quum legere ſoleam tamen uocibus perturbor interdum pro quoniam ſeu quando & iungitur indicatiuo ſeu ſubiunctiuo ut quum legebam:ſeu quum legerim aſpexiſti. Nota *ꝙ,b,c,d,i,m,t,u,interponuntur ſæpe cauſa euphomiæ ut ambeſus:ſicubi prodeſt,utinam, comedo,identidem,bos, bouis.* Q*uædam præpoſitiones nunq̄ componuntur ut apud:erga citra.infra,circa, extra,iuxta,pone,prope,ſecūdum,ultra,ſupra,circiter penes,palam,ſine,abſq;,cum,* Reliquæ *uero componuntur & ſeparantur ut in doctus,in illum.*

De *aduerbio.*

A*Duerbium eſt pars orationis indeclinabilis quæ adiecta uerbo ſignificationem eius aut complet ut faciam, aut mutat ut non faciam : aut minuit ut parum faciam.* Et *dicitur aduerbium quia ſtat iuxta uerbum & ſemper nititur uerbo interdum ponitur nomen pro aduerbio ut ſole recens orto:ideſt recenter: &*

aduerbium

aduerbium pro nomine vt genus vnde latinum pro a quo. Omnis pars orationis quum deſierit eſſe : quod eſt vel quum non poteſt inter alias partes reponi tranſit in aduerbium. Aduerbio accidunt ſex.ſ.ſpecies, terminatio,formatio,ſignificatio,comparatio,& figura. Species eſt duplex:ſcilicet primitiua vt clam:deriuatiua vt clanbulum.Terminatio eſt multiplex:ſcilicet in,a,vt ita poſtea.Aut in e correpta vt nempe,bene,male,pene,impune,ſæpe,quippe.Aut in e productam vt docte , ſancte,recte.Aut in i vt heri,veſperi.Aut in o vt quando, aliquando,auſpicato,precario.Aut in u vt diu. Aut in c vt donec.Aut in l vt ſemel.Aut in,am,vt iam,nequaq̃ neutiq̃,bifariam.Aut in,em, vt item. Aut in,im, vt partim,viritim,viciſſim,hoſtiatim,ſtatim,raptim, q̃ raptim, curſim,q̃ curſim,ſtrictim,furtim,affatim,paulatim,ſingulatim,ſigillatim,præſertim,confeſtim,tractim , carptim, auctim,guttatim,ſtillatim,gradatim,turmatim , tributim,vicatim,ſummatim,cæſim,punctim,generatim, municipatim,vbertim:& cætera talia.Aut in,um,vt iterũ, actutum.Aut in,n,vt,en,non.Aut in,r,vt cur.Aut in,as vt alias,ideſt aliter vel alio tempore,vel alio loco,vel aliquando.Aut in,es,vt ſodes,toties,quoties. Aut in,is, vt fortaſſis.Aut in,us,vt rurſus,mordicus. Aut in,ps,vt deinceps.Aut in,t,vt ſat.Aut in,x,vt vix. Formantur vero aliqua aduerbia a' datiuo verſo,o,in,e,productũ vt claro clare,ſic iuſte,ſancte,recte,quędã remãſerit in datiuo ut falſo,ſedulo,gratuito,bipartito tripartito.

Quædam contrafaciunt vt dure & duriter : large & largiter : diuine & diuinitus : humane & humanitus : cœlitus , & cætera talia. Emittentia datiuum *in,i,addita,ter,formant aduerbia ut molli molliter:ſed audacter fit per ſyncopen:facile pro faciliter:difficulter pro difficiliter,leue & leuiter,omnino pro omniter : ſublime pro ſublimiter.* Participia *vel participijs ſimilia vertunt,i, datiui in,e, & additur,r, ut prudenti prudenter,Sapienter.* Propria *nomina uertunt,o,in,a,& addita:ne formant aduerbia ut* Tulliane , Vergiliane. *Fœminina nomina in,a,ablatiui ſummunt,tim,ut a'regula regulatim : & alijs modis etiam fiunt quos breuitati ſtudens reticui.* Significatio *aduerbij eſt multiplex.* Alia *namq; aduerbia ſunt temporis præteriti ut heri: nudius tertius,nuper,tunc,antea,pridem, dudum.* Alia *ſunt præſentis vt nunc , hodie .* Alia *ſunt communia diuerſis temporibus ut olim,iam,quondam .* Alia *ſunt loci ut ubi , quo , unde,qua,quorſum,& quouſq;.* Alia *ſunt prohibendi:ſeu dehortandi ut ne,nequaquam, neutiq̃.* Alia *negandi ut non , haud,nec,neq;,nihil,minime, nequaquam,nullatenus.* Alia *confirmandi ut profecto: ſcilicet,quippe,uidelicet,nempe,quidni,certe, nimirum.* Alia *iurandi ut pol,ædepol , me hercle per ſyncopen: medius fidius,perpol , me caſtor .* Alia *optandi ut utinam,ſi,oſi,amen, quod etiam eſt affirmandi.* Alia *ſunt hortandi ut eya,age,agite , agedum.* Alia *remiſſiui ut paulatim,pedetentim ſenſim,uix,fere,ferme,pene , pau-*

lominus, fere feci, ideſt non feci: ſed fui prope ut facerem, uix feci: ideſt feci: ſed cum difficultate.

Alia ſunt qualitatis ut bene, male, docte, fortiter, ſuauiter: ſapienter, eleganter, pulchre, dulciter, libenter, utiliter, agiliter, expedite. Alia ſunt quantitatis, ut multum plus, ſat, ſatis, parum, modicum, minimum, nimium, magnopere, ſublimiter, minus, tantum, quantum, tantummodo, maxime. Alia ſunt dubitandi ut forſan, fortaſſis, fortaſſe, forſit, fors, forte, an, utrum. Alia euentus ut forte, fortuitu, forteſortuna, caſu. Alia ſunt congregandi ut ſimul una, pariter.

Alia ſunt aduerbia diſcretiua ut ſeorſum, deorſum, ſeparatim, ſegregatim, ſecreto, diuiſim, ſigillatim, bifariam, trifariam, dumtaxat, ſolum, ſolummodo, prȩſertim, præcipue, aliter, ſecus, humanitus, diuinitus, funditus, cœlitus, oretenus, ſemote utrinq;. Alia ſunt ſimilitudinis ut uelut, ueluti, uti, tanquam, ceu, ſicut, ſicuti, ut, ſic, ita, quaſi, quemadmodum, acſi, prout, perinde ac. Alia ſunt ordinandi ut primo, ſecundo, inde, deinde, deinceps, poſtea, dehinc, præterea, interea, interim, obiter, prius, primum, protenus. Alia ſunt iterandi ut rurſum ſiue rurſus, iterum, item, itemq;. Alia ſunt intentiua ut prorſus, radicitus, penitus, ualde, funditus, omnino. Alia ſunt comparatiua ut magis, minus, plus, doctius, ſanctius. Alia ſunt ſuperlatiua ut optime, maxime, ocyſſime, ſæpiſſime, diutiſſime, potiſſime. Alia ſunt numerandi ut ſemel, bis, ter,

quater,quinquies,ſexies,ſepties,octies,nouies,decies,vndecies,duodecies,tredecies,quatuordecies, quindecies, ſexdecies,deciesſepties,vel decies et ſepties,deciesocties vel decies,& octies vel duodeuities, decies & nouies, vel vndeuicies quaſi dempto vno de viginti uities, & dicitur vicies per ſyncopen quaſi viginties,vities ſemel vel ſemel & vities:& ſic deinceps,trities, quadragies, quinquagies,ſexagies,ſeptuagies, octogies, vel octuagies,nonagies centies,ducenties,tricenties, quadringenties,quingenties ſexcenties,ſeptingenties, octingenties, noningenties,vel nongenties,milies,milies,ſemel,vel milies et ſemel,ſemel ſupra milies,& reliqua, elegãtius dicitur habeo milies nummum q̃ mille nummos. Alia *ſunt diminutiua vt clanculum,belle grandiuſcule.* Alia *inter rogandi vt cur,an,num,quare,quamobrem,vtrum,nonne,nunquid.* Alia *ſunt perſonatiua vt meatim, tuatim, noſtratim,veſtratim,ſuatim.* Alia *ſunt demonſtrandi vt en,ecce.* Alia *ſunt vocandi vt heus,eheo,o,nam o quando vocat vel optat eſt aduerbium:ſed quando dolet, indignatur, miratur, ſeu dubitat eſt interiectio.* Alia *ſunt reſpondendi vt heu,hei,eho, & nunc non ſunt interiectiones.* Alia *ſunt eligendi vt potius,immo,quinimmo.* Alia *ſunt celerandi vt ſtatim, continuo, confeſtim, protinus,illico,actutum,propere,eueſtigio,cito, q̃ curſim,q̃ raptim,celeriter,curriculo:& cætera talia.* Alia *ſunt relatiua vt quia:quoniam quæ etiam ſunt coniunctiones.* Alia *ſunt aduerbia repletiua vt demum,deniq;*

tandem. Comparationis gradus accidunt aduerbio teſte Donato vt docte: doctius doctiſſime ſæpe, ſæpius ſæpiſſime: nuper nuperrime ſecus, ſetius. Sed quoniam non omnia aduerbia poſſunt comparari: iccirco ad augendam ſignificationem dicimus magis decore: & maxime decore ad minuendam vero dicimus minus decore: & minime decore. Figuræ aduerbij ſunt duæ. ſ. ſimplex vt diu: compoſita vt inter, diu. Præpoſitio vere non adiungitur aduerbijs: quia non dicitur de mane de ſero. At dehinc, exinde, proinde, ab hinc dicitur: ſed ſub vna orationis parte & ſub vno accentu.

De coniunctione.

Coniunctio eſt pars orationis indeclinabilis connectens: ordinanſq; ſententiam cæterarum partium coniunctiua. Coniunctioni accidunt tria: ſcilicet figura ſpecies ſeu poteſtas ſeu ſignificatio: & ordo. Figura eſt duplex: ſcilicet ſimplex vt at: compoſita vt atq;. Species coniunctionum ſunt decem & nouem. ſ. copulatiua continuatiua, ſubcontinuatiua, adiunctiua, cauſalis, effectiua, approbatiua, diſiunctiua, ſubdiſiunctiua, diſcretiua, aduerſatiua, abnegatiua, collectiua ſeu rationalis ſeu illatiua, dubitatiua, completiua, diſtributiua, expoſitiua, exceptiua, diminutiua. Copulatiua eſt quæ tam ſenſum q̄ verba coniungit vt diſertus & ſapiens fuit Cicero: copulat etiā orationes vt ego ediſco litteras græcas

& tu ſpernis latinas : copulatiuæ coniunctiones ſunt hæ:ſcilicet et,q;,ac,atq;,ſed,quoq;,autem, uero, etiam, item,at,aſt,uerum,cæterum,quidem. Ex his aliquæ copulant orationes ut,at,aſt,autem,uerum,cæterum, quidem,ut ego lego,tu quidem dormis. Reliquæ poſſunt coniungere dictiones & orationes ut ego & tu lego: ego ſcribo:tu quidem dormis. Continuatiua eſt quæ continuationem:& conſequentiam rerum cum dubitatione aliqua ſignificat ut ſi homo eſt animal eſt. Et ſunt hæ: ſcilicet,ſin,ſiue, ſeu. Subcontinuatiua eſt quæ cauſam continuationis oſtendit conſequentem abſq; dubitatione : ut quoniam ambulat mouetur : & ſunt hæ : ſcilicet, quoniam, quandoquidem, quia, quatinus, quando. Adiunctiua eſt quæ ſic eſſe : uel non eſſe dubitans modis ſubiunctiuis adiungitur ut ſi ad me ueneris : pretium feres, & ſunt hæ:ſcilicet,ut,ſi,quum,ubi,dum,quatenus,quando. Cauſalis eſt quæ ſignificat cauſam antecedentem ſuos effectus ut doctus ſum nam legi:& ſunt hæ:ſcilicet,quoniam,quia,nam, namq;,ſiquidem. Effectiua eſt quæ ſignificat effectum cauſæ ut legi ideo doctus ſum & ſunt hæ : ſcilicet,ideo, iccirco, propterea, quocirca,quapropter,proinde,enim,quam ob rem, Prædictæ ſpecies excepta copulatiua ſibi inuicem cedunt: & continentur ſub cauſali : quia in omnibus redditur cauſa aut cõtinuationis:ut ſi ambulat mouetur:aut ſubcontinuationis ut quia ambulat mouetur:aut adiunctionis:ut ambulat:ut moueatur:aut effectionis ut mouetur

ambulat enim. Approbatiua eſt quæ approbat rem: ideſt affirma: ut equidem merui nec deprecor: quando adiunctiua adhæret indicatiuo ponitur pro approbatiua ut. Si conceſſa peto ſi dant ea mœnia parcæ, ſi, pro quia ponitur: & ſunt hæ: ſcilicet, equidem, ſi, quidem, certe, profecto, proculdubio, quippe, quia: & ſimiles. Diſiunctiua eſt quæ quanuis dictiones coniungat: ſenſum tamen diſiungit: & alteram partem eſſe: & alteram non eſſe ſignificat ut aut dies eſt: aut nox eſt: uel eſt ſanus: uel eſt æger: ſi unum eſt uerum alterum ſemper eſt falſum: & ſunt hæ: ſcilicet, uel, aut, ue, ſiue, ſeu. Subdiſiunctiua eſt quæ quanuis uoces diſiunctiuarum habeat utrunq; tamen eſſe ſignificat: uel ſimul: ut Alexander: ſiue Paris rapuit Helenam: ideſt Alexander qui & Paris dicitur: uel diſcrete ut tota die iſte legit uel cogitat: ſignificat enim utrunq; fieri: ſed non ſimul: & ſunt hæ: ſcilicet, uel, ue, aut, ſiue, ſeu. Diſcretiua ſiue electiua eſt qua diuerſis propoſitis aliquod nos ex his eligere oſtendimus ut bonnus uolo eſſe q̃ malus. Aduerſatiua eſt quæ aduerſum conueniēti ſignificat ut q̃uis multo tempore tibi ſeruiuerim: tu tamen habes me odio: nam ꝙ multo tempore tibi ſeruiuerim cōueniens eſſet ut tu me amares & tamen huic conuenienti ponitur aduerſum: ideſt contrarium: ſcilicet ꝙ tu habes me odio & ſunt hæ: ſcilicet, q̃q̃, etſi, etiamſi, tametſi, q̃uis, licet, quatuor primæ iunguntur indicatiuo in clauſulis maioribus & ſequitur particula tamen: duæ

vero vltimæ adhærent ſubiunctiuo in clauſulis minoribus fere:& non ſemper ſequitur particula tamen. Abne*gatiua eſt quæ verbis coniuncta poſſe fieri rem oſtendit:ſed propter aliquam cauſam impediri ne fiat vt legerem ſi haberem libros.* Colle*ctiua ſiue rationalis ſiue illatiua quæ per illationem colligit quod ſupradictum eſt vt tu es homo ergo rationalis & ſunt hæ:ſcilicet ergo,igitur,itaq;,quin,alioquin,immo, vtiq; , atqui, quapropter,ideo,iccirco,proinde.* Dubitatiua *eſt quæ dubitationem ſignificat vt eloquar an ſileam ? & ſunt hæ:ſcilicet,an,ne,vtrũne,anne,nonne,necne,annon,quæ etiam ponuntur interrogatiue.* Completiua *eſt quæ ornatus metriue cauſa nulla ſignificationis neceſſitate ponitur vt quidem,equidem,autem,quoq;,enim,vtiq;,nam namq;,quæ interdum poni abſq; neceſſitate ſolent.* Di*ſtributiua eſt quæ diuerſis diuerſa diſtribuit vt Æneas quidem pius fuit.*Vly*ſſes vero aſtutus:& ſunt hæ:ſcilicet,quidem , autem,vero,ſed,at,aſt.* Expo*ſitiua eſt quæ coniungit ea quorum vnum exponit alterum vt ideſt: hoc eſt:ſcilicet, videlicet.* Exceptiua *eſt quæ ſignificat exceptionem ab aliquo toto vt præter te venerunt omnes & ſunt hæ:ſcilicet,præter,præterq̃,ni,niſi.*Diminu*tiua eſt quæ diminutionem ſignificat vt non ſolum non te amo:ſed ne diligo quidem:& ſunt hæ:ſcilicet,ſaltem, at,vel,aut pro ſaltem & ſemel ſubijcitur vt* Aut *age diuerſas & diſijce corpora ponto.* Ordo *coniunctionis eſt triplex:ſcilicet,præpoſitiuus,ſubiunctiuus,& cõ*

munis, præpoſitiuæ coniunctiones hæ fere ſunt.ſ.aſt,at, ac,et,atq̃,aut,vel,nec,neq̃,ſi,quin,quatenus,ſin,ſeu,ſiue ſed,ne,ni,niſi:& ſimiles dum præponuntur. Subiunctiuę coniunctiones ſunt hæ.ſ.q̃,ue,ne,quidem.n.quoq̃,autē, vero:& ſimiles dum poſtponuntur. Reliquæ fere ſunt cō munes quia poſſunt præponi & poſtponi. Coniunctiones encleticæ.i.inclinatiuæ quia ad ſe inclinant accentum præcedentis ſyllabæ & ſunt hæ.ſ.q̃,ne,ue,de quibus in accentibus plenius dicetur.

De ſignificatione paucarum coniunctionum.

SI,interdum eſt continuatiua vt ſi ambulat mouetur: & ſub continuatiua vt ſi ſol eſt dies eſt:& adiunctiua vt ſi ſtudueris peritus euades: & aduerſatiua pro q̃uis vt ſi Cicero fuit princeps ſenatus non iccirco Antonij gladios potuit effugere: & eſt abnegatiua vt vixiſſet Cicero ſi in Antonij inimicitias non incidiſſet: & cauſalis vt doctus eris ſi legas:& eſt aduerbium negandi vt ſi introibunt in requiem meam pro non:& eſt aduerbium optandi pro vtinam. Vt,eſt adiunctiua ſic: vt legas iubeo:vel cauſalis vt exerce te vt ſis ſanus: vel eſt aduerſatiua pro q̃uis vt protinus vt redeas facta videbor anus:& eſt aduerbium temporis vel qualitatis: vel quantitatis. Vergi.Vt vidi vt perij vt me malus abſtulit: vel eſt ſimilitudinis vel optandi pro vtinam.

Vel eſt diſiunctiua vt redde mihi librum vel ambula in ius:& eſt ſubdiſiunctiua vt amicis vel reipublicæ quotidie dat operam vir bonus:& eſt diminutiua vt o,

fœlix ſi te uel ſic tua roma uideret: & pro etiam ut tu uirtute tua ſuperas uel culmina regum: & eſt aduerbium intentiuum ut uel maximum bellum: ideſt ualde.

Ne, uel eſt cauſalis ut hoc feci ne poſſis. excuſari: uel eſt copulatiua ut non eam ne nunc quidem: uel eſt adiunctiua ut ne faceres iuſſi: uel dubitatiua ut iuſtitiam ne prius mirer belli ne laborem: uel eſt approbatiua ut tanta ne me tenuit uiuendi nate uoluptas: uel eſt diminutiua ut quippe ſecundæ res ſapientum animos fatigant nedum illi corruptis moribus uictoriæ temperarent: ideſt tanto minus: & dicitur iunctim cum particula dum ut nedum quod etiam ſignificat non ſolū: nec ne: ideſt an non, neu: ideſt ut non: ne pro ut ſolet poni. Cicero: non uereremur ne nimis cito mitteremus: at næ pro certe ſeu ualde diphthongon habet. Enim interdum eſt cauſalis pro quia Cicero: tanta eſt enim magnitudo tuorum erga me meritorum: interdum eſt copulatiua uel completiua uel affirmatiua ut progeniem: ſed enim troiano: nāq; fatebor enim non enim ſinam: iuncta cum uero ſignificat certe ut enimuero daue: uel at ut enimuero ferendum eſt.

Ac: eſt copulatiua ut doctus ac iuſtus eſt: et pro q̄ ut non ſecus ac iuſſi faciunt: & pro, et, et pro tanq̄. Aſt pro ſed. At pro ſed & pro ſaltem. Atq; pro et, pro q̄, et pro ſtatim. Verg. Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni. i. ſtatim ut exponit Gellius. Atqui. i. certe. Alioqui. i. præterea ſeu etiam uel certe: q;. i. quia. Et interdum eſt cauſalis pro etiam ut pelias & uulnere tardus

Vlyſſis:uel eſt indignatiua ut & quiſq̃ numen Iunonis adoret:uel eſt confirmatiua ut & dubitamus adhuc uirtutem oſtendere factis:uel promiſſiua ut et eris mihi magnus apollo:& pro aduerbio ordinandi ut corpuſq; lauant frigentis & ungunt.i.deinde ungunt uel eſt interrogatiua ut & quæ tanta fuit romam tibi cauſa uidendi:uel duplicatur & eſt completiua in diuerſis rebus ut multum ille & terris iactatus & alto : uel ponitur pro ideſt Plautus Annos natus ſexaginta & ſenex:uel pro etiam ut natus & ipſe dea:uel pro quia ut audieras & fama fuit uel pro q̃uis ut defendi legem uoconiam bonis lateribus & uidetis annos meos:ideſt q̃uis ſim ita ſenex:uel deſeruit affectui interrogando Cicero. & ſunt qui de uia appia loquantur taceant de curia:uel per ſed ut minime mihi miranda & maxime iocunda acciderunt. Quãuis interdum.i.quantũuis ſeu ualde:ſed licet interdum eſt aduerbium concedentis ut licet ingens ianitor antro:at de his ſupra diximus. Ergo eſt illatiua ſeu inceptiua conueniens indignationi ut impune ergo mihi recitauerit ille togatas:uel hortatiua ut ergo age chare pater:uel eſt aduerbium et ponitur pro cauſa ut illius ergo uenimus:igitur etiam illatiua ſeu collectiua & ponitur pro deinde ut quid igitur faciã ut exponit Donatus. Quatenus.i.quouſq; ſeu inquãtũ: eatenus .i.intantũ quatinus per,i,ſignificat quoniam. Protinus eſt aduerbiũ & ſignificat ſtatim.Ver.Protinus ad regẽ curſum detorq̃t hiarbã:uel cõſequẽter & deinceps.idẽ.

Protinus aerij mellis cœleſtia dona:uel omnino ſeu iugiter ſeu continue, idem. Quum protinus vtraq; tellus vna foret. At protenus quaſi porro tenus.i.longe a' finibus idem. Protenus æger ago quaſi dicat longe a' finibus. Que ſine diphthongo eſt coniunctio copulatiua vt Arma virumq; cano:vel expoſitiua vt lauinaq; venit littora pro ideſt, licet poſſit legi lauinia:vel pro quoniam vt ortuſq; noſtri partem patria vendicat:vel eſt expletiua quum ponitur cauſa ornatus vel pro etiam:vel ponitur pro diſiunctiua vt ſubiectiſq; vrere flámis pro ſubiectiſue vt ait Seruius honoratus. Quin.i.cur non ut quin tu aliquid ſaltem:vel pro q; vt non dubiũ eſt quin vxorem nolit filius:vel pro vt:& pro quin etiam:& pro vt non:& pro qui non ſic Cicero nemo eſt noſtrorum quin vota victoriæ ſuæ fecerit:q; eſt coniunctio cauſalis pro quia:vel pro quare vt q; ſi me lyricis vatibus inſeris. Quo.i.vt eſt coniunctio vt neq; id feci quo tibi moleſtus eſſem:vel eſt aduerbium vt quo vadis:vel accipitur pro quanto vt eo magis quo magis:vel pro quare Saluſtius quo mihi rectius eſſe videtur ĩgenij:ſic quo æquior ſum pamphilo: vel pro adquid, vt. Quo mihi fortuna ſi non conceditur vti? Quo ad.i.quouſq; ſeu quandiu ſeu quantum. Quo ad eius eſt vna dictio & ſignificat inquantum.q.d.quantum ad eius vires ſeu quantum ab eo fieri poterit. Sin.i.ſed ſi:ſeu ſi vero:& ponitur in ſecunda ſede:& præcedat:ſi Terentius ſi illum relinquo eius vitæ timeo:ſin opitulor huius minas.

De interiectione.

INteriectio eſt pars orationis indeclinabilis quæ cæteris interiecta varios mentis affectus incondita voce demonſtrat. Interiectioni accidit ſignificatio tantum quæ eſt multiplex. Aut enim eſt ſignificatio gaudentis vt euax, uah, ho, nota ꝙ h non ſolet eſſe finalis niſi in interiectionibus vt ah, uah, quæ dicuntur per apocopen: nam deberent ſic ſcribi, aha, uaha, vel quia interiectiones voce abſcondita: ideſt non plane expreſſa proferri ſolent. Aut dolentis vt hei, ueh, hoe. Aut lugentis vt heu hoi, hei. Aut timentis vt at, hei, ah, nam pro varietate affectus vna interiectio vertitur in alteram. Aut admirantis vt pape, uah, hem. Aut bacchantis vt hoi, hoe, euoe, io. Aut ridentis vt ha ha he. Aut ironiam demonſtrantis vt hui tam cito, a. Aut iraſcentis ſeu indignantis ſeu exclamantis vt nefas proh nefas, uah, o, proh, iuppiter. Aut aridentis vt bon, baff. Aut hortantis vt eia: agite, agedum. Aut laudantis ſeu aſſentientis & ſponte congratulantis vt euge. Aut vetãtis vt apage, apageſis, apagitæ: quæ proprie ſunt aduerbia comica græcaꝗ & habent penultimam breuem vt apageſis. i. abi, vt abduc ſi uis: vel remoue ſeu tace & proprie eſt familiariter corripientis. Aut vocantis vt, o, eodum ad me, io, heus, nam o poteſt eſſe aduerbium vocandi ſeu optandi: at ſi exprimat dolorem ſeu indignationem ſeu admirationem ſeu dubitationem uel ſtuporem eſt interiectio. Aut ſilentium imponentis ut, ſi, au, autſi, iſt. Aut ex improuiſo ali=

quid deprendentis ut at at. Aut obiurgantis ſeu prohi-bentis ut ha,aa. Aut recordantis ut hem,e. Aut gemen-tis ut uou,uahe. Aut deridentis ut aha, oho,ehu,ahu, ehe. Aut reficientis ut euan:& reliquæ quas potius af-fectus q̃ artis obſeruatio declarat:nam ſublato affectu fiunt fere aduerbia. Et licet interiectiones proprie ſint uoces primitiuæ:tamen aliæ partes orationis ſolent in-teriectiue proferri affectu tamen adiuncto ut nefas: in-fandum. Accentus interiectionum ſunt incerti:quia non plane expreſſa uoce proferuntur:ſed pro qualitate affe ctus confunduntur. Quicquid inſeritur orationi quo de tracto textus integer reperitur interiectioni accedit:in-teriectio ſicut aduerbium adhæret uerbo ut pape quid uideo?uel uerba ei ſubaudiuntur ut pape?ſcilicet miror uel aliquid ſimile.

SECVNDI LIBRI PROLOGVS.

ADoleſcens iuxta uiam ſuam etiam quum ſenuerit non recedet ab ea,ut ait ſapiens,Diu nāꝙ aut ſemper retinemus:quæ pueri ediſcimus : iuxta illud poetæ uenuſini.Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu.Proinde danda præcipue opera eſt:ut inſtituamus diſcipulos noſtros:uerbis latinis:proprijs et uſitatis exhibitis tñ neceſſarijs & elegātioribus grāmaticæ p̄ceptis q̄bus profecto ſi a' teneris annis imbuti fuerint,& ipſi elegantes fiant neceſſe eſt.Quāobrem quum mulorum grāmaticorum inſtitutiones nimiū longas,aliorū ꝑ breues ac cōciſas:quorūdam uero obſcuras uerbis atꝙ ſententijs:nonnullorum deniꝙ rudes ac pene barbaras (quo nihil nouis puerorū mentibus pernitioſius accidere pōt)ipſe ꝑlegerim,has noſtras inſtitutiones nec prolixas nimiū ne ſero ꝑueniant ad optatam metam:nec adeo breues ut quæ neceſſaria ſint p̄termittamus : in medium multis efflagitātibus licet præmaturas proferre cōſtitui: neglecto Flacci cōſilio in arte poetica ſuadētis:ne præcipitetur editio:nōnunꝙ præmatur in annū.Quare ſi nimis elegātes aures hæc nō probauerint:ignoſcāt tum celeritati:tum q̄a cū pueris loquor.At ſi forte q̄buſdā ſatiſfecero:laudetur ſūmus opifex q̄ mihi ſuæ rōnabili creaturæ,quo generi hoīm prodeſſe queā aliq̄tulū elargiri dignatus eſt.Vale lector optime,& dū tp̄s habes oꝑare bonū,& facito de neceſſitate uirtute ut ait diuus Hier.

Decaſtichon

En Iouis ad geminum venit mea vita parentem:
Heu premit inualido rauca ſenecta pede.
Innumeri ſubeunt morbi,iam tempora canent,
Iam facies rugis aret operta ſuis.
Non credis:ſpeculum iam conſule,rite videbis
Nullum ſub cœlo viuere poſſe diu.
Dum rident homines:heu tormina dira propinquant,
Sic rapit incautos mors inopina viros.
Omnia nata ruunt,& quæ creuere ſeneſcunt
Finis ab incepto pendet vbiq; ſuo.

De figuris.

Figura,vt ait Fabius, eſt forma dicendi aliqua arte nouata.Diuiduntur autem figurę bifariam:nam alię ſunt figuræ dianæas:ideſt ſententiæ:quæ ſunt propriæ oratorum. Aliæ vero ſunt lexeos: ideſt dictionis: quæ ſpectant ad grammaticos: & diuiduntur trifariam: nam quædam ſunt dictionis:aliquæ locutionis: cæteræ conſtructionis de quibus iam dictum eſt: nunc vero reliquas proſequemur: ſingularumq; figurarum diffinitiones atq; etymologias:ideſt origines prælibabimus incipientes a' barbariſmo.

De barbariſmo.

Barbariſmus eſt vna pars orationis vitioſa in communi ſermone, & dicitur barbariſmus quaſi diſſonans. Fit autem duobus modis: ſcilicet ſcripto & pronunciatione. Scripto fit quatuor modis:ſcilicet additione,

ditione, detractione, immutatione, tranſmutatione litteræ vel ſyllabæ. Additione litteræ ut reliquias pro reliquias: ſyllabę vt induperator pro imperator. Detractione litteræ vt Achilli pro Achillis: ſyllabæ ut repoſtum pro repoſitum. Immutatione litteræ ut olli pro illi: ſyllabæ vt faciundo pro faciendo. Tranſmutatione litteræ vt Euandre pro Euander: ſyllabæ ut diſplicina pro diſciplina. Pronunciatione quæ fit tempore, tono, aſpiratione: & hiatu. Tempore quum ſyllaba correpta producitur: vel producta corripitur apud poetas. Tono. i. accentu quum ponitur vnus accentus pro alio vt acutus pro graui. Aſpiratione quum dictio aſpiranda non aſpiratur & non aſpiranda aſpiratur. Hiatu quum quidam diſiungunt vocales uel conſonantes vt aureus pro aureus: magnus pro magnus. Quidam etiam vitio oris & linguæ ſingulas litteras male enunciant committentes vel betaciſmos nimium affectando, b, litteram ut binea pro vinea: bita pro vita: iotaciſmos ut domini protendẽtes ultimum: ideſt acſi eſſet geminum: vel metaciſmos ut multum ille: nam ſequente vocali, m, non deberet enunciari: uel netaciſmos vt bonum virun: pro bonum virũ vel zetaciſmos vt zunonem pro Iunonem: vel iſchnotetas quum aliquam litteram adeo graciliter enunciant vt vix audiatur: vel plateaſmos quum nimis lato ore litteræ efferuntur ſicut meminit Fabius, Quidam etiam Hiſpani enunciant eſtudeo pro ſtudeo: lingam pro linguam: qantum pro quantum: tominum pro dominum:

teram pro terram:padrem pro patrem. Aliqui etiã Siculi proferunt groriam pro gloria. Quidam etiam pronunciant Chicheronem pro Cicerone:dichere pro dicere aliter enunciantes q̃ ſcribant. Craſſe quoq; pronunciant.x.litteram:quum ipſa ſtet loco,cs:vnde ſcribebãt veteres pacs pacis: proinde non aliter debet enunciari dixit q̃ dicſit. Quas omnes oris & linguæ fœditates latinus homo nõ ſecus ac ſcopulos effugere debet. Eſt etiã *aliud genus barbariſmi quum orationi latinæ barbara vocabula commiſcemus vt maſtruca,canthus, quorum prius eſt ſardum & ſignificat veſtem: alterum eſt hiſpanum:& ſignificat ferrum quo rotæ vinciuntur.* Item *ſi ab aliquo vſurparentur guerra,teugra, multoties,modernus,ſingulariſſimus, virtuoſus & ſimilia: vel nimis noua: vel abſoleta, barbariſmus committeretur.* Ille *etiam exiſtimatur barbare locutus qui animi uitio aliquid inſolenter vel minaciter vel crudeliter dixit: vel ſiquis ſingularia pluraliter:vel pluraliter ſingulariter efferret vt argenta pro argentum:ſcala pro ſcalæ:gladia pro gladios:& cætera talia:quorũ meminit Quintilianus. Tale vitium in ſoluta oratione dicitur barbariſmus:ideſt diſſonans:apud poetas vero vocatur metaplaſmus:ideſt transformatio.*

De Solœciſmo.

SOlœciſmus eſt vitium in contextu partium orationis contra regulam grammaticæ factum. Et dicitur *ſolœciſmus a Soloe ciuitate Ciliciæ condita a Solone vbi*

corrupte loquebantur habitantes. Verba enim non recta lege cõiuncta ſolœciſmum efficiunt vt vir bona pro bonus: inter vobis pro inter vos: aut ſi vnum ſalutantes dicamus ſaluete pro ſalue. Fit autem ſolœciſmus multis modis. Aut quum ponitur vna pars orationis pro altera vt toruum clamat pro torue. Aut propriũ pro appelllatiuo vt Æneas dardanus pro dardanius. Aut genus pro genere vt amaræ corticis pro amari. Aut caſus pro caſu vt vrbem quam ſtatuo veſtra eſt pro vrbs. Aut numerus pro numero vt pars ſecant pro ſecat. Aut ꝑſona pro perſona vt danai qui parent atridis ꝗ primum arma ſumite pro qui paretis. Aut tempus pro tempore vt fumat pro fumauit. Aut paſſiuum pro actiuo vt expoliãtur eos pro expoliãt. Aut modus pro modo vt itis paratis arma pro ite parate. Aut per comparationem vt ſancta dearũ pro ſanctiſſima. Aut per aduerbia vt itro ſum pro intus ſum. Aut per præpoſitiones vt ſub lucem pro ante lucẽ. Aut ſubtrahitur præpoſitio vel additur vt venio Italia pro ex Italia: & vado ad meſſanam pro meſſanam. Aut per cõiunctiones vt ſubiectiſq; vrere flãmis pro ſubiectiſue. Aut per ordinẽ vt armaq; virũ pro arma virũq;. Fit ẽt ſolœciſmus alijs modis quos reprehendẽdo potius ꝗ imitando poſſumus annotare. Solœciſmus dicitur in proſa: ſed in poemate appellatur ſchema: ſolœciſmus poteſt dici ĩparilitas vel error: ſchema vero dicitur figura ſeu ornatus. Decẽ vitia cõnumerãtur cũ barbariſmo et ſolœciſmo cõia.ſ. Acyrologia ꝗ eſt ĩpropria locutio ut At ſperate

deos.i.timete:& deriuatur a' cyros.i.impropria:& lo gia.i.locutio.Cacephaton.i.obſcena pronunciatio ut do rica caſtra:& dicitur a' cacon.i.malum:& phaton.i.di ctū.Pleonaſmos eſt additio ſupuacua ut loquor ore: & deriuatur a' pleonazo.i.ſupabundo.Periſſologia eſt ad ditio plurimarum dictionum ſuperuacanea ut qua pote rant ibant & qua non poterant non ibant:& deriuatur a' periſſos.i.ſuperflua: & logia.i. locutio Macrologia eſt longiloquium res non neceſſarias continens vt lega= ti non impetrata pace retro vnde venerant domum re= greſſi ſunt:& deriuatur a' macros.i. longus:& logia: ideſt ſermo ſiue locutio.Tautologia eſt eiuſdem dictio= nis repetitio vt egomet ipſe uenio:& dicitur a' tautos.i. eiuſdem & logia.i.locutio.Eclipſis eſt neceſſariç dictio nis defectus vt hæc ſecum:ſubauditur locuta eſt:& deri uatur ab eclipo.i.deſitio:eclipſis.i.defectus:eclypticos.i. defectiuus.Tapinoſis eſt alicuius magnæ rei extenuatio vt gurgite uaſto pro mari:& deriuatur a' tapinos.i.hu milis:tapinoſis.i.humiliatio:tapinoo.i.humilio.Cacoſyn teton.i. uitioſa dictionum compoſitio Vergilius nono: uerſaq́ iuuencum terga fatigamus haſta:nec tarda ſene ctus:& deriuatur a' cacon.i.malum & ſynteton.i.com poſitum quaſi mala compoſitio. Amphibologia eſt am= biguitas orationis ſeu dictionis:quæ fit aut per accuſati uum ut aio te æacida romanos uincere poſſe: aut per uerbum ut petrus criminatur:aut per participium ut ui= deo ſtatuam auream haſtam tenentem:nam dubium eſt

utrum ſtatuam auream:an haſtam auream:aut per homonyma ut ſiquis dicat aciem nõ addens oculorum uel militum uel gladij:& deriuatur ab amphi:ideſt undiq; & logia:ideſt ſermocinatio.

De Metaplaſmo.

Metaplaſmus eſt transformatio quædam recti: ſolitiq; ſermonis in alteram ſpeciem uel metri uel ornatus uel neceſſitatis cauſa: & deriuatur a' meta.i.trans: & plaſma.i.figmentum ſeu formatio. Huius *multæ ſunt ſpecies.ſ.* Prothe*ſis quæ eſt appoſitio in principio ut gnatus pro natus:& deriuatur a' pros:ideſt ad:& theſis.i. poſitio quaſi appoſitio.* Epenthe*ſis eſt appoſitio in medio ut mauors pro mars: & dicitur ab epi: &,en,quæ ambo ſignificãt inter:& theſis.i.poſitio quaſi interpoſitio.* Paragoge *eſt appoſitio ad finem ut dicier pro dici: & deriuatur a' parago.i.adduco quaſi deductio.* Aphęreſis *eſt ablatio de principio ut temno pro contemno:et dicitur a' phæro uerbo.i.abſcindo.Syncopa eſt conciſio de medio ut noram pro noueram:& deducitur a' ſin.i. con:& copto.i.incido quaſi conciſio. Apocope eſt amputatio de fine ut dic pro dice:& deriuatur ex,apo,prępoſitione græca quæ in compoſitione ſignat,ab,uel,re, & copto.i.ſcindo quaſi abſciſſio.Ectaſis ſiue diaſtole eſt extenſio ſyllabæ contra naturam ut exercet* Diana *choros:& dicitur ab ecteno: ideſt produco: inde ectaſis.i. productio:quia per eam breuis ſyllaba producitur:diaſtole dicitur a' diaſtello:ideſt diſtinguo ſeu dilato.Syſto*

le eſt correptio ſyllabæ longæ vt ſteteruntq; comæ:& dicitur ſyſtole a' ſiſtello.i.corripio ſeu contraho.Diæreſis eſt vnius ſyllabæ in duas facta diuiſio, vt aulai pro aulæ:& dicitur a' diæro:ideſt diuido. Synereſis eſt cõglutinatio duarum ſyllabarum in vnam vt æripedem quadriſyllabum pro aeripedem pentaſyllabum:ſic phæton biſyllabum pro phaeton triſyllabum:& dicitur ſynereſis a' ſynæreo:ideſt congrego:vel a' ſyn:ideſt coniunctio:& æreſis:ideſt diuiſio quaſi diuiſorum coniunctio. Synalœpha eſt colliſio quædam per interemptionem concurrentium inter ſe vocalium vt Atq; ea diuerſa:& dicitur a' ſynalipho:ideſt coniungo:inde ſynalæpha vel ſynalipha a' ſy n.i.con & alœphe: ideſt preſſio vel complexio:item epiſynalipha eſt conglutinatio duarum ſyllabarum in vnam ſyllabam ut Panthus pro Panthous ſicut ſynæreſis:nam epiſynapto eſt coapto vel coniungo.Ecthlipſis eſt conſonantium cum vocalibus aſpere concurrentium difficilis colliſio vt Multum ille & terris:& deriuatur ab ecthlibo:ideſt exprimo ſeu elitio vel excludo.Antitheſis eſt litteræ pro littera poſitio vt olli pro illi:impete pro impetu: & componitur ab anti: ideſt pro & theſis poſitio quaſi pro altero poſitio: item poteſt dici antiſtœchon ab anti:ideſt pro:& ſtœchion.i. littera vt magalia pro magaria:nam magar lingua punica ſignificat villam vt ait Seruius.Metatheſis eſt tranſpoſitio litterarum vt tymbre pro tymber, & dicitur a' meta:ideſt trans & theſis.i.poſitio quaſi tranſpoſitio.

De ſchematibus.

Schemata latine dicuntur figurę verborum & ſententiarum:proinde.Aliæ ſunt figuræ lexeos.i.dictionis ſeu verborum vel ſermonis.Aliæ ſunt figurę dianœas.i.ſententię et mentis:nam dianœo eſt delibero ſeu cogito: ſicut lexis græce eſt dictio.inde lexicon:ideſt dictionarium ſeuvocabularium.Harum ſpecies ſunt multę.ſ.Prolepſis quædam præſumptio vbi ea quæ ſequi debent anteponuntur vt Verg.xij.*Interea reges, & reliqua,vſq; procendunt caſtris:nam in hoc exemplo multa præcedunt per parentheſim quæ debebant ſubſequi poſt illud ſcilicet procedunt caſtris:item per prolepſim:ipſum totũ in nominatiuo & verbo pluralibus præcedit partes vt diſcipuli legunt hic* Ciceronem *ille* Fabium, *atſi verbũ eſt ſingulare præponemus genitiuum pluralemvt diſcipulorum hic legit* Ciceronem *ille* Fabium: *& deriuatur prolepſis a' pro:ideſt ante:& lepſis: ideſt ſumptio ſeu acceptio ſeu anticipatio:hinc prolepſis:ideſt præſumptio.* Zeugma *eſt coniunctio vnius verbi ad diuerſas clauſulas:& fit tripliciter.nã præpoſito verbo dicitur.* Proto*zeugma vt lego ego & tu:ſed verbo in medio poſito dicitur meſozeugma ut ego lego & tu, poſtpoſito vero verbo dicitur hyſterozeugma vt ego & tu lego:et dicitur zeugma:ideſt adiunctio & deriuatur a' verbo zeugnyo qđ eſt iũgo,proto.i.primo meſo.i.medio,hyſtero,i.poſt.*Hypo*zeuſis eſt cõtraria ſuperiori vbi diuerſa verba ſingulis clauſulis redduntur vt regem adijt:regi*

*memorat nomenq́ genuſq́:& dicitur ab hypo.i.ſub: & zeuſis.i.iugatio ſeu coniunctio.Syllepſis eſt diuerſarum clauſularum per unum uerbum conglutinata conceptio ut ſunt nobis mitia poma:caſtaneæ molles & preſſi copia lactis:& fit per uerbum plurale:fit etiam per ſingulare ut hic illius arma hic currus fuit.*Dicit Donatus *ꝙ hoc ſchema late patet:proinde aliqui dicunt ſyllepſim etiam fieri,quum pro multis ponitur unus ut hoſtis habet muros pro hoſtes:aut multi pro uno ut uos o calliope precor aſpirate canenti:nam rectum fuiſſet uos o muſæ & tu calliope:de ſpeciebus ſyllepſis dictum eſt in figuris cõſtructionis:& deriuatur ſyllepſis ex ſyn.i.con, & lepſis.i.acceptio ſeu comprehenſio:nã ſyllego eſt colligo.*Anadiploſis *eſt geminatio eiuſdem dictionis in fine præcedentis uerſus:& in principio ſequentis ut ſit tityrus orpheus.*Orpheus *in ſiluis:& dicitur ab,ana,præpoſitione græca.i.re,& diploſis.i.duplicatio quaſi reduplicatio.*Anaphora *eſt eiuſdem dictionis relatio per principia plurium uerſuum ut,nate meæ uires:mea magna potentia ſolus.*Nate *patris ſummi qui tela typhoea temnis:& deriuatur ab,ana.i.re,& phora.i.latio quaſi relatio,anaphoricos.i.relatiuus.*Enapalepſis *eſt unius dictionis in principio & in fine eiuſdem uerſus repetitio: ut multa ſuper priamo rogitans ſuper hectore multa:& dicitur ab epanalambano.i.repeto.*Epizeuxis *eſt eiuſdẽ dictionis in eodem uerſu immediata repetitio ut ſic:ſic iuuat ire ſub umbras:& dicitur ab epi:ideſt ſupra:&*

Zeuxis: ideſt combinatio. Paronomaſia eſt quoties aliud nomen efficitur ex alio ut inceptio eſt amentium haud amantium:& interpretatur paronomaſia quaſi de nominatio. Schesiſonomaton eſt multitudo nominum con iunctorum ut nubila nix grando torrentes fulmina uen ti ſic epitheta coniuncta: ut Marſa manus: peligna co= hors feſtina uirum uis:& dicitur a' ſchesi: ideſt habitus ſeu habitudo: & onomaton.i. nominũ. Pronomœon eſt quum ab eiſdem litteris diuerſæ dictiones incipiunt ut otite tute tati tibi tanta tyranne tuliſti:& interpretatur paromœon:ideſt ſimile. Homoteleuton eſt quum ſimili modo plurimæ dictiones deſinunt ut apud Ennium eos reduci q̃ relinqui temni q̃ deſeri malui:a' Cicerone di= citur ſimiliter deſinens:nam eſt oratio ſimilis uerbis aut uocibus terminata:& deriuatur ab homos:ideſt ſimili= ter:& teleuton:ideſt finitum:nam teleute eſt finis ſicut telos:Homoptoton eſt quum plurimæ dictiones ſimili ca ſu deſinunt ut mœrentes flentes lachrymantes:& deriua tur ab homos:ideſt ſimiliter:& ptoſis:ideſt caſus. Poly= ptoton eſt multitudo caſuum uarietate diſtincta ut litto ra littoribus contraria fluctibus undas:nam polys,ideſt multus:& ptoſis:ideſt caſus. Hyrmos eſt dictionum ſe= ries tenorem uſq; ad ultimum ſeruans ut Principio cœ= lum ac terras:uſq; ad ſpiritus intus alit ubi Seruius ait: Syrmios eſt longiſſimum hyperbaton:ideſt tranſgreſſio: & dicitur hyrmos quaſi ſyrmos:ideſt tactus, ſyro:ideſt traho. Polyſyntheton eſt oratio multis nexa coniunctio=

nibus vt athamaſq; thoaſq; pelideſq; : & dicitur a poly quod eſt multũ et ſyntheton.i.cõpoſitum vel ſyndeton.i. coniunctum:nam ſyndeſmos eſt coniunctio.Dialyton ſiue aſyndeton eſt oratio carens cõiunctiõibus vt ferte citi flãmas date tela impellite muros. nam dialyton.i.diſſolutum a dialyo.i.diſſoluo:aſyndeton.i.diſiunctum:hęc etiã brachylogia dicitur vt veni vidi vici:et deriuatur a brachy.i.breuis:et logia locutio:Antitheton eſt ubi cõtraria cõtrarijs opponuntur vt frigida pugnabant cali dis:humentia ſiccis:& dicitur antitheton.i.contrapoſitũ Hypallage eſt quoties aliqd per contrariũ dicimus vt nec dũ illis labra admoui pro illa labris: & cõponitur ex hypo.i.ſub:et alage.i.mutatio.Climax eſt ſubſcripta gradatio vt Torua leæna lupum ſequitur:lupus ipſe capellam:& dicitur climax latine ſcala ſeu gradatio.

De Tropis.

TRopus *eſt trãſlatio a propria ſignificatione ad impropriam ſimilitudinem:ornatus neceſſitatiſue cauſa nam tropus dicitur cõuerſio:quia a propria ſignificatione conuertitur in aliam.Huius multæ ſunt ſpecies.ſ. Metaphora quæ eſt rerum & verborum tranſlatio : & fit quatuor modis.ſ.ab animali ad animale ut typhin aurigam celeres fecere carinæ:nã auriga & gubernator qualis fuit typhis animam habent:ab inanimali ad inanimale vt pelagus tenuere rates nã nec rates nec pelagus habent animã : ab inanimali ad animale vt florida iuuentus:vbi miſcuit flores inanimales iuuentuti quę ha-*

bet animam:ab animali ad inanimale vt ſi tantum pe-ctore robur concipis:nam robur anima caret. Aut *ab eo quod præcedit:id quod ſequitur:vt ſpem vultu ſimulat: ideſt læticiam quæ prouenit ex ſpe.* Aut *ab eo quod ſe-quitur id quod præcedit vt meritæq; expectant præ-mia palmæ.i.virtutis quam palma:ideſt victoria ſequi-tur.* Aliqua *metaphora conuertitur vt altum mare cœ-lumq; profundum:nam poſſumus conuertere altum cœ-lũ mareq; profundũ.* Aliqua *eſt vnius partis:vt fluctua re ſegetes:nõ enim poſſumus cõuertere ſegetare fluctus: & dicitur metaphora a' meta.i.trans: & phora.i.latio quaſi tranſlatio.* Catachreſis *eſt vſurpatio nominis alie-ni vt parricida poteſt accipi pro eo qui matrem aut fra-trem aut conſanguineum aut quemcunq; hominem occi dit:quum proprie ſit interfector patris:& deriuatur a' cata i.contra,& chreſis.i.vſus quaſi abuſio:catachreſti cos.i.abuſiue :* Metalepſis *eſt locutio pergens gradatim ad id quod oſtendit ut* Poſt *aliquot mea regna videns mirabor ariſtas : & dicitur a' meta.i.trans & lepſis.i. ſumptio ſeu acceptio quaſi trãſumptiua:& ſic etiã quum aliqua dictio a' propria ſignificatione in aliud trãſfer-tur vt ariſtas pro annis.* Metonymia *eſt trãſmutatio quæ dã vbi ponitur cõtinens pro cõtento vt pateras libate io ui.i.vina: aut cõtentũ pro cõtinẽte vt vina coronãt.i.pa teras:aut inuentor pro inuentovt multo* Baccho.*i.vino: aut inuentum pro inuentore vt vinumq; precemur.i.bac chum aut efficiẽs pro effectu vt pallida mors:eo q; palli*

doſ efficiat: & dicitur metonymia a' meta.i.trans: et nymia: ideſt nominatio. Antonomaſia *eſt poſitio nominis appellatiui pro proprio ut poeta pro* Vergilio: *& dicitur ab anti: ideſt pro: & nomaſia: ideſt nomen quaſi uice nominis poſitio.* Epitheton *eſt appoſitio dictionis cũ nomine proprio: aut laudandi cauſa ut pius æneas aut uituperandi ut ſcelerumq; inuentor* Vlyſſes *: aut indicãdi ut lariſſæus* Achilles *: & interpretatur appoſitum ſiue adiectiuũ.* Synecdoche *eſt ſignificatio pleni intellectus quum a' parte totum uel a' toto partem notamus ut ſupra diximus: & interpretatur conceptio ſeu comprehenſio.* Onomatopœia *eſt nomen de ſono factum ut balatus ouium: ſonitus tubæ ſeu bucinæ dicitur taratantara: ſic* Ennius *At tuba terribili ſonitu taratantara dixit: nã onoma eſt nomen : & pœia ideſt fictio quaſi nominis fictio.* Periphraſis *eſt circumlocutio ut ouium teneros depellere fœtus: ideſt agnos: & dicitur a' peri: ideſt circũ: & phraſis: ideſt locutio quaſi circumlocutio.* Hyperbaton *eſt tranſgreſſio quædam uerborum ordinem turbans: & dicitur ab hyper: ideſt ſuper, baton: ideſt greſſio: quaſi ſupergreſſio ſeu tranſgreſſio : nam hyperbaſis dicitur tranſgreſſio: hyperbeno: ideſt tranſgredior.* Huius *autem ſpecies ſunt quinq;* . Prima *eſt* Hyſterologia *ſiue hyſteronproteron ubi eſt ordo ſententiæ cum uerbis mutatus ut diſcere & audire non uis: & dicitur ab hyſteron: ideſt poſterus: & logia ſermo: & proteron.i. prius.* Secunda *eſt* Anaſtrophe *quæ eſt uerborum tan-*

*tum ordo præpoſterus ut Italiam contra:& interpreta tur inuerſio:ſeu reuerſio.*Tertia *eſt* Parentheſis *quæ eſt interpoſita oratio diuerſæ ſententiæ ut uia prima ſalu= tis(quod minime reris) graia pandetur ab urbe:& de= riuatur a' para & en quæ duo ſignificant inter:& the ſis:ideſt poſitio quaſi iterpoſitio.Quarta eſt tmeſis quę eſt diuiſio unius dictionis in duas ut ſeptẽ ſubiecta trio= ni:& debet ſcribi tmeſis & nõ temeſis:nam tmeſis:ideſt ſectio ſeu diuiſio:& deriuatur a' temno græco uerbo.i. incido ſeu ſeco:& dicitur aliter diacope : ideſt interci= ſio:ſic etiam parentheſis aliter dicitur dialyſis:ideſt diſ ſolutio.Quinta eſt Syncheſis & eſt obſecurum hyperba ton ut iuuenes fortiſſima pectora fruſtra ſuccurritis & reliqua:& dicitur a' ſyn:ideſt con:& cheſis : ideſt fuſio quaſi confuſio.*Hyperbole *eſt dictio fidem excedens quę uel cauſa augendi ut niue candidior uel cauſa minuẽdi ut tardior teſtudine:& componitur ab hyper : ideſt ſu= per:& bole:ideſt iactus quaſi ſuperiectio:ſeu ſuplatio.*

Allegoria eſt tropus quo aliud ſignificatur et aliud dicitur : ut iam tempus equum fumantia ſoluere colla: ideſt carmen finire:interpretatur inuerſio:& deriuatur ab allos.i.aliud:& agoreuo:ideſt dico: quia aliud di= cimus:& aliud intelligimus. Huius *ſpecies multæ ſunt* .ſ. *Ironia quæ per contrarium conatur oſtendere quod dicit,ut.*Egregiam *uero laudem:& interpretatur diſſi mulatio.*Antiphraſis *eſt unius uerbi ironia ut parcæ qa nulli parcunt:componitur ex anti,ideſt contra & phra=*

ſis:ideſt locutio: Ænigma eſt obſcura ſententia per occultam ſimilitudinem rerum vt quæ me genuit mater mox: gignitur ex me: ſignificat enim aquam in niuem conuerti: & ex eadem rurſus defluere: & dicitur ab ænictome verbo græco deponenti: ideſt obſcure loquor: Charientiſmos eſt tropus quo dura dictu gratius proferuntur ut quum interrogamus num aliquis nos quæſierit, reſpondetur, angelus bonus, ob id intelligimus neminem nos quæſiuiſſe: & dicitur a' charientizomæ: ideſt gratificor: Paræmia eſt rebus ac temporibus accomodatum prouerbium vt lupus eſt in fabula: & interpretatur prouerbium: hinc parœmiacos: ideſt prouerbialis. Sarcaſmos eſt plena odio atq; hoſtilis deriſio vt referes ergo hæc & nuncius ibis pelidæ genitori illi mea triſtia facta: & dicitur a' ſarcoo: ideſt incarno. Aſteiſmos eſt vrbanitas ſine iracundia vt qui bauium non odit: amet tua carmina meui, & deriuatur ab aſteizo: ideſt iocor: Homeſis eſt ignotæ rei per ſimilitudinem eius quæ magis nota eſt demoſtratio: & interpretatur ſimilitudo: huius ſunt tres ſpecies, ſcilicet, Icon quæ eſt perſonarum interſe: vel eorum quæ perſonis accidunt comparatio vt os humeroſq; deo ſimilis: & interpretatur imago ſeu effigies. Parabola eſt rerum diſſimilium comparatio: vt qualis mugitus fugit quum ſautius aram taurus: & dicitur a' para: ideſt iuxta ſeu contra ſeu præter: & bole: ideſt ſententia ſeu conſilium. Paradigma eſt exempli hortantis vel dehortantis enarratio: hortando ſic Antenor potuit,

medijs elapſus achiuis:dehortando vt At non ſic phry-
gius penetrat lacedæmona paſtor: & dicitur a' para-
dicnyo verbo græco : ideſt exemplifico : Endiadys eſt
quum reſoluitur ſubſtantiuum in adiectiuum vt littore
& herba.i.littore herboſo:& dicitur ab hen.i.vnum:et
dia.i.per:& dyo.i.duo:quando vnum dicitur per duo:
& græce ſcribitur aſpirate vere quia hen.i.vnum aſpi-
ratur:Emphaſis eſt altior ſenſus q̄ verba demonſtrant
vt arbuta ſacræ deficerent ſiluæ.q.d.ſi ſacræ ſiluæ de-
fecerant : quid de non ſacris dicendum eſt : & ponitur
etiam per eá fixum pro mobili vt ſcelus pro ſceleratus:
& deriuatur ab empheno.i.demonſtro.Proſopopœia eſt
quum ſermo rebus mutis tribuitur ut quum terra induci
tur loqui:& cōponitur a' proſopo.i.ꝑſona: & pieo.i.fin
go vel facio. Antipophora eſt quum tacitæ occurrimus
obiectioni : vt Omnia nāq; tuo ſenior te quærere miſſo
retulerat nato:& dicitur ab anti.i.contra & hypophe
ro.i.ſubduco quaſi cōtraria ſubductio : Apoſiopeſis eſt
quū per irā vel dolorē ſilemus partē orationis vt quos
ego.ſ.puniā:& deriuatur ex apo.i.re: & ſiopo.i.taceo
quaſi reticentia.Anologia eſt regula qua rectæ ſcriptu
ræ rō ſeruatur ꝑ rōnē proportionis vt prohibeo aſpira
tur qa ſic eſt hēo:& īterpretatur proportio. Characte
riſmos ē quū aliquē ꝑ eius accidētia deſignamus vt Ne
roni caluo pro domitiano:et dicit' a' charpto.i. deſigno
Euphōia ē bonus ſonus ut titydes pro tydides:et deriua
tur ab:eu.i.bōa:et phōia.i.ſonoritas:liptote ē quū mīus

*dicimus & plus ſignificamus:ut munera nec ſperno.i.ue hementer cupio: & dicitur a' lipo.i.deſitio ſeu linquo unde liptote ideſt defectiua.*Apoſtrophe *eſt quum ſermo dirigitur abſenti ut te nunc alloquor* Africane Scipio: *& poteſt dici auerſio:ab apoſtropho.i.auerto.*Catalo*gus eſt ſermo qui ordinem rerum & numerum oſtendit ut tres ſumus imbelles numero:& dicitur a' cata.i. undiq; & logos.i.ſermo.*Eulogium *eſt alicuius rei teſtificatio ut* Catonis *ſapientis eulogium eſt quo ait litterarum radices amaras eſſe:fructus uero dulciores fore:& deriuatur ab eulogeo.i.benedico.*Energia *eſt rerum geſtarum:aut quaſi geſtarum ſub oculis inductio.* Ac ueluti *in ſomnis oculos ubi languida preſſit nocte qes ut apud* Vergilium *lib.xij.et interpretatur:energia quaſi intrinſeca operatio.*Genealogia *eſt alicuius generationis deſcriptio ut hunc* Fauno *et nympha genitum laurente marica accipimus:& transfertur quaſi generationis ſermo habet penultimam longam.*Genethliacon *eſt natalis deſcriptio:& transfertur natalitius.*Monomachia *eſt duorum ſingulare certamen:& deriuatur a' monos.i.unus: et machia.i.pugna quaſi pugnans cum uno.*Naumachia *eſt belli naualis deſcriptio:& dicitur a' nau.i.nauis:& machia.i. pugna.* Coſmographia *penultima producta eſt mundi deſcriptio:& dicitur a' coſmos.i.mundus: & graphia:ideſt ſcriptura.* Geographia *eſt terræ deſcriptio a geos.i.terra.*Chronographia *eſt deſcriptio temporis:ut tempus erat quo prima quies mortalibus ægris*

incipit

incipit:& dicitur a' chronos.i.tempus:& graphia ſcriptura. Topographia eſt vera loci deſcriptio : vt. Eſt in cõſpectu tenedos:& dicitur a' topos:ideſt locus:& graphia ſcriptura. Topotheſia eſt ficta loci deſcriptio:vt Eſt in ſeceſſu longo locus:& dicitur a' topos.i.locus:et theſis poſitio. Stratagema eſt exemplum : militare uafrum ſtudioſe imitandum : & deriuatur a' ſtratos.i.exercitus & gemo.i.ago. Paradiaſtole eſt quum aſtutum vocamus ſapientem:& deriuatur a' para.i.iuxta:& diaſtole.i.dilatatio. Epicedium eſt carmen cadaueri nondum ſepulto cantatum:& deriuatur ab echideuo.i.curo funus ſiue iuſta facio. Epitaphium eſt carmen cadaueri ſepulto inditum:& dicitur ab epi.i.ſuper:et taphos.i.ſepulchrũ Epithalamium eſt hymnus in nuptijs decantatus: & deriuatur ab epi.i.ſupra:& thalamus.i.lectus nuptialis ſiue aula. Idiophaſis eſt propria dictio alicuius vt diligo me:& deriuatur a' idios.i.propria:& phaſis.i.fama Allophilis eſt alterius dictio vt ille diligit me:& interpretatur alienigena:nam allo eſt aliud:& phylon.i. genus ſeu natio ſeu gens. Erotema eſt alicuius interrogatio vt quid melius virtute. et deriuatur ab erotao.i.interrogo. Ephexegeſis eſt alicuius rei interpretatio: vt tolle fuga turnum:atq; inſtantibus eripe fatis:& deriuatur ab epi: ideſt ſupra & exegeſis.i.expoſitio. Alleotheta eſt quæ confudit numerum:vt pars in fruſtra ſecant:& genus ut dulce ſatis humor:& caſum vt tu mihi quodcunq; hoc regni:& deriuatur ab allos.i.aliter : & theta.i.poſita.

Hyphen eſt quæ plures uoces ſub uno accentu compre-hendit ut quandoquidem:& dicitur ab hypo.i.ſub: & en.i.unum. Epanodos eſt alicuius regreſſio ut Petrus eſt par uobis:non par mihi: & dicitur ab epi & ana quæ duo ſimul ſignificant iterum ſiue retro: & hodos.i.uia: quaſi indicet retro uiam.i.regreſſionem ut epiſcopatus bonus eſt:non autem bonus illi qui in tyrannum mutatus eſt. Catatypoſis eſt alicuius formæ deſcriptio ut omnia Mercurio ſimilis:uocemq; coloremq;: & dicitur a cata:ideſt ſecundum:& typos:ideſt figura quaſi ſecundum ſeu iuxta figuram. Catexoche eſt quum aliquid ꝑ excellentiam denominatur ut uictum dodona negaret: & dicitur a cata:ideſt per:& exoche: ideſt excellentia:exochos.i.excellens ſeu egregius. Epimone eſt alicuius relata ſententia ut incipe menalios mecum mea tybia uerſus:nam per hanc repetuntur uerſus intercalares:ſed per epizeuſim fit repetitio immediata eiuſdem dictionis cum impetu pronunciationis:ut Me me adſum qui feci in me conuertite ferrum:& dicitur epimone.i. perſeuerantia ſeu aſſiduitas:& corripit penultimam.

De ordine naturali partium orationis.

PArtes orationis naturaliter ſic diriguntur: ſcilicet nomen,pronomen,uerbum,participium,aduerbium, præpoſitio,coniunctio, & interiectio. Ex his duæ ſunt principales:ſcilicet nomen & uerbum:ex quibus perfecta oratio conſtat: in uerbo autem eſt uis ſermonis po-

ſita:& habet locum formæ: in nomine uero ineſt materia:at forma eſt quę dat eſſe rei et eam conſeruat in eſſe: materia uero eſt ex qua cum aliquo fit aliquid:nam ex materia adueniente forma fit totum compoſitum:exempli gratia: ex materia carnis conceptæ in utero matris adueniente forma hoc eſt anima fit unum compoſitum: ſcilicet homo. Ex nomine ergo tanquam materia & ex uerbo tanquam forma fit perfecta oratio: forma tamen eſt dignior materia:iccirco uerbum eſt dignius nomine licet in ordine ſit poſterius: nam ſemper nomen præcedit uerbum:ſicut materia præcedit formam. Proinde ſolum uerbum ante ſe regit caſum ut aſſerit Priſcianus dicens. Ante uerbum quoq; neceſſario ponitur nomē: quia agere:& pati proprium eſt ſubſtantiæ hoc eſt nominis: ſed agere & pati eſt ſignificatum ipſius uerbi:nam omne uerbum ſignificat agere uel pati: ergo ſi agere & pati eſt proprium nominis: igitur uerbum eſt poſterius nomine: quia omne proprium eſt poſterius eo cuius eſt proprium: exempli cauſa: proprium hominis eſt ridere: igitur riſus eſt poſterior homine: quia antequam rideat iam eſt homo: & actus nominis ſemper eſt ſignificatum ipſius uerbi. Ex prædictis patere arbitror uerbum eſſe poſterius nomine ſeu pronomine quod uice nominis fungitur: quāuis uerbum ſit nomine dignius: & ex his perfectam confici orationem. Quarto loco ponitur participium quod ex uerbo naſcitur & declinatur ut nomen. Quinto eſt aduerbiū quod uerbo

ſeu participio adhæret: ſæpiuſq; formatur a' nomine. Sexto loco eſt præpoſitio cognitis partibus quibus præponitur frequentiuſq; nomini præpoſita. Septimo eſt cõiunctio quæ cæteras partes coniungit. Poſtremo eſt interiectio quæ alijs eſt imperfectior & poſterius inuenta: & talem ordinem naturalem aſſerit Seruius.

De conſtructione.

Conſtructio eſt debita diſpoſitio partium orationis in ipſa oratione. Requiruntur præcipue in oratione tria: ſcilicet verbum principale, ſuppoſitum, & appoſitum. Suppoſitum dicitur quaſi ante poſitum: & eſt caſus quem verbum ante ſe regit. Appoſitum vero dicitur caſus poſterior. Verbum principale dicitur illud quod non impeditur ab aliquo. Impediunt autem ipſum dictiones relatiuæ vt qui, qualis, et ſimiles: vel coniunctiones vt ſi, quum, q̃q̃, q̃uis, niſi, quia, & ſimiles, vel aduerbia: ut quando quoties, ſicut, veluti, poſtq̃, dum, donec, & ſimilia, quæ verbum immediate ſequens impedire ſolent. Conſtructio eſt duplex. ſ. propria, & accidentalis: propria conſtructio cuiuſq; verbi eſt agens & patiens. Accidentalis vero conſtructio eſt omnis alia: et propria autem conſtructio & præponenda accidentali. Vbi erit vocatiuus eum primo capiemus: deinde ſuppoſitum: poſtea ipſum verbum: inde appoſitum hoc eſt caſum qui regitur a' parte poſteriori: demum iuditio noſtro accidentalem conſtructionem ordinabimus: vt in hoc exemplo. Emi tibi petre his diebus ſupioribus multos libros

pecuñia mea:ordo eſt:o petre ego emi multos libros tibi pecunia mea his ſuperioribus diebus. Sin erunt plures dictiones impedientes plura verba ſingulæ ſingulis verbis applicentur:& quę propinquior eſt:propinquius verbum impediet:& quæ remotior remotius:ut in hoc exemplo. Virtus quæ quoniam quanto maior eſt in homine tanto maiores parit vtilitates:omnibus rebus præponenda eſſet:a' nullis præterq̃. a' bonis perfecte amatur:hic primum verbum.ſ.eſt impeditur a' quanto:ſecundum.ſ.parit impeditur a' quoniam:tertium.ſ.eſſet impeditur a'. quæ quartum ergo.ſ.amatur:erit principale:et talis erit ordo. Virtus quæ eſſet præponenda omnibus rebus:quoniam ipſa parit tanto maiores vtilitates:quanto ipſa maior eſt in homine: a' nullis perfecte amatur præterq̃ a' bonis. Interdum tamen neceſſitate ducti videlicet vt ſententia eſſet clarior permutamus quemcunq; ordinem:incipientes non a' ſuppoſito:ſed ab ipſo verbo:& a' cæteris.

De *conſtructione genitiui,datiui,& ablatiui.*

OMnes caſus in quibus poſſeſſor ſeu poſſeſſio ſignificatur in genitiuo ponuntur vt ſeruus domini:& dominus ſerui:ſic etiam dicitur. Vir *egregiæ laudis: magnæ crudelitatis:nigri coloris.* Amator *ſeu amatrix virtutis:ſic expers,peritus.neſcius ignarus , dubius, diues, copioſus,capax,opulentus. plenus,pauper , inops , egenus,vacuus,auarus,cupidus,ambitioſus , ſtudioſus, fur, rapax,prædo,parcus,ſecurus,tenax,criminator, dána-*

tus,conuictus huius rei.Sic princeps populi,item frater, diſcipulus,amicus ſotius illius,inſtar montis, ſimilis tibi in forma:ſimilis tui in moribus. Et nota ꝙ omnis geniti uus accipitur tripliciter.ſ.aut poſſeſſiue: ut uinea Petri: aut actiue ut prouidētia Dei:quia ipſe prouidet:aut paſ ſiue vt timor Dei quia ipſe timetur in quibuſdā tamen eſt duplex ſenſus vt charitas Dei vel quam ipſe habet er go nos vel nos erga eū. Datiuo iunguntur quædam ex prædictis ut ſocius amicus tibi:dominus huic populo ſic utilis,dānoſus,idoneus,facilis,difficilis,infelix, pro= ſper,dexter,ſiniſter,fidus,amabilis illi, patronus, prin= ceps,cliens,affinis,par,impar,& cætera talia. Ablati uo iunguntur hæc.ſ.validus viribus:feſſus labore:acu= tus oculis.i.pro oculos:ſic dignus,indignus,ornatus,pręditus,contentus,imbutus,piger pedibus:tardus ingenio & ſimilia. Quædā etiam aduerbia habent caſum vt pridie illius diei.i.priori die:poſtridie illius diei.i.poſte riori die:quæ cum accuſatiuo fiunt præpoſitiones vt pri die calēdas:ſic ſatis virium:parū vini.En probitas:en ha bitū:ecce deus:hei ueh tibi:heu me:pro fidē,heus, uah, ah,ohe uocatiuo iunguntur.O tribus caſibus adhæret.ſ. noīatiuo ut o nox illa calendarū decēbriū: & uocatiuo ut o petre:& accuſatiuo ut o curas hoīum:age lege:agi te legite:agedū adhęret ſingulari et plurali īdifferēter.

De differentijs uerborum per ſingulas ſpecies.

Amo proprie eſt in bono.Peramo eſt perfecte ſeu vſ ꝗ ad finem amo:adamo eſt amatorie:rarius in bo

no.Redamo.i.iterum amo. Hamare autem cum aſpira-tione deſcendit ab hamo piſcatoris:& ſignificat decipere ſeu curuare:inde hamatus.i.curuatus ſeu hamis irretitus:ſignificat etiam obligare:hamiotæ dicebantur piſcatores.Accolo,is.i.prope colo:excolo.i.exorno : recolo: ideſt memoria repeto.Suggero,is..ſubminiſtro:digero, ideſt ordino ſeu diſpono congero.i.congrego ſeu nidifico:exaggero,as.i.coaceruo.Legere eſt oculis percurrere:ſignificat etiam eligere,nauigare,colligere, uel furari: vnde ſacrilegi.i.qui ſacra furantur : negligo.i.nihil lego ſeu ſperno:diligo.i.amo non ſine quadam ratione ſeu electione:nam quę amamus eligere videmur:colligo ideſt congrego:deligo.i.eligo:legare eſt mãdare & decernere ſeu in teſtamento relinquere:eius cõpoſita habẽt penultimam longã ut allego.i.adduco vt allegaui multos textus:delegare eſt cõmittere:relegare eſt exulem facere.Sed ligo,as,habet primam breuem:& deriuatur a lino quaſi lino ago eo ꝙ omnia lino ligari poſſunt hinc obligo.i.deuintio:religo.i.iterum ligo ſeu retro ligo.i. ſoluo:inde aligo colligo quæ habent penultimã breuẽ.

Cupio eſt in verbis proprie & de re præſenti:deſidero autem de re abſentiarbor deſiderat aquam.i. poſcit: uix tolero deſiderium amici:ideſt mortem:multi ex hoc numero deſiderantur:ideſt deficiunt ſeu mortui ſunt ſeu interempti ſunt.Et cum dico deſidero ſapientiam tuam: innuo ꝙ inſanis:at cum dico deſidero ſcientiam tuam:ſignifico te eſſe ignarum:ſic etiam deſidero prudentiam

tuam in malum ſonat.ſ.quam non oſtendiſti:ſed non de ſidero prudentiam in bonum:quia fuit tibi præſens. Puto te doctũ tu putaris a me doctus ſubintelligitur eſſe: & eſt verbum actiuum. Ablego:as.i.longe mitto. Supero te.i.vinco:ſignificat etiam reſtare:& ſuperuiuere:ſuperaui colles.i.tranſcendi,ſupero domum.i.aſcẽdo. Appello as.i.nomino ſeu prouoco:& dicitur appello Cæſarem:& prouoco ad Cæſarem:appello debitorem.i.in iudicium voco:compello.i.alloquor. Pello,is.i. abigo: repello.i.reijtio:impello.i.vrgeo:propello.i.procul pello,appello,is.i.applico:& proprie & ex pelago ad littus:ſed apello per ſimplex,p.i.amoueo vt apulſus ab urbe:compello,is.i.vrgeo vel congrego, propulſo,as,eſt frequentatiuum.Defendo is.i.tueor:ſolſtitium pecori defendite.i.depellite & arcete:defendo prata.i.munio & ſepio.Suffitio.i.ſubſtituo & ſubrogo:& habet paſſiuum ut ſum ſuffectus illi:unde conſules ſuffectos.i.ſubſtitutos. Cõuinco eſt certa ratione vinco.Recipio.i.libero vt me in periculo recepiſti:frugeſq; receptas.i.liberatas ab vndis:item recepit ad ſe.i.ſuſcepit ſeu retraxit : recipio tibi.i.promitto:hinc hiſtorici dicunt receptui canere quũ milites tuba e prelio reuocantur.Rumpo.i.frango:rũpere ſilentium ſeu vocem eſt loqui:criſtati ruperunt ſilẽtia galli.i.cantauerunt:rumpere patientiam eſt non tolerare & indignanter ferre:ille rumpitur inuidia: ideſt diſſecatur & ſuburitur:ineſcare eſt eſca decipere. Maritare & dotare dicimus:hic Suetonius filiam habuit quã

honeſtiſſime maritauit dotauit & inſtruxit: item arbo-res dicuntur maritari vbi ſociantur vitibus. Refello *is.i.arguendo falſum oſtendo quod dictum eſt.* Aduo-*co.i.in ſubſidium* voco:*auoco.i.remoueo:prouoco:ideſt laceſſo & incito.*Opto,*as:ideſt ore peto uel animo de-ſidero ſeu eligo:exopto:ideſt uehementer cupio:ſed cu-pimus quæ in ſpe ſunt:optamus uere quæ nõ ſperamus.*

Inchoo,*as,deriuatur a' chao rerum omnium initio & ſignificat incipere ſeu perficere:item dicitur liber in choat* Quintilianus Proximus liber *inchoabit: nec di-citur inchoo legere:quia non ſolet cum infinitiuo poni: ſed incipio legere cũ infinitiuo poſito uel ſubintellecto ut incipio librum ſubaudi legere ſeu ſcribere.* Dicimus *itaq; inchoo librum et liber inchoat ſeu inchoatur:ſic in cipio librum & liber incipit ſeu incipitur:hinc* Galeoti & Merulæ *queſtio exorta fuit. Alij uolunt eſſe neutra: quia non dicimus inchoor nec incipior hodie.*Teneo,*es, ideſt habeo ſeu intelligo:contineo me ab hac re:retineo te:ideſt remoror,ſuſtineo : ideſt rurſum teneo : inde ſu-ſtento,as,ideſt frequenter ſuſtineo.* Timeo *proprie eſt de præſenti:metuo eſt de futuro,formido diu , laſſo,as, ideſt fatigo:laxo:ideſt lentum fatio unde relaxare ani-mum dicimus.* Faſtidio,*is,eſt cum faſtu ſperno : fa-ſtidio uitia dicimus:ſed non conuerſo:at de hominibus dicimus ego te faſtidio : tu me faſtidis.* Canere *eſt voce modulari ſeu laudare uel diuinare:accino:ideſt ad ali quid cano:recino:ideſt rurſus cano,intercino:ideſt iter*

aliquid agendum cano:occino.i.contra cano: ſuccino.i. ſumiſſa uoce cano:concino.i.ſimul cano, concinno,as.i. apte compono & conuenire facio. Torqueo,es,*eſt infle- ctere & quaſi in gyrum rotare:ſeu torquendo immitte- re:uel ſuſtinere:abſtorqueo.i.torquendo aufero: extor- queo.i.tormentis veritatem elitio.* Augeo,es.i.augmen- *to: inde auctor & auctrix & auctio quæ eſt venditio publica quę fit augendo pretium:auctionari eſt publice uẽdere:ſed hic & hæc author eſt qui facit aliquod opus & uenit a' græco uerbo* Autorare *eſt obligare ſeu ad militiam eligere & quaſi aſcribere : unde autoramentũ eſt illa obligatio ſiue illa aſcriptio: unde miles autora- tus: contrarium eſt exautorare.* Effero *eſt extra fero uel profero uel ſepelio:defero.i.deorſum fero uel occul te accuſo, hinc delatores dicuntur clandeſtini accuſato- res,litteræ delatæ.i.apportatæ, differo.i.prorogo tem- pus ſeu diuulgo:ſeu diſto:ego moleſte fero uitia & non ecõuerſo.* Cogo,is.i.urgeo *ſeu congrego:excogito.i.co- gitando inuenio:indago,as.i.inquiro, coagulo,as.i.den ſo ſiue denſeo lac proprie:hoc coagulũ dicitur ea pars uiſcerum qua vtimur ad denſandum:lædo,is.i.offendo: inde allido, illido,elido, offendo.i.lædo uel inuenio:* Vinco,*is.i.ſupero,uincio, is.i.ligo,tãgo,is.i.aliqd tactu contingo,hinc taxo,as.i.appretio:quia taxatio fit tangẽ do & ponderando,fugo,as.i.expello:fugio,is.i. celeri- ter relinquo:confugio eſt gratia auxilij ad aliquẽ ire.* Aſpitio,*is.i.ad aliquid oculos intendo : deſpitio.i.*

deorſum aſpitio ſiue ſperno:ſuſpitio.i.ſurſum aſpitio:reſpitio.i.retroaſpitio:perſpitio.i.perfecte aſpitio:īſpitio.i. intro aſpitio:proſpitio.i.procul aſpitio:cōſpitio.i.ſimul aſpitio:diſpitio.i.diſcerno ſeu prouideo ſeu diligēter cōſidero:præſpitio.i.ante aſpitio. Inuenire proprie eſt cōſilij:reperire eſt fortunæ:& uenit a' pario.i. fœtū emitto:inde parturio.i.laboro ut pariā:Parento,as.i. parētibus iuſta perſoluo:hinc parentalia. Operio,is,ſiue cooperio.i.tego,opperior,iris,deponēs.i.expecto: Reparo,as .i.inſtauro et reſartio:ꝑpero,as.i.deprauo:ꝑperā aduerbiū.i.praue ſeu male:cōpareo,es.i.corā aliquo appareo trāſpareo.i.ꝑ aliquod corpus lucidū uideor:qđ dicitur diaphanū.i.trāſparēs. Cędo,is.i.īterſitio:hinc occido.i. interimo:intercido.i.interſeco,decido dubia.i. determino:inde cōcido,incido,recido,ſubcido,& cætera cōpoſita quę habēt penultimā longā:ſed cōpoſita a' cado habēt penultimā breuē ut occido,decido,cōcido,procido, & reliqua:interſitio.i.interimo ſeu perimo. Affecto,as.i. anxie q̄ro ſeu cupio:Perſitio.i.ꝑfectionē alicui operi' impono & abſoluo ſeu cōpleo:īſitio,is.i.tingo ſeu cōtamino īſitior aris deponēs.i.uerbo nego. Eo inſitias.i. nego offitio,is.i.noceo:ſuffitio.i.ſatis ſum et ſubmīſtro:ꝓſitio.i. ꝓpono.reſitio.i.recreo uel renouo: cōſitio.i.ſimul fatio: uel ꝑimo vñ cōfectores ferarꝫ:olfatio.i.odoro:deſitio.i. deſum:ſiluæ deſitiūt glandes.i.nō ſuggerūt ſeu ſubminiſtrant : paco,as.i.pacem uictis impono : ſed placo eſt ab ira ad lenitatem redūco. Laudo me de te nō dicitur;

*ſed fateor te benemeritum eſſe de me:laudo uerbis:pro
bo factis:ſperno eſt plus q̃ contemno quia uerbis mor-
dacibus.*Veho,*is.i.porto nauibus proprie interdum hu-
meris & plauſtris & inuento.* Pingo *eſt figuro & de
pingo.*Verto,*is.i.uoluo:baiulo,as.i.porto: vſtulo,as.i.
comburo.*Terreo,*es,ſic deterreo : ut dominus deterret
ſeruos a' furtis:labefatio,is.i.maculo:expergefatio.i.ex
cito,fabrefatio.i.in opere fabrili laboro:thurifico.i.thu
re ſuffumigo,ſacrifico.i.ſacra fatio:mortifico.i. morifa-
tio:lætifico.i.lætum redde:ædifico.i.ædem ſeu domum
condo:teſtificor eſt deponēs & cætera talia:ſuffio,is.i.
ſuffumigo vel ſubminiſtro:& eſt quarte coniugationis
& ſignificationis actiuæ licet fio:tertiæ:& ſignificatio
nis paſſiuæ.*Refocillo,*as:ideſt calefatio & recreo : fo-
cus eſt locus ubi fouetur ignis:a' quo eſt duplex dimi-
nutiuum:ſcilicet foculus & focillus:unde focillo & refo
cillo & refocillor deponens ut ait* Varro. *Secerno.i.
diuido:decerno:ideſt delibero ſeu contendo,conſtituo,
diffinio,& iudico.*Decreſco.*i.diminuor,minuo, is nui,
nutum,ideſt minorem reddo,comminuo : ideſt ſimul in
fruſtra diuido:diminuo:ideſt diuerſe minuo.*Terentius
*diminuam ego hodie caput tuum niſi abis : imminuo.i.
valde vel intus minuo:minutum:ideſt comminutum eſt
participiū ſed minutū.i.breue,nomen eſt,diuido hoc mi
nutim ſeu minutatim:ideſt in partes minutiſſimas.* Ex
*primo is:ideſt ſimulo ſeu æquipero ut exprimis patrem
reprimo:ideſt refreno:imprimo.i.effingo:vnde* Impreſ-

ſores ſunt qui acutiſſimam artem Imprimendi Libros *exercent.*Educo,is,*ideſt extraho,educo,as,ideſt nutrio & erigo,ſeduco,is,ideſt ſeorſum duco ſeu decipio.* De= *genero,as,ideſt a generis nobilitate deſciſco ſeu ceſſo.* Q *uærere eſt quæ ſit res aliqua dubitare : perquiro.i. examino,diſquiro : ideſt quærendo diſcerno .* Amitio, *cis : ideſt tego cuius contrarium eſt detego ſiue retego . amites ſunt perticæ aucupales .* Perdo,is *, ideſt amitto vel deſtruo:ſumo , is deriuatur a' ſum addita,o,& ſi= gnificat multum mihi tribuo* vel accipio *uel eligo:abſu mo:ideſt conſumo:ſed conſumo,as,ideſt perſitio ut opus conſumatum:ideſt perfectum.* Veto *; as , ideſt caueo & quaſi ui auerto,inuito,as,ideſt prouoco ſeu allitio.*Con*cilio,as,ideſt beniuolentiam comparo,reconcilio , ideſt in gratiam reduco:concilium ſignificat conuentum: con ſultor eſt qui capit conſilium & qui dat : conſultus ue= ro eſt a' quo conſilium petitur.* Conſilium *deriuatur a' con:& ſalio : eo* ꝙ *in unam ſententiam plures rationes conſiliant.i.ſimul ſaliant.*Cieo,es,*ideſt moueo quaſi ci= tra moueo:cio cis:quarte.i.uoco:inde accire.i. aduoca= re:& ab utroq; eſt præteritum ciui & ſupinum citum: ſed citum a' cieo corripit penultimam cum compoſitis: at citum a' cio producit cum cõpoſitis:hinc cito,as,fre= quentatiuum amborum:vnde excito.i.expergefatio uel ſollicito,ſuſcito,exuſcito.i.excito ſeu uiuifico,oſcito.i.os moueo : ſeu totum os aperio ut ſit prætedio uel ſomno: oſcitor eſt deponens:ſic Cicero ſedetis & oſcitamini.*

In ſecunda ſpecie actiuorum.

IN uerbis ſignificantibus precium utimur ablatiuo exceptis ſum & æſtimo in quibus tam in genitiuo q̃ in ablatiuo precium poni poteſt:item dicimus tantifatio, tantipẽdo,paruifatio,peruipendo,magnifatio,magnipẽdo,flocifatio,flocipendo.i.paruifatio:ſunt autem floci lanarum particulæ diuiſæ a' velleribus inutiliter euolantes : & per diminutiuum dicuntur floculi : floces uero ſunt uuarum purgamenta hoc eſt uinaceæ : ſicut flaces ſunt oliuarum:& amurca olei:fęx vini:item magno & paruo mercatus ſum:ſic magno ſeu magni æſtimo: aſſifatio:ideſt vnius aſſis exiſtimo. Pendo,is,pependi,penſum:ideſt pondero ſeu conſidero ſignificat etiam ſoluere.Saluſtius nationes ſtipendia pendere:ſic pendere pœnas.Appendo:ideſt adiungo ſeu ad ſtateram pondero: hinc Cicero ait ut appendatur pecunia non ut numeretur.Appẽdix,cis,dicitur quod alijs adiunctum eſt quaſi ex alio pendeat:perpendo : ideſt examino & pondero: perpendiculum eſt inſtrumentum fabrile . Expendo: ideſt erogo pecuniam:impẽdo huic rei & ad hanc rem: ideſt do operam,expenſa,impenſa, impendium pro eodem.Compendium eſt lucrum ſeu utilitas ſeu breuitas: inde compendioſum:ideſt breue.item impendio eſt aduerbium & ſignificat magis ſeu ualde:diſpenſo:ideſt expendo ſeu diſtribuo:diſpendium eſt damnum:ſuſpendo, is,ideſt alte ligo:ſeu ſollicito ſeu pendendo ſtrangulo:

ſuſpenſus ideſt dubius:horti penſiles:ideſt ſuper ædifi- cia pendentes, rependo,ideſt compenſo. At *pendeo es: pependi:penſum eſt neutrum & ſignificat ſuſpẽſum eſſe: pendeo : ideſt ex aliquo pendo : impendere penultima longa quia a' pendeo ſecundæ coniugationis ſignificat ſupra caput aliquid ueluti caſurum pendere:pendet ani mus : ideſt dubitat:pendeo ab ore : ideſt intentus ſum: pendeo etiam eſt ſuſtentor, Ouidius*. Pendet *& a' ue- ſtra,noſtra ſalute ſalus:ille pendet animi:ideſt angitur & cruciatur:hinc compoſita appendeo,dependeo , im- pendeo quaſi ſupra pendeo*. Latio,*is,lacui & lexi eſt uerbum antiquum:& ſignificat in fraudem induce- re inde remanſit* Allitio *allexi allectum:ideſt attraho: elicio elicui elicitum:ideſt extraho*. Pellitio,*is, pellexi pellectum : ideſt blandiendo decipio:inde pellax ſiue pallax:pellex pellicatus*. Autumo,*as,ideſt opinor dico affirmo & cenſeo*. Vændo *quaſi vænum do:inde uenun do,as,& væneo,is,uæniui uel uenij uænum cum diph- thongo:teſte* Apuleio *grammatico*.

In tertia ſpecie.

D*O,as,dedi,datum,ideſt tribuo ſeu concedo ſeu di- co,do aliquid uitio.i.vitupero,do lachrymas.i.plo ro,obdo,is.i.claudo,dedo,is,ideſt in perpetuum do:nã dare proprie eſt animo repetendi,ædo,is.i.extra do ſeu emitto cum diphthongo ſcribitur,at edo: ideſt comedo eſt ſine diphthõgo:obdo.i.abſcõdo:hoc abdomen eſt ſu men :ſeu pinguedo quaſi abditũ*. Peſſundo,*as.i.cõculco*

& reprimo: peſſum eſt aduerbium loci & ſignificat modo retrorſum modo deorſum quaſi ad pedes ſeu ſub pedibus. Debeo, es, ut debeo tibi decem untias. ſ. dare. Ouidius tamen dicit quæ dare debueras potius poetice & proprie illud debetur quod omnino eſt dandum ut debemur morti. Soluo tibi pecunias pro meis debitis: ſoluo fidem. i. frango: ſoluo te a' uinculis. i. libero, Supplico, benedico, maledico frequẽtius datiuo q̃ accuſatiuo iunguntur. Appono, is, ideſt aliquid antepono ſeu ſubiungo: inde appoſitus dicitur caſus qui uerbo ſubiungitur: ſuppono. i. ſubmitto uel loco alterius pono ut puer ſuppoſitus: uel antepono: unde ſuppoſitus dicitur caſus antepoſitus. Oppono. i. ex aduerſo pono: impono tibi ideſt decipio te. Repono. i. rurſus pono: inde poetæ dicuntur fabulas reponere quum rurſus recitant ut ſi forte reponis Achillem: ideſt ſi fabulam Achillis ab alijs poſitam iterum uis ponere: item repono quaſi retro appono: ut ſi quis hodie conuiuium apponat: ego ei cras reponam: ſic Iuuenalis. Nunq̃ ne reponam? q. d. quum alij apponant mihi multa: nunq̃ ne reponam quum habeam amplam materiam? Vel reponã. ideſt reſartiam tempus quod contriui in audiendis alijs. Vel reponam: ideſt reſcribam. Vel par pari reddam. Vel euomam. Vel quieſcam. Admitto. i. recipio: vel pecco: Promitto proprie rogatus: promiſſa barba. i. longa quaſi procul miſſa. Compromitto. i. ad boni uiri arbitrium mitto: inde hoc compromiſſum eſt ipſa facultas arbitro data: intermitto. i. ad tẽpus

mitto:

mitto:Prętermitto.i.penitus amitto.Committo.i. coniun go:vel pecco,vel commendo. Dico proprie eſt facunde loquor quod eſt oratorum. Abdico,as, eſt amoueo ſeu priuo.Edico,is,ideſt iubeo ſeu pronuncio vel decerno: & proprie eſt magiſtratum vnde edicta conſulum ſeu prætorum,indico,is.i.nũcio:inde bellum indictum:hinc etiam indictio quæ eſt ſpatium quindecim annorũ: prædico,is.i.ante nũcio.Prædico,as,penultima correpta.i. publice diuulgo ſeu celebro & laudo:inde prædicator .i.quicũq; diuulgator ſeu laudator:indo,is,indidi: inditum.i.impono:diiudico,as.i. diſcerno:adiudico.i.per ſententiam tribuo:abiudico.i.per ſententiam aliqud auferro:iugare eſt copulare abiungo,is, diſiungo,ſeiungo,ſignificãt ſcparare,iniũgo.i.demãdo,iugulo,as.i.ſuffoco.

Prodo,is,prodidi, quaſi procul do.i.longe proijtio ſeu propello:vt vnius ob iram prodimur:ſignificat etiã reuelare ſeu manifeſtare & patefacere vt prodere voce ſua quenq̃:item differre ſeu protrahere vt aliquot ſaltẽ nupijs prodat dies:item propagare vt genus alto a' ſanguine teucri proderet:item tradere vt arcam proderet hoſtibus:item mandare vt memoriæ proditum eſt. Adigo:is.i.immito ſeu impello. Ambigo,is.i.circum ago ſeu dubito. Dilucido,as.i.explano: pelluceo,es.i. valde luceo,perluceo.i.per mediũ luceo:allucinor, aris,proprie eſt erro quaſi ad lucem peruenire conor nec poſſum,vel eſt vana ſomnio:allucinatio:ideſt lucis alienatio ſeu aberratio,enucleo,cleas.i.declaro quaſi nucleum extraho.

P

Nuntio,as,ideſt moneo ſeu ſignifico:annuntio : ideſt alicui nuntium porto,denuntio,ideſt manifeſte nuntio, enuntio,ideſt extra nuntio ſeu manifeſto : prænuntio.i. ante nuntio,pronuntio , ideſt profero, pronuntiatio eſt prolatio obnuntio:ideſt malum nuntio ſeu contra aliorum voluntatem nuntio : vnde Donatus . Qui malam rem nuntiat obnuntiat.Abrenuntio : ideſt a' me renunciando amoueo & renuo:vt abrenuntio ſathanæ rarius cum accuſatiuo vt ille abrenuntiauit mundum : renuntio:ideſt refero ſeu reporto ſeu aperte nuntio:renuntio tibi hoſpitium:ideſt cedo ſeu reſigno ſeu reſtituo . Reſtituo,is,ideſt reddo & in priſtinum ſtatum reduco:ſubſtituo:ideſt ſubrogo:cõſtituo:ideſt diſpono,aſſiſto,is, ideſt prope ſto:perſiſto:ideſt perſeuero:exto,as, & exiſto,is, ideſt appareo,inſiſto,ideſt vrgeo,lucubro,as, ideſt vigilo & ad lucernam aliquid compono , inde lucubratio: ideſt vigilia:& opus quod lucubrando fit: aſcribo tibi hanc rem laudi ſic vendico:ſed vindico eſt vlciſcor ſeu vindictam fatio:item vendicare eſt ab iniuria ſeu damno defendere & liberare:item eſt protrahere et in libertatem aſſerere:vnde vindicta eſt virga qua ſerui a' prætore libertate donabantur. Credo,is, quaſi cretum ſeu credulitatem do:credo verbis tuis de hac re : credo deo : ideſt credo vera eſſe quæ ipſe locutus eſt : quod etiam mali faciunt.Credo deum : ideſt credo ꝙ ipſe ſit deus quod etiam dæmones fatiunt. Credo in deum eſt credendo amare : & eidem per bona opera adhærere

quod ſoli boni fatiunt vt ait beatus Auguſtinus. Spondet pater puellæ: deſpondet pater ſponſi. Simulo, as, ideſt fingo, ſed ſimulamus ea quæ non ſunt: diſſimulamus ea non eſſe quæ ſunt, hæc ſimultas, atis, eſt odium: ſimulo te: ideſt ſum tibi ſimilis: ſic aſſimulo: nec dicitur ſimilo per, i, ſed per, u. Inſtauro, as, quaſi ad inſtar alterius fatio & renouo: & componitur ab in & ſtauro: ideſt integro & quaſi ad priorem ſtatum redigo: nec dicitur reſtauro: ſed inſtauro, interſto, ideſt inter aliquid ſto: inde hoc interſtitium: ideſt interuallum ſeu intercapedo ſeu ſpatium. Memoro, as, & commemoro tibi hoc: ideſt in memoriam reduco: apud ſacram paginam memoror eſt deponens vt Salomon Memorare nouiſſima tua & in æternum non peccabis: item memoro: ideſt narro ſeu dico ſeu expono vt muſa mihi cauſas memora. Antiqui dicebant inuideo te: & interdico tibi hanc rem & cætera talia quæ nunc non vſurpantur.

In quarta ſpecie.

DOceo deriuatur a do: nam docere eſt alicuius rei cognitionem dare: item doceo: ideſt moneo: edoceo & perdoceo: ideſt perfecte doceo: prædoceo: ideſt ante doceo: ſubdoceo: ideſt clam doceo ſeu loco alicuius doceo. Doctus dicitur qui rationem rei tantum tenet: ſed peritus dicitur qui cum ratione habet experientiam & conſuetudinem alicuius rei. Moneo te: ideſt ſcientem & memorem fatio ſeu inſtruo: cōmoneo. i. ſimul moneo:

præmoneo:ideſt ante moneo: ſubmoneo: ideſt latenter moneo. Peto: ideſt ſuppliciter & precario poſtulo vt ait Varro:ſignificat etiam obſecro volo.inſtanter po ſco:inſidias tendo:violenter aggredior pecutio,cupio, inquiro,eligo,expecto ſeu maneo vt troianos hæc mon ſtra petunt:item proficiſci vt peto Siciliam: & influo vt campum petit amnis: petere manu eſt ducere vt tartareum ille manu cuſtodem in vincla petiuit:petere pedibus eſt ire:petere gladio ſeu ueneno eſt inuadere ſeu ſaluti inſidiari:petere curſu eſt adipiſci ſeu obtinere:pete re blanditijs eſt blandiri:petere muneribus ſeu precibus eſt conciliare:petere oculis eſt cernere ſeu contemplari: petere auribus eſt audire:petere naribus eſt olfacere:pe tere tactu eſt palpare ſeu tangere: petere proſpectum eſt dirigere ſeu extendere viſum vt æneas petit omnem proſpectum:ideſt direxit omnem potentiam proſpitiendi:pelago:ideſt in pelagus:& accipitur tam in bonam ꝙ in malam partem vt peto ſalutem filij:& peto vindictam inimici:appetere eſt quodcunqꝫ libido ſeu appetitus fert:expeto tantum honeſta,oppeto:ideſt morior, cõ peto.i.ſimul peto vnde competitores:ſuppeto:ideſt ſufſitio,repeto.i.rurſum peto,ſuppetiæ ſunt auxilia:petauriſta eſt luſor qui mouetur leuioribus ſaltibus:cœnipeta eſt qui cœnas alienas petit:petulantia eſt improbitas ſeu laſciuia,perpeto: ideſt valde vel ſine intermiſſione peto:ipeto eſt inuado,præpeto:ideſt ante eo:hinc præpes, tis:generis omnis.i.velox. Rogo,as.i.peto ſeu quæ-

ro:derogo legi.i.aliquid ex ea detraho:abrogo legẽ.i. infringo: hinc fit rogus eo ꝙ in eo dij manes rogentur. Eſt autẽ rogus ſtrues ſeu congeries lignorum ad cremã da cadauera,ſi eſt adhibitus ignis dicitur pyra:poſt cre matum cadauer dicitur buſtum quaſi beneuſtum. Arro= *go mihi:ideſt multum mihi attribuo:irrogo.i.infigo ſeu impono,ſubrogo:ideſt ſubſtituo vt ille ſubrogatus eſt in patris locum:prorogo:ideſt protraho ſeu prolongo,ero go:ideſt diſtribuo.* Oro *eſt precor,exoro, ideſt orando impetro,peroro:ideſt orationem cõcludo:peroratio eſt concluſio ſiue orationis finis.* Adoro *eſt veneror et colo:* Deus *adoratur adoratiõe latriæ qui eſt cultus ſoli crea tori debitus:nam latreuo græce eſt colo.* Dulia *eſt qua verantur ſancti:nam duleuo græce eſt ſeruio.* Hyperdu= *lia vero eſt quædam ſeruitus quæ debetur virgini* Ma *riæ vel humanitati* Chriſti:& *dicitur hyperdulia quaſi ſupra ſeu vltra ſeruitus.* Cingo,*is,cuius contrariũ eſt diſcingo:& dicitur cingo quaſi circumago:itẽ cingo.i. circũſepio:accingo eſt cum diligentia paro:vnde accin ctus:ideſt ſtrenuus & præparatus:diſcinctus eſt negli= gens:præcingo:ideſt præparo:præcinctos dicimus præ paratos & expeditos,recingo:ideſt retro cingo ſeu ſol= uo:ſeu iterum cingo:uel ponitur pro ſimplici, ſuccingo, ideſt ſubter cingo,procingo.i.apparo : inde procinctus dicitur apparatus bellicus* Ouidius. H*æc in procinctu carmina facta puta.* Plinius V*inum curas vigoremꝗ ani mi impedit ad procinctum tendentibus.i.ad expeditio=*

nem militarem. Inuenitur doceo & admoneo te de hac re vel huius rei: ſic induo tibi veſtem: cœlo te de hac re vel tibi hanc rem: tu autem tritiorem huius temporis vſum cunctæ vetuſtati præpones.

In quinta ſpetie.

Leuo, as, cum ſuis compoſitis corripit penultimam, & ſignificat in altum tollo ueluti leue quiddam: ſignificat etiam auferre ſeu releuare & extenuare & diminuere & leuem facere rem: alleuo. i. extollo uel imminuo: ſubleuo. i. defendo & adiuuo: releuo. i. alleuo. læue cũ diphthongo. i. politum vt marmor læue. i. non aſperum tactu: læuigo, as. i. complano ſeu polio. Percutio, tis. i. ferio: et venit a' quatio inde decutio. i. demeto: diſcutio. i. examino: conquiniſco, ſcis. i. caput quaſſo quod eſt indignantis, teſte Priſciano. Paſco, ſcis. i. comedo: ſeu cibum alteri prębeo: ſeu oblecto vt animũ pictura paſcit inani. item ager paſtus paſſiue: & bos paſtus agrum deponẽs. compeſco. i. coerceo: diſpeſco. i. diuido: paſco proprie eſt beſtiarum ſicut veſcor eſt hominum: uel paſco ſpectat ad delitias: ſicut alo, is, eſt neceſſitatis: inde alumnus. i. qui nutritur paſſiue tantum ſic altile: depaſco. i. paſcendo abſumo, perpaſco. i. in totum paſco. Halo, as. i. ſpiro: exhalo. i. expiro, trunco, as. i. amputo: venit a' tero, inde contero & extrico. i. explico: inextricabilis. i. inſolubilis, terebro, as. i. perforo, tergo, is. i. mundo, terſus. i. ſerenus & elegans: extermino, as. i. extra terminum mitto: diſtermino. i. diuido: hinc trudo, is, quaſi manibus tero &

*impello:extrudo eſt cum violentia expello:inde trutina
quod proprie eſt foramen in quo eſt examen hoc eſt lin
gua bilancis:trutino,as.i.examino ſeu pondero , irrito,
as,pe,pro.i.prouoco ſcu iram incẽdo:& eſt frequẽtati-
uum ab irruo per mutationẽ,u,in,i,cauſæ euphoniæ &
eſt tractum a' canibus qui quum prouocantur irruunt,
&,r,litteram imitantur ut ait* Donatus.Vir.Irritatq; vi
*rũm telis:& voce laceſſit.Sed irrito,as, cum penultima
correpta.i.nõ ratum eſſe volo nec approbo:& componi
tur ex in & rato,as,verbo antiquo.i.ratum ſeu fermum
fatio ſeu approbo:hinc irritus ſeu irritatus.i.improbatus
ſeu caſſus ſeu ad nihilum redactus.*Vir.*Irrita ꝑpetua ſol
uẽt formidine terras. Sterno,is.i.de ſtatu reÿtio:equus
ſternax dicitur ferox qui in terram deÿcit ſeſſorem:hinc
ſtragula dicuntur opertoria lectorum vbi diſcũbere ſo-
lebant:lithoſtrata ſunt pauimẽta quæ exiguis lapidibus
ſternuntur,proſterno.i.in terram deÿtio:proſtratis hoſti
bus.i.victis & profligatis,ſubſterno.i.ſubter extẽdo ide
ſubſtratus,cõſterno.i ſimul ſterno ſeu deÿtio ſterto.i.dor
mio:ſternuo,is,ſternui:ſternutũ a' quo eſt frequẽtatiuũ
ſternuto,as,vnde ſternutatio q̃ eſt inflatio a' pectore ſur
gẽs tortũ caput quaſſans.* Cõſpitio,is,et cõſpicor aris,
deponẽs:ſic deſpitio & deſpicor:ꝑſpitio et ꝑſpicor ſuſpi
tio & ſuſpicor:q̃ ſpi.ſyllabã corripiũt:ſed cõſpico,as,&
cõſpicor deponẽs,ſpi,ſyllabã producũt:ſic deſpico et de
ſpicor,ĩſpico,et ĩſpicor.* Vir.*Ferroq; faces ĩſpicat acuto.
Fartio,is,proprie ẽ farcimiẽ ĩpleo ſeu ſagio:ſeu pĩgueſa*

tio,inde refertio,confertio,infertio,fertum eſt genus libi farcimen eſt inteſtinum varia ac minutatim conciſa carne refertum. Condo,is,ideſt conſtruo:cõditio ſine,c, eſt fors ſeu fortuna:Cicero O miſeram conditionem:homo bonæ conditionis:ideſt naturæ ſeu fortunæ:& interdum ponitur pro pactione ſeu electione vt accepiſti conditionem:ideſt pactioni aſſenſiſti. Sed conditio per,c, eſt rei quæ agitur denuntiatio in certum dië: & venit a condico,is,xi,ctum: condio,is,ideſt ſapidum facio: vt ſale conditus pe,pro,capere eſt accipere:hinc dicitur caput quia inde initium capiunt ſenſus & nerui. Capulum eſt ſandapila hoc eſt feretrum quo mortui efferuntur: caupona eſt taberna vinaria hinc caupo ſiue copo eſt tabernarius, cauponor, aris,vendere cauſa lucri.

Occupo:ideſt ui aliquid capio:decipio eſt deludo et defraudo.decipula eſt inſtrumentum ad capiendas feras,anticipo,as, ideſt præuenio, intercipo: ideſt aliquë inter aliquid agendum occupo.Contio eſt multitudo ad audiendum cõgregata:eſt etiam ipſa oratio concionantis:& locus contionandi:& is qui orat dicitur cõtionari.Procito,as,ideſt prouoco,protio,is,ideſt peto, proco, as.i.laſciue peto:hinc dicuntur proci,procax: ideſt petulans ſeu mordax et inuerecundus:auſtris procacibus ideſt ſæuientibus & aſperis,procaciter: ideſt petulanter:reciprocum eſt in ſeipſum reflexum. Lenio,is,leniui vel lenij lenitum:ideſt mulceo vel placo ſeu imminuo & polio vel conſolor:& eſt quartæ cõiugationis:

& facit in futuro leniam & lenibo: & habet primã pro ductam, Propertius, Lenibunt tacito vulnera noſtra ſo- no. Hinc *delenio: ideſt permulceo ſeu valde placo. Sed lino, is, lini liui & leui litum eſt tertiæ coniugationis et habet primam breuem. Ver. Seruataq; mella theſauris relines: inde litus, a, um, idem, paribus lita corpora gu- ſtis: ideſt inſperſa ſeu diſtincta.* Eſt *autem linire obtura re: ſeu craſſe aliquid aliquo inſtrumento ſuperinduce- re & quaſi lineam trahere, vnde interlinire eſt ſuperin- ducto atramento vel aliquo liquore ſcripturam ſeu pi- cturam aliquã delere relino. i. quod obturatũ erat ape rio. at linio, is, liniui itum eſt quartæ & habet primam breuem & ſignificat vngo ſeu aliquid tenuiter frico: & fere eiuſdem ſignificationis cum lino, is. Cenſeo, es, cenſui cenſum: ideſt puto iudico & decerno: ſed cen ſio, is, cenſiui cenſitum: ſic recenſio recenſitum eſt quartæ penultima producta* Ouidius. *Præſto recenſitis euolue- re ſæcula faſtis, como, is, compſi, comptum: ideſt orno et producit primam: ſed como, as, ideſt comam longiorem habeo corripit primam, caluo, as, ideſt caluum facio: inde decaluo recaluo, calueo, es, ideſt caluus ſum, caluesco, ſcis, ideſt caluus fio: caluo, is, ideſt decipio: inde cauillo, as, & cauillor deponens: cauillatio eſt deriſio calumnio ſa.* Fligo, *is, xi, antiquum eſt: inde affligo, ideſt proſter no ſeu uexo: ſic confligo.* Fligo, *as, antiquum eſt inde profligo: ideſt deijtio depello ſeu deperdo: dicitur bel- lum profligatum: ideſt abſolutum: hoſtes profligatos. i.*

proſtratos,afflictos,diſperſos:profligatiſſimos homines: ideſt perditiſſimos,afflicto,as, & conflictor deponens, profligo,is,ideſt late ſeu multum certo,copulo,as.i.con iungo eſt actiuum:copulor eſt deponens:claudico, as.i. ceſpito , colo,as.i.purgo & foras emitto ſeu liquefatio & producit primam ſic hoc colum,clango,is.i. tuba ca no in præterito clanxi & clangui:clangor etiam eſt ſo- nus anſerum & aquilarum & rerum conſtrepentium lu ſtro,as.i.illumino vel circunſpitio vel circuo ſeu pur- go:inde colluſtro,illuſtro,perluſtro.

In ſexta ſpetie.

AVdio quaſi auribus do hoc eſt auribus percipio ſubaudio.i.parum audio ſeu ſubintelligo:exaudio ideſt audio vel audita concedo:obaudio vel valde au- dio vel audita poſtergo Haurire eſt extrahere vt hau- rio aquam,ſignificat etiam accipere videre vulnerare: defatigare,luere,conſumere,audire,vacuare,auide ſu- mere:auritus eſt qui magnas aures habet vel ſenſum au diendi: auricularis eſt digitus paruus quo aures munda mus. Soluo,is.i.quod ligatum erat.enodo,vel dimit to,vel debitum reddo creditori.vel mollefatio vt ſolui tur acris hyems.ſoluo fidem.i.frango:cultello ſoluitur.i. aperitur:ſolutus riſus.i.magnus:non verbis ſolues.i.non ſatiſfacies:ſoluite corda metu.i.liberate:ſoluo te a vincu lis & ſoluo tibi vincula.Exigo,is.i. perfitio:vel debitũ poſco:vel extra ago ſeu reprobo.Exactores ſunt qui pe cuniam exigunt:exactis menſibus vel exanclatis.i. fini-

tis.Tollo,is,ſuſtuli ſublatum.i.eleuo & ſublimo:ſignifi cat etiam capere.ſuſcipere,nutrire,auferre,differre,inferre,ſed proprie tollimus erectum: auferimus ligatum:nero ſuſtulit matrem.i.occidit:æneas ſuſtulit Patrē ideſt ſuper humeros ſumpſit: attollo ideſt erigo: extollo.i. effero:tollere hæredem.i.educare,ſuſtolo,ſuſtuli ſublatum apud veteres fuit in vſu pro quo dicimus attollo & ſicut dicitur mater peperit filium:ita dicitur pater ſuſtulit filium ideſt ſuſcepit ſeu habuit ſeu educauit:item ſuſtulit ideſt abſtulit, lacero,as,ideſt dilanio quaſi membra diſcindo:lacerna eſt veſtis:laciniæ ſunt ſciſſuræ in extremitate veſtium decoris gratia factæ. Faſcelis dicta fuit diana a' faſce lignorum in quo abſconditū eius ſimulachrum oreſtes aritiam detulit:hoc faſcinum dicitur genus incantationis quum oculorum aut verborum aut alicuius alterius rei maleſitio homines ita ligantur vt liberi non ſint,faſcino,as,ideſt maleſitium inſero incantando,vel adulando decipio.

De paſſiuo verbo.

PAſſiuum verbum eſt quod in,or,definens deſcendit ab actiuo per additionem,r,& in prima vel in ſecunda perſona poteſt naturaliter tranſire ad hominem.licet dor non ſit in vſu ſicut for in deponentibus: illa verba dicuntur habere primam & ſecundam perſonam paſſiuorum:in quibus ipſæ perſonæ quod in ſe fit poſſunt fateri vt amo te vbi tu potes reſpondere fatendo idē:ego amor a' te:& dicitur paſſiuum quia ſignificat pati.

De Neutro verbo.

NEutrum verbum dicitur quia nec eſt actiuum nec paſſiuum: non enim eſt actiuum: quia non facit tranſitum per accuſatiuum ad animal rationale: nec eſt paſſiuum quia non deſinit in, or, nec in prima nec in ſecunda perſona, nam in tertia ſæpius inuenitur vt terra aratur: tertia viuitur ætas. Careo, es, carui & caſſus ſum: caritum & caſſum ſecundum Priſcianum: & proprie carere eſt non habere rem deſideratam: & dicitur de illis commodis quæ olim poſſedimus & nunc indigemus: careo dicitur in bono quia non dicitur careo damno: careo febre niſi improprie per acyrologiam ſicut habeo febrē quum ipſa me habeat. Indigemus proprie neceſſarijs vt diximus in primo. Caſſus, a, um, ideſt inane & vacuum vt caſſa nux. caſſo, as, ideſt deleo.

De neutris acquiſitiuis.

SEruire eſt in ſeruitute eſſe: inde ſeruitus media correpta cui contraria eſt libertas quæ capitur in bonā partem ſicut licentia in malam. Subſeruio: ideſt parum vel leuiter ſeruio, ſeu correſpondeo. Seruus dicitur à ſeruando: nam qui iure belli poſſent occidi: conſeruabantur à victoribus vt ait beatus Auguſtinus. xix. ciuitatis Dei. Libertus & libertinus idem ſunt ſed differunt in elegantia: quia libertus eſt ſubſtantiuum & eſt correlatiuum patroni: ſed libertinus, a, um, eſt adiectiuum: & eſt correlatiuum ingenui: & dicitur abſolute libertinus: ideſt libertinæ conditionis: ingenui dicuntur

qui libera matre ſunt nati nec poſtea ſerui facti ſunt:& de his ſic ſolet interrogari. Eſt ne ingenuus an libertinus? non autem libertus:& quum reſponſum fuerit:libertinus, ſcilicet eſt, dicemus cuius libertus? non autem libertinus, vt ait laurentius valla. Aſpiro, as, ideſt faueo, iſte aſpirat ad conſulatum, ideſt incumbit, tu nunq̃ aſpiras ad curiam: ideſt nunq̃ accedis: expiro: ideſt morior: reſpiro, ideſt reciprocum ſpiritum capio, ſuſpiro, ideſt ab imo pectore ſpiritum traho: inde eſt hoc ſuſpirium, ignoſco, ſcis, ideſt veniam do quaſi non agnoſco errorem: recognoſco: ideſt aliquid emendandi vel reprehendendi gratia reuideo. Cubare eſt iacere:& proprie ſpectat ad ægrotos, procubo, as, ideſt procul cubo: incubare proprie dicuntur illi qui dormiunt ad capienda reſponſa: ſignificat etiam inniti ſeu inſtare & inhærere: excubo: ideſt vigilo: vnde excubiæ & excubitor, recubo: ideſt iaceo, concubo, as, ideſt quieſco vnde nox concubia. Sed accumbo quia habet, m, ante, b, eſt tertiæ cum ſuis:& ſignificat adiaceo: occumbo, is, ideſt morior, ſubcumbo: ideſt ſubijtior: procumbo: ideſt proſternor, diſcũbo, ideſt comedo ſeu conuiuor et epulor, recumbo, ideſt iaceo, concumbo eſt ad malum: vnde concubina, incumbo huic eſt minoris vehementiæ q̃ incumbo ad hanc rẽ: exilio, is, ideſt extra ſalio, aſſilio ideſt aggredior: tranſilio, ideſt tranſgredior, inſulto, as, ideſt irrideo uel ſalio. Exulto, ideſt ſupra modum efferor geſtibus quibuſdam prægaudio hinc præſultor: oris dicitur ille qui in

ſaltatione eſt primus.

De *neutris tranſitiuis.*

SEro,is,ſerui,*diuiſis ſyllabis: ſertum ideſt admoueo. vnde aſſerere manum dicebant veteres pro comprehendere,aſſero,ideſt affirmo & probo : & etiam tueor & libero ſeu in libertatem reſtituo:aſſertio:ideſt affirmatio, aſſertor, ideſt defenſor,deſertor,patriæ eſt qui deſerit patriam quaſi proditor:ſed aſſero,is,aſſeui aſſitum:ideſt iuxta ſemino ſeu planto.*Conſero,*is, conſerui conſertum:ideſt ſimul miſceo,quando facit conſeui conſitum:ideſt ſimul ſero ſeu planto : conſero manum cum hoſtibus.i.commiſceo & congredior:ſera eſt inſtrumẽtum quo clauduntur hoſtia:aſſeres ſunt tabulæ ſectiles dicti ab aſſidendo,eo ꝙ hæreant parietibus, interdum accipiuntur pro lignis quibus vtebantur lecticarij vt eſt apud* Tranquillum,*ſero,as,ideſt claudo : reſero : ideſt aperio,ſerro,as,ideſt ſerra per medium ſeco: eſt autem ſerra inſtrumentum dentatum quo ligna ſecantur,diſſero,is,diſſerui diſertum:ideſt narro & declaro ſeu diſputo:ſic ediſſero ideſt explano & declaro:diſertus eſt qui bene diſſerit eleganterꝙ narrat,deſero,ideſt derelinquo:ſed proprie deſero patronum:prodo patrem deſitio ſotium,exero,ideſt extraho:ſeries eſt quædam continuata progreſſio vt in ſerie orationis.i.cõtextu:ordo vero eſt digeſtio quædam et in ſuo loco cuiuſꝙ rei collocatio ut ordo ſenatorius.ſerio.i.ſine riſu:& eſt aduerbium:ſeria dicuntur grauia:& opponuntur iocis : hæc*

ſeria eſt vas fictile oblongum. A ſeruo,as,eſt aſſeruo.i. conſeruo,obſeruo.i.cum oculis mentis & corporis ſpe- culor & cuſtodio vt obſerues filium quid agat: inter- dum eſt venerari & admirari. Imbibo,is.i.valde bibo: bibaces ſunt nimij potores:potus proprie eſt vini:potio eſt medicinæ: Torreo es,torrui toſtum.i.areſatio aliqd coquendo ad prunas. Comedo,is.i.ſimul edo dicebatur etiam comedo comes comeſt. Rumino,as.i.reuomo et de nuo conſuno,frumen eſt pars colli qua eſca in ſtoma- chum demittitur. Mando,is.i.comedo ſeu dẽtibus confi tio,in præterito manſi mandui & mandidi habuit & in ſupino manſum:inde mãducones.i.voratores vt ſunt ho die plurimi qui multiplici noĩe deſignari poſſunt, idem tamen exprimente.ſ.manducones,deuoratores,comedo- nes, edones , epulones,lurcones,curculiones,ganeones, beluones,glutones,liguriones,catillones,edaces , biba- ces,ebrioſi,ebrij,ebrietatem. Cato appellat voluntariã inſaniam,ſcurræ,paraſiti,phagones,nepotes cũ reliqua familia guloſorũ,luxurioſorum, prodigorum : & bona omniã inſatiabili aluo detrudentium,quorum deus ven ter eſt,& finis æterna eſuries. ebrio,as,& inebrio acti- ua ſunt. Gẽmo,as.i.gemmas emitto:eſt autem gẽma oculus vitis. Molo,is,molui molitum & multum.i.mola tero ſeu molendino, Mola huius molæ picta eſt quia ue luti mola quadam frumentum vel legumina teruntur, & ponebatur pro ſacrifitio cum farre mollito et ſale:vn de Immolo,as.i.ſacrifico quaſi molã ſpargo: Mollio,is,

ideſt molle reddo . Demolior,*iris, deponens, ideſt de-ſtruo:hoc molimen:ideſt conatus.* Maturo,*as,ideſt maturum fatio ſeu perfitio:ſignificat etiam accelerare: vel cum maturitate vel tranquilitate diſcedere:inde maturco,es,vnde remanſit matureſco quod eſt maturum fieri,hinc maturio,is,quartæ vt vua maturuit, ideſt matura facta eſt:ſic fabius per metaphoram a' fructibus ait nondum opinabar ſatis maturuiſſe.* Mutio,*tis,ideſt ſum miſſe loquor* . Muſſo,*as, ideſt murmuro ſeu taceo hæc amuſis eſt regula fabrorum:examuſſim:ideſt regulariter & recte & eſt aduerbium.* Muteo,*es, vnde remanſit muteſco : ideſt mutus fio ſeu mutorum more taceo.* Mutilo,*as,ideſt trunco & quaſi aliquid diminuo* Salio,*is,ſalui ſaliui vel ſalij ſaltum ſignificat ſaltare:et eſt quartæ:& corripit primam:inde aſſilio aſſilui aſſultū: deſilui deſultum,ſic exilio,inſilio,proſilio,præſilio, reſilio,ſubſilio,tranſilio,hinc frequentatiua.ſ.aſſulto, deſulto,ſalto,exulto,inſulto,præſulto,reſulto,ſubſulto, tranſulto:item* Salio,*is,ſaliui ſalitum,ideſt ſale condio:idem eſt ſallo,is,ſalli ſalſum tertiæ coniugationis.* Oblittero, *as , ideſt e litterarum monumentis deleo* . Decerpo,*is, ideſt aliquid ex aliqua re detraho:excerpo,ideſt ſecerno,diſcerpo,ideſt diſcindo.* Contrecto,*as,ideſt frequenter tango:detrecto ſiue obtrecto,ideſt detraho ſeu maledico:inde obtrectatores dicuntur maledici.* Carptim *eſt hinc & inde carpendo non ipſam ſeriem ſequendo,gelo,as,& congelo:ideſt gelu cōglatior.* Coquo

quis,

*quis,deriuatur:a' cogendo quia per ignem coercetur 'ci bus.& producitur ad vtilitatem veſcendi : decoquo.i. valde coquo vel conſumo hinc decoctor dicitur ille qui abſumptis bonis non eſt ſoluendo:præcoquo:ideſt ante tempus coquo : vnde fructus præcox qui ante tempus aliorum fit maturus vnde vuæ præcoces.*Hoc *pignus pi gnoris ſeu pigneris eſt proprie quod datur creditori vt ſit ſecurus:hinc pignoro,as,ſiue pignero,as,ideſt rem pi gnori do,hinc oppignero:repignero ſed proprie pigno ra natorum dicuntur,pignera rerum.Cæmenta ſunt la pides non magni quibus ædifitia conſurgunt.*Terebro, *as:ideſt terendo perforo:terebra ſeu terebrum ſeu tere= bellum ſunt inſtrumenta ad perforandum apta. Eſurio, is,ideſt cupio edere,obedo,is,ideſt conſumo:obeſum pro uberi et craſſo:fulgurare.i.fulgur ſeu fulgetrũ emittere.*

De *neutris effectiuis.*

I*Vbilare eſt lætitiam mentis voce & geſtu exprime= re,vnde hoc iubilum quod ex gaudio procedit nec verbis poteſt explicari.* Ouo,*as,ideſt lætor : & canen= do ſeu vociferando lætitiam demonſtro : hinc ouatio pro paruo trimpho , & qui ouabant vno equo vteban= tur & ex oue ſatrificabant .* Q*ui vero triumphabant: vtebantur quatuor equis albis , & ex tauris ſacrifitium offerebant.trophbeum ſtatuebatur illi qui in fugam ho= ſtes vertebat,& ponitur etiam pro illa arbore cui affige bantur ſpolia hoſtilia:*Vigeo,*es,vigui:ideſt validus ſeu in vigore ſum:*Vegeto,*as' p,co,ideſt recreo ſeu fortifico*

& vegetum faтio:vegetus,a,um, ideſt ſanus & incolumis:& refertur ad corpus ſicut vigens ad animum: vegeo,es,gui,ideſt in ſanitate ſum : vieo vies vieui vietum eſt ligare & inflectere:vietus eſt mollis languidus flexibilis ſine vi quaſi naturalibus priuatus viribus. Frigeo,es,frixi,ideſt frigidus ſum:hinc frigeſco : ideſt frigidus fio,refrigero,as.i.rem calidam frigidam fatio:at frigo,is,frixi frixum eſt neutrum tranſitiuum & ſignificat torrere in ſartagine ſeu in frixorio: vnde Cornelius celſus tum res eadem magis alit iurulenta q̃ aſſa: magis aſſa q̃ frixa:deuiare eſt a' via recta recedere:inde auiũ & inuium per quod iri non poteſt : ſed peruium eſt per quod facile tranſitur:viaticum eſt quicquid iter agendi cauſa neceſſarium eſt.Candeo,es,proprie eſt album eſſe: & ponitur etiam pro ignito: candidum eſt nitenti luce perfuſum:album vero eſt pallori vicinum : Excandeſco eſt ira inflammor tumere eſt inflammari vel ſuperbire: de tumeo,ideſt,a' tumore ceſſo ſeu valde tumeo : idem eſt ex tumeo.Caneo,es,ideſt ſum canus:inde caneſco: & canities & cani pro capillis albis. Albi calculi dicebantur quibus cretenſes lætos dies quos agerent numerare ſolebant. ſicut dies infauſtos nigris lapillis ſignabant : atq; ex candidorum numero vitæ tempus metiebantur,nubo,is,dicitur a' nube quia ſpõſæ velate ad virũ ducebantur innupta eſt quæ nondũ nupſit pro nuba eſt quæ nuptijs præeſt:obnubo:ideſt cooperio.obnubilo, as,ideſt offuſco & obtenebro ſeu obumbro , liceo , ideſt

appretior ſed liceor deponens:ideſt appretio.

De neutris abſolutis.

VAdo,is.i.eo:hoc vadum eſt locus qui propter breuitatem aquæ pedibus tranſiri poteſt:Itero,as, ideſt aliquid rurſum ago quaſi per,iter factum reuertor : itineror,aris,ideſt iter fatio deponens eſt.Ambio,is, ambiui,itum ſignificat circuire & concludere ſeu rogare, & blandiri, & componitur ex am : ideſt circum & eo,is, per mutationem.ei,in,i,& interpoſita,b,inde ambitus,a' um,participium & producit penultimam:ſed hic ambitus quarte declinationis corripit eandem. Eſt autem ambitus crimen affectati honoris,inde ambitio:ideſt immoderata honoris cupiditas:ambitioſus eſt qui immoderate cupit honores:furio,is,ideſt ira exagitor in præterito facit inſaniui ab inſanio : Furio,as, ideſt cum furore concito:ſtatius furiarent orgia matres:Horatius quæ ſolet matres furiare equorum : Nicto,is,vel nictio,is, ad canes pertinet qui in odorandis ueſtigijs ferarum leuiter ganniunt:Nicto,as,eſt oculorum vel aliorum membrorum niſu aliquid conari:& eſt frequentatiuum a' Niueo,es,nixi nictum:a' quo cōniueo,es,xi,ctum:ideſt oculos genis intego : Cæſar in cæteris conniuebat:ideſt oculis veluti clauſis præt:ribat tanquam diſſimularet. Ringo, is, & ringor, deponens eſt roſtrum torqueo quod canes fatiunt dum latraturi ſunt : hinc ringi:ideſt iraſci ſeu conuitari & murmurare,nam rin græce eſt naris vnde ringi quaſi narem angi & torqueri:

rundo. clangunt aquilę: vultur pulpat, crocitat coruus, graculus frigulat, glotorat ciconia, paſſer pipit, cuculi cuculant, fritinit cicada, bombilat apis, bubulat bubo, ſtrix & veſpertilio ſtridunt, noctua cucabat, vlulæ vlulat quod etiam luporum, butio bubit, regulus merops progne zinzilulant: acredula mitilat. Leones rugiũt tigrides rancant, panther caurit, pardus felit, lynces orcant, vrſus vncat, aper frendet, ſues grunniunt, elephantus barrit, cerui & onagri glocitãt, taurus mugit, equus hinnit, verres quirritat, aſellus rudit vel oncat, ouis baalat. blatero ſiue blactero eſt camelorum & arietum & murium, hircus mutit, canis latrat ſiue baubat, vulpes gannit, glacuit catulus, mus mintrat, muſtella drintrit, grillus grillat, deſticat ſorex, anguis ſibilat, rana coaxat. Balbutire eſt quadam hæſitatione linguæ & cõfuſione trepidare: flere eſt lachrymare & proprie eſt hominum: Gemere eſt pectore quum præ anguſtia inſonum prorumpit: vnde etiam iumenta ſub pondere gemunt: Plorare eſt voce flebili dolorem ſuum aperire: Plangere eſt percuſſione ſeu verberatione pectoris vel aliorum membrorum in dolore ſe affligere. Eiulare eſt voce ſublata flere quod proprium mulierum. vociferari eſt voce effrenata non modo dolorem ſed etiam indignationem oſtendere. Lamentari eſt voce querula & triſti oratione cladem ſuam teſtari. Abſonare eſt male ſonare, aſſono, ideſt iuxta vel reſpondeo ſono: conſono: ideſt ſimul ſono, diſſono, ideſt diuerſe ſono ſeu diſcor-

do, inſono: ideſt valde ſono, interſono, ideſt in medio ſono, perſono, ideſt valde ſeu perfecte ſono reſono proprie eſt contra ſonantem ſono. Nauigo, *as, ideſt naui iter facio, & dicitur nauigo mare & in mari: nauicularius ſeu nauiger: ideſt qui nauem ducit: nauarchus eſt princeps nauis.* Nauclerus *qui nauem regit: nauus: ideſt celer et ſtrenuus cuius contrarius eſt ignauus:* Nauiter: *ideſt diligenter ſeu prudenter: naufragor, aris, ideſt naufragium facio: nauſeo, as, ideſt nauſeam habeo ſeu vomitum infeſtor: nauſio, is, de grano fabæ dicitur quum naſcendi gratia naſe aperit: nauci eſt putamē nucis ſiue oliuæ nucleus ſeu membrana illa quæ in nucis iuglandis medio eſt, & ponitur pro nihili vt nauci erit.*

De verbis communibus.

COmmune *verbum eſt quod in litteratura paſſiua vtranq; retinet ſignificationem actiuam, ſcilicet & paſſiuam.* Vador, *aris, ideſt fideiubeo ſeu ſatisdo: hic vas vadis: ideſt fideiuſſor vel ſatisdator ſeu ſponſor: hoc vadimonium: ideſt fideiuſſio ſeu ſatisdatio.* Veneror, *aris, ideſt colo: venerabilis ſeu venerandus: ideſt veneratione dignus.* Criminari *eſt accuſare & culpare ſeu contumelioſe reprehendere: crimen eſt proprium delictum: ſere crimina belli: ideſt contentiones & iurgia quibus bella oriantur:* Diſcrimen *eſt periculum vel diſtantia vel glabra: eſt autem glabra interſtitium ſeu ſpatium in medio ſuperciliorum & capi-*

tis vbi non ſolent eſſe pili:vnde glaber, a,um, ideſt ſine pilis:& dicitur criminor te furti apud illum & illi. Ho-*ſpitor,aris,ideſt amice in hoſpitium recipio vel recipior hoſpes qui in aliena ciuitate incolit & eſt qui recipit & qui recipitur: peregrinus eſt aduena aliena loca pera-grans:peregrinor,aris,pe,pro, ideſt aliena loca pera-grans proficiſcor:& eſt deponens abſolutum: peregre pe,cor, eſt aduerbium vt peregre vado peregre ſum. interpretor pe,cor;ideſt expono:interpres eſt qui in ali-qua re agenda eſt medius veluti conciliator & actor, & pro eo accipitur qui obſcura enodat vel pro vatici-natore:vel per quem indicitur pactio ut ait Aſconius.*

De verbis deponentibus.

DEponens verbum eſt quod in or, finitum actionem vel paſſionem ſignificat, & hanc vel illam depo-nit,ſæpiuſq; actionem quam paſſionem exprimit. Vtor ſi cum hominibus eſt conuerſari:ſi vero cum alijs rebus eſt uſum habere:& ſemper de rebus bonis ac neceſſariis: vt vtor ſtudio,domo,conſuetudine:vſu venire eſt acci-dere: vſusfructus dicitur quum res aliqua non eſt no-ſtra:ſed perinde ex ea fructum ſeu utilitatem capimus ac ſi eſſet noſtra: Abuti eſt perperam vti. Vſucapio,pis,ver-bum eſt:ſed hæc vſucapio,onis,nomen, vſucapio re im-mobilis eſt triginta vel quadraginta annorum: mobilis vero rei eſt trium annorũ. Quicquid a noſtro limine exierit,ad,hoſteſq; peruenerit: ſi poſtea ad idem limen

reuertatur:poſtlimino iure redire dicitur. Fruor *eſt quaſi ex vſu frugum delectationem capio : frux eſt legumen ſeu triticum : frumen eſt pars gulæ interior per quam lingua demittit cibum in ventrem:ſicut gurgulio eſt pars gutturis a naribus ad pulmonem per quam ſpiritus meat:eſt etiam curculio quidam vermis qui in horreis naſcens frumentum abſumit:*Frugalitas *eſt quæ motus animi regit & ſedat : frugaliter ideſt modeſte & temperate,frugi,ideſt temperatus ſeu vtilis & neceſſarius,perfruor,ideſt intotum fruor:*Defrutum *eſt vinum quod decoquitur ad tertiam partem a deferuendo dictum:*Sapa *vero eſt genus vini quod decoquitur ad dimidiam partem.* Poſca *eſt vinum in torculari aquatum:quæ a* Varrone *dicitur lota:quæ fit ex maceratis aqua vinaceis poſt muſtum acinis expreſſum : eſt etiam poſca genus potionis quæ aquæ aceti*ꝗ *mixtura conficitur:vnde* Plinius*.li.xxx.ait.*Tormina *ſanat palumbus ferus ex poſca decoctus:*Tormina *autem appellãt genus morbi a torquendo per quod ingenti dolore inteſtina exulceratione torquentur:græce dyſenteria latine inteſtinorum exulceratio tranſfertur.Sicera pe,cor,eſt omnis potio quæ inebriari poteſt.* Et *poteſt fieri vt eadem re vnus vtatur : & alter fruatur : vt ſi per æſtum duo aqua frigida manus lauent:alter vt abluat ſordes:alter vero vt frigiditate illa oblectetur.* Fungor *offitio vitæ:ideſt vtor munere adminiſtrandi corpus : item fungor quaſi funus ago : vnde defunctos dicimus mortuos*

qui: munia vitæ peregerunt ſeu finierunt: Funus *eſt pompa exequiarum:crudeli funere:ideſt morte: inſtauramus funus polidoro:ideſt ſcpulchrum:hinc funerare: ideſt ſepelire.* Reminiſcor:*ideſt recordor,comminiſcor, ideſt recolo ſeu in mentem reduco,*Commentarij *dicuntur libri in quibus tantum capita rerum poſita ſunt: item commentarij ſiue commentaria ſunt expoſitiones ſeu interpretationes authorum: linea proprie eſt filum quo fabri vtuntur ad ſignandam materiam: fuit* Apelli *conſuetudo nunquam tam occupatam diem agendi vt non lineam ducendo artem exerceret:hinc prouerbium eſt:ne lineam quidem:ideſt nihil feci: a' linea fit lineo,as.i. lineas fatio ſeu duco:inde liniamenta quæ ſunt extremitates corporum' lino,ideſt leuiter aliquid induco: hinc oblino,circūlino,ſublino:ſic illinio,oblinio delinio:ideſt mulceo,interlinio,ideſt deleo,vnde litura,ſed de his repete quæ diximus in quinta actiuorum: oblitus media correpta.i.circumlitus ſeu fœdatus: ab oblino media breui:ideſt circumfœdo.ſed oblitus media longa venit ab obliuiſcor:ideſt obliuioni mando quod vere eſt ſimplex.* Antiquitus *dicebatur fungor offitia & potior hāc rem.* Teſtor,*aris,ideſt teſtimonium dico vel iuro vel precor uel teſtamentum fatio.*Eſt *autem teſtamentum uoluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo quod poſt mortem fieri volumus per hæredem: inteſtatus dicitur ille qui nullo condito teſtamento mortuus,* Atteſtor, *ideſt teſtimonium adduco,proteſtor, ideſt cauenda denuntio:*

inde proteſtatio, obteſtor, ideſt precor, deteſtor, ideſt deprecor & abominor, conteſtor, ideſt in teſtimonium aduoco: ſeu contra teſtor: conteſtari litem dicuntur duo ad plures aduerſarij qui ordinato iuditio vtraque pars dicere ſolet: teſtes eſtote. Obſequor, eris, ideſt *morem gero & in ſeruio, perſequor: ideſt inſector: ſequeſter ideſt medius inter duos altercantes: ſequeſtrare eſt apud aliquem deponere ſequeſtrum, ſortior, iris, ideſt ſortes fatio vel recipio vel per ſortem aliquid eligo: ſortilegi ſunt qui per ſortem futura prænuntiant: vel eligunt aliquid per ſortem: hinc ſortilegium: ſors eſt fatalis neceſſitas uel iuditium vel patrimonium: vel ipſa ſumma cui extrinſecus aliquid acquiritur.* Coniectores *dicuntur proprie ſomniorum interpretes:* Coniitio, is, *ideſt ſimul iacio: vel ſubtiliter conſidero: inde conieſto, as, & coniectura.* Altercor, aris, *ideſt iurgor & quaſi aduerſam, partem tueor.* Alterare *eſt variare & quaſi alterum facere:* Alternare *eſt per uices ſuccedere:* Adultero, as, *ideſt adulterium committo ſeu adulterium fatio & quaſi corrumpo vnde numus adulterinus: ideſt falſus:* Periclitor, aris, *ideſt periculor ſeu periculum ſubeo vel experior: periclitatis moribus: ideſt expertis periculum eſt vitæ diſcrimen ſeu experimentum.*

Tueor, eris, *ſecundæ, ideſt defendo: inde tutor, aris, frequentatiuum: ſed tuor, eris, ideſt video: zelus eſt inuidia ſeu æmulatio ſeu amor: neque zelaueris fatientes iniquitatem: ideſt non imitatus fueris.* Præſtolor, aris, *ideſt*

expecto: & habet penultimam correptam: cum accuſatiuo vel datiuo conſtruitur: ſignificat etiam præſto eſſe ſeu obſequi ſecundum Donatum. Opſonor, aris, *ideſt emo ſeu præparo res neceſſarias ad opſonandum hoc eſt aliquid cum pane comedendum ſiue conuiuandum: dicebatur etiam opſono, as, opſonium eſt quicquid in cibum adijcitur præter panem & vinum.*

Vereri *eſt timere cum pudore quodam erga eum quem metuimus: vnde proprie eſt liberi ſicut timere eſt ſerui:* Frutico, *as, neutrum & fruticor deponens: ideſt pullulo & quaſi frutiſices emitto:* Frutex *dicitur qui ad iuſtam magnitudinem arboris non aſſurgit: & ſtatura ſimilis eſt multis herbis: ſed non areſcit vt herba:* Eſt *etiam tertium genus quod nec arborem nec fruticem propriæ dixeris vt eſt vitis: hinc frutetum & fruticetum & fruticeſcere.* Ruſpor, *aris.i. ſæpius ſeu diligenter ſcrutor: corruſpor: ideſt examino & conquiro: & proprie ruſpari dicuntur gallinæ quæ terram ruſpantur: ideſt ſcalpunt.* Machinor, *aris, ideſt imaginor ſeu cogito ad reperiendum & fabricandum tam bonũ quam malum:* Apricus *pe, pro, eſt locus ſoli expoſitus: inde apricari eſt in aprico loco eſſe.* Polliceor, *eris, eſt vltro ſeu ex pactione promitto: & componitur a, poli, quod eſt multum vel a' pol: particula affirmatiua ſeu a' porro & liceor: vnde pollicitor frequentatiuum & pollicitatio & fuit commune vt ait* Priſcianus.

De *imperſonalibus.*

IMperſonale dicitur quia caret perſona, & licet careat numero, tamen non dicitur innumerale, quia perſona eſt dignior numero, & denominatio fit a meliori vel dicitur imperſonale: ideſt valde perſonale, quia ſub figura tertiæ perſonæ omnes perſonas numeroſq; ſuſcipit. item dicimus mea hominis refert vt eſt apud Marcellum, ſic mea platonis intereſt vt ait Sipontinus, dicitur etiam mea qui ſum plato intereſt. Nota q; hoc verbum, eſt, interdum ponitur imperſonaliter vt petri eſt pro intereſt, ſed pro mea, tua, ſua, noſtra, & veſtra, dicimus meum, tuum, ſuum, noſtrum, & veſtrum: vt meum eſt legere: ideſt ad me actinet legere. vel officium meum eſt legere. Item inter eſt & refert perſonaliter habent nominatiuum ſingularem generis neutri quinq; pronominum ſcilicet illud, ipſum, iſtud hoc, id, & quod: vt illud intereſt tua quod refert mea: rarius cum alijs. Item placet, incipit, deſinit, debet. fuerunt etiam paſſiuæ vocis vt a me placetur tibi: nũc potius actiuæ. Et nota q;, ego, tu, ſui, habuerunt duplicem genitiuum ſcilicet. mei, tui, ſui, qui ſemper paſſiue accipiuntur ſicut noſtri & veſtri in plurali vt amor mei: ſcilicet qui habetur erga me: amor noſtri ſcilicet qui habetur erga nos. Et etiam habuerunt, mis, tis, ſis qui ſemper actiue ſeu poſſeſſiue accipiebãtur ſicut noſtrum vt veſtrum in plurali vt amor mis: ideſt quem ego habeo erga alios: amor noſtrum: ideſt quem habemus erga alios: ſed quia, mis, tis, ſis, receſſerunt ab vſu: iccirco in eorum loco vtimur eorum

poſſeſſiuis,ſcilicet meus,tuus,ſuus,vt amor meus erga te: ſic amor noſter: hinc fit vt non dicamus mei intereſt quia hoc verbum ſignificat poſſeſſionem & non paſſionem vt mea petri intereſt quaſi in mea reſideſt vtilitate:hinc colligitur vt dicamus hic liber eſt meus franciſci:non autem mei franciſci: niſi meus franciſcus eſſet alius a me:ſic egeo tui qui es petrus:vel egeo tui petre vel egeo te petro.Item dicimus mea ſolius intereſt: tua vnius refert:Memoria mea: actiue ponitur ſcilicet qua ego recordor:memoria mei paſſiue ꝙ alij de me recordētur:dolor meus quo ego ſollicitor:dolor mei quo alij ſollicitantur:ſic vtilitas mei & mea: hæc pars eſt mea non de parte corporis dicitur ſed hæreditatis: hæc eſt pars mei de corporis parte intelligitur: ſic manus eſt pars mei non mea:fundus eſt pars mea non mei. Adeo autem dare actiuam ſignificationem his tribus genitiuis ſcilicet mei,tui,ſui,refugerunt authores linguæ latinæ: vt eos mutauerint in aliam vocem:genitiuis aliarum dictionum cū quibus iunguntur non mutatis: hinc Cicero dico mea vnius opera rem publicam eſſe liberatam.idē. ſolius enim meum peccatum corrigi non poteſt.idē. Ex tuo ipſius animo coniecturam ceperis.Quintilianus:ſuę ipſorum fiduciæ permittunt:hinc apud ſacram paginā: Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.Nota ꝙ ſui & ſuus,a,um,appellantur reciproca quia in ſe reciprocantur ſeu inflectuntur vt petrus te rogat vt ames fratrem ſuum:non autem eius:nec poteſt dici ego dixi ſibi

ſed ei:nec fuiſti ſecum ſed cum eo:quia hic nulla eſt reciprocatio quæ fit quando eadem perſona in ſe reflectit actum ut reddita roma ſibi eſt:nã ſi dixiſſet ei intelligeretur de altero & nõ de ipſa roma. & ſi dicamus dum Cic. *cũ* Trebatio *loqueretur multis verbis negligentiam eius accuſauit:profecto* Trebatij *negligentiam à* Cicerone *accuſatã intelligimus:ſi vero negligentiam ſuã dicamus:*Ciceronem *ſignificamus negligentiam propriam accuſaſſe:item male dicitur:omnes te expectant vt des illis librum ſed ſibi quia eſt reciprocatio:ſuus interdũ accipitur pro proprio ut ſuus cuiq; innatus eſt error.i.proprius:factus eſt cõſul* Scipio *ſuo tempore.i.ſibi cõgruo.*

De *quibuſdam numeris & ponderibus.*

S*ingularis,dualis,binarius, ternarius, quaternarius, quinarius,ſenarius & ſic reliqua. centenarius, millenarius:ut tu es uicenarius:ideſt uiginti annorũ.* Hoc *biẽnium,triennium,quadriẽnium,quinquẽnium,ſexennium ſeptennium,octennium,nouennium,decennium bimus,a,um,trimus,quadrimus:hæc magis referuntur ad res ut uinum quadrimum:bimulus uero trimulus, & quadrimulus:magis ad perſonas ut puer bimulus.i.duorũ annorũ:ſic bimatus,trimatus,quadrimatus,quimatus apud* Plinium:*quæ ſunt nomina quartæ declinationis & habent mediam productam ut herodes occidit omnes pueros à bimatu.i.à ſpatio duorũ annorũ:item bimeſtris.i. duorum menſiũ:ſic trimeſtris:q̃drimeſtris:item bipes.i. duos pedes habes:ſic tripes,quedrupes,octipes,decẽpes,*

centipes,dis.hæc decempeda penultima correpta eſt p̱tica decem pedũ qua menſurabatur aliquod terræ ſpatium:hoc biduum.i.ſpatium duorum dierum ſic triduũ, quadriduum,binoctium,trinoctium,quadrinoctium,bicorpor,tricorpor,quadricorpor,biceps,triceps, quadriceps,centiceps,bifariã,trifariam,quadrifariam,multifariam,plurifariã,omnifariam.i.per omnes modos ſeu per oẽs partes & ſunt aduerbia:dicitur etiam bifarie, trifarie:ſic bifarius,a,um,Suetonius munera plurifaria:Apuleius.omnifario ſermone,bipatens,tripatens,oĩpatens,bilinguis,trilinguis.bifidus,trifidus,quadrifidus,biſulcus triſulcus,quadriſulcus,biuiũ,triuiũ,quadriuiũ,geminus trigeminus,q̃tergeminus,unimanus,bimanus, cẽtimanus, unicolor,bicolor,tricolor,quadricolor,duũuir,triũuir, quinq̃uir,decẽuir,cẽtumuir,bigæ,trigę,quadrigæ,biiugus,triiugus,quadriiugus,triãgulus,quadrangulus, bifurcus,trifurcus,quadrifurcus:& cætera talia quę nõ p̱ oẽs caſus nũeroſq̃ uariãtur:et rarius procedũt ulterius.

De aſſe & reliquis.

AS,duſſis,treſſis , quadraſſis,quinqueſſis,ſexcuſſis, ſeptuſſis , octuſſis, nonuſſis , decuſſis , undecuſſis, duodecuſſis , tredecuſſis , quatuordecuſſis, quindecuſſis , ſexcuſſis decuſſis & ſeptuſſis. decuſſis & octuſſis: uel duodeuiceſſis , decuſſis ac nonuſſis : uel undeuiceſſis : uiceſſis uiceſſis as , uel as & uiceſſis , uiceſſis duſſis : & duſſis & uiceſſis : & ſic deinceps triceſſis quadrageſſis quĩquageſſis ſexageſſis ſeptuageſſis octogeſſis

nonageſſis centuſſis & uix plura vntia dicitur ab vno: ſextans eſt ſexta pars aſſis.i.ſexvntiæ:quadrás eſt quarta pars aſſis.i.tres vntiæ : triens eſt tertia pars aſſis.i. quatuor vntiæ:quincunx.i.quinq; vntiæ:ſemis ſiue ſelibra eſt dimidium aſſis.i.ſex vntiæ:ſeptunx.i.ſeptẽ vntiæ:bes olim des quaſi dempto triente.i.octo vntiæ: dodrans quaſi dempto quadrante.i.nouem vntiæ: dextás quaſi dempto ſextante.i.decem vntiæ:deunx quaſi dempta vntia ex aſſe.i.vndecim vntiæ : As valet duodecim vntias : nota ꝙ veteres quicquid diuidebant in partes æquales vt hæreditatem & quid vis ſimile:aſſem appellabant:& partes vntias : fatio te hæredem ex aſſe.i. ex tota hæreditate:apud Suetonium:Cæſar inſtituit Octauium hæredem ex dodrante interdum as eſt numus libralis ex ære:Horatius quem ſi diminuas vilem rediga tur ad aſſem.Et ſicut as eſt nummus vnius libræ:ſic dipondium ſiue dipondius eſt nummus bilibris.

De Seſtertio & alijs numeris.

SEſtertium ſiue ſeſtertius eſt numus duarum librarum cum dimidia : & dicitur ſeſtertius quaſi ſemis tertius eo ꝙ contineat duos aſſes & dimidiatum tertium:vnde notabatur per duplex,ll, & cum,s,vtrunq; ſecante ſic,s,quia continet duas libras & ſemis:libra cõſtat ex duodecim vntijs ſicut,as,proprie libra eſt inſtrumentum quo res ponderatur cum lancibus unde bilancem uocant:ſtatera uero eſt inſtrumentum quo res ſine lancibus ponderantur:obolus ſiue ſcrupulus cõtinet ſex

ſiliquas

ſiliquas & eſt vigeſima quarta pars vntiæ: vntia namq; valet drachmas octo.i.ſcrupulos viginti quatuor: Hæc drachma,æ,continet tres obulos ſiue ſcrupulos q ſunt decem & octo ſiliquæ: ſed hoc dragma,atis,latine dicitur manipulus ſiue rapina: at hoc drama,atis,ſine,g,dicitur vbi aliquã actio eſt: vnde ſtilus dramaticus.i. actiuus ſeu imitatiuus & proprie eſt in comedijs et in tragœdijs: vbi diuerſæ perſonæ loquentes ſiue canentes introducuntur ſine poetæ interlocutione vnde canit eccleſia: ante torum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis.i.repreſentatiõis pſonarum canentium: nã drama græce eſt repreſentatio alicuius rei: ſed vbi ſolus Poeta narrat dicitur ſtilus dihematicus: mixtus vero ſtilus eſt vbi & poeta & perſonæ locuntur. Mina ſiue mna græce: habet ſiclos.lx.qui ſatiunt obolos mille & ducẽtos: mina graia habet drachmas.lxxv. ſiclus vero eſt quarta pars vntiæ Sextula autem eſt ſexta pars vntię.i. quatuor ſcrupuli: libra romana hẽt nonagita ſex drachmas: ſed actica nonaginta duas: quæ etiam ſecundũ diuerſas nationes fuerũt diuerſi ponderis: ſic talentũ athenienſe magnũ valet octoginta tres minas & vntias quatuor: paruum vero habuit minas ſexaginta: talentum autem romanum magnũ habuit ſexaginta minas et drachmas ſex milia: nullum enim pondus eſt maius talẽto nec minus ſiliqua: poſt quam eſt obolus qui continet ſex ſiliquas. item ſiliqua eſt folliculum ſiue integumentũ vbi grana leguminum includuntur. itẽ ſiliqua eſt genus gra

ni apud Columellam.item ſiliqua eſt arbor habens fru ctum prædulcem:cuius cortex manditur: & habet ipſe fructus longitudinem digitorum hominis:& latitudinē pollicarem: ideſt pollicis.vt ait Plinius vulgo dicitur caruba.Hæc cornus tam ſecundæ quam quartę ſecundū Priſcianum eſt arbor quæ habet ramos ſimiles cornibus animalium in duritia & rigiditate:fructum circa ſolſti tia facit:primo candidum poſtea ſanguineum.Virg.Volat Itala cornus.i.telum ex corno.idem lapidoſaq; icorna pro fructu.Coricum eſt nomen vrbis & montis in ci litia crocum ferentis.Corycei dicuntur curioſi ſubauſcultatores rerū alterius.Corythi penultima producta ſunt thecæ arcuum ſiue ſagittarum:Corythus pe,cor,eſt oppidum thuſcyæ patria dardani prope aretium.Virg.Nec ſatis extremas corythi peruenit ad vrbes.

In generibus nominum expoſitio.

MIchael interpretatur quis vt deus. quaſi dicat nullus:vbi enim ſit aliquid miræ virtutis ipſe mittitur vt ex ipſo opere oſtendatur illud quod nemo poteſt facere niſi deus.vnde miſſus expugnauit antiquum draconem.Gabriel interpretatur fortitudo dei:vbi namq; diuina fortitudo manifeſtatur ipſe mittitur ſicut ad profundum incarnationis myſterium uirgini nuntiandū ipſe miſſus eſt.Raphael interpretatur medicina dei: nā vbi curandi vel medicandi eſt opus neceſſarium: ipſe mittitur:vnde miſſus eſt ad thobiam vt cæcitatem eius curaret.Angelus.i.nuntius:ſunt autem nouem ordines ange-

lorum.ſ.angeli,archangeli,throni,dominationes, virtu
tes,principatus,poteſtates,cherubin,& ſeraphin, Cheru
bin ſiue cherub.i.ſcientiæ plenitudo:quia cherubin ſunt
agmina ſublimiora & amplius cæteris inferioribus diui
næ ſcientiæ plena.Seraphin ſiue ſeraph:ideſt incendens
ſeu ardens:quia præ cæteris diuina claritate incendun
tur:nam inter ſe & deum nulli angeli conſiſtunt ſatha
nas ſiue ſathan:ideſt aduerſarius vel tranſgreſſor Dæ
mon:ideſt peritus & rerum ſcius.diabolus:ideſt calum
niator.Saga eſt mulier ſacrorum perita Præfica eſt mu
lier ad deplorandum mortuum conducta.Spinus eſt ar
bor prunorum ſic dicta eo ꝙ ſpinis referta ſit.Vir. Edu
ramq; pyrum: & prunos iam ſpina ferentes Balſamum
eſt ipſa arbuſcula.opobalſamum eſt ſuccus eximiæ ſua
uitatis: xilobalſamum eſt lignum eiuſdem carpobalſa
mum eſt fructus balſami: ſiler eſt genus arbuſti quod
alij appellant ſalicem.ſed hic ſiler eſt fluuius iuxta ſaler
num. ſuber eſt arbor glandifera: robur ſiue robor eſt
ſpeties quercus duriſſimæ:& per tranſlationem ſumitur
pro animi fortitudine:& etiam quacunq; re dura & for
ti. Amomum:cinnamum ſeu cinnamomum arbuſcu
la eſt cuius cortex quanto gracilior tanto melior:car
damomum eſt ſemen arbuſculæ quæ valet contra car
diacam paſſionem:nam cardia eſt cor.thus ſi deriuatur
a' thio.i.ſacrifico habet aſpirationem:ſi vero a' tunden
do nõ aſpiratur myrabolanũ eſt arbor habẽs fructũ glã
di ſimilem:interpretatur myrobalanũ quaſi vnguẽtaria

glans liguſtrum eſt arbor ex cuius ligno fiebant teſſe-ræ vt ait Plinius: item liguſtrum eſt flos candidiſſimus & viliſſimus. Vacinium a' Plinio numeratur inter arbores: & eſt etiam flos de genere violarum: Planeta interpretatur erraticus Cometa eſt ſtella crinita. laniſta eſt princeps ſeu inſtructor gladiatorum: ſophiſta eſt apud quem diſcendi exercitium diſcitur: vel qui falſis argumentis malas cauſas tuetur. Collega eſt ſotius in magiſtratu: Pincerna eſt qui propinat alicui. ſcurra eſt qui captat riſum non ſalua dignitate perſonarum. lixa eſt qui aquam vehit: Aſſecla eſt cliens: perfuga a' ſuis fugit vt iuuetur: transfuga vero vt iuuet. hoc adria ponitur pro mari adriaco ſeu adriatico & quod dicitur ſuperum: & deriuatur ab oppido adria patria Adriani imperatoris: Verna eſt ſeruus dominatus, popa, ideſt pinguis. Verbigena. i. chriſtus aſſumptus a' uerbo diuino: Manna interpretatur quid eſt quia ſic dicebant iudei adinuicem quum cecidit ille cibus quod dicitur mãna. Mammona: ideſt diuitię: unde diuus Hieronymus. Videtis ꝙ iniquus mammona in hoc ſæculo deficit: & licet græce ſcribatur ꝑ omega tamẽ latine potius corripiatur. ſicut multa.

Paſcha hebracie dicitur phaſe: ideſt tranſitus: qui exterminator videns ſanguinem in foribus iſraelitarum pertranſiuit nec percuſſit eos vt ait Hieronymus: vel dicitur paſcha quia per paſſionem tranſiuit de morte ad vitam & vere declinatur hoc paſcha huius paſchatis: nam hæc paſcha huius paſchæ dicitur: & non hoc pa-

ſcha paſchæ: quia prima declinatio vere non habet genus neutrum. Polenta eſt genus cibi: ſic Ouidius quinto meta. Dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta: ordo eſt: cum polenta dedit dulce ſcilicet muſtum quod ante coxerat in teſta: quod clarius ſubiungit dicens cum liquido mixta perfudit diua polenta: ordo eſt diua perfudit eum cum polenta mixta cũ liquido: ſic Apuleius: polentæ caſeatæ: poblema eſt propoſitio cum interrogatione alicuius dicti impliciti. Enigma eſt omne obſcurũ. Toreuma eſt vas ſculptum. ſchema eſt figura vel modus loquendi vel cultus ſiue ornatus. Emblema eſt ſignum impreſſum. Hæc epithome, es, eſt breuiarium ſeu compendium ſeu ſupra inciſio. Parricida & patricida vterq; proprie pro interfectore patris accipitur: large vero pro interfectore cuiuſcunq; hominis & etiá pro patriæ proditore: Homicida eſt qui hominem occidit. Mancipi dicuntur res manu captabiles quas ex ſub haſtatione emimus: vt iſta ſunt nobis mancipi: ideſt ſubhaſtatione publica empta: ſic iſta ſunt nihil. ideſt nullius pretij: ſic mancipia frugi: ideſt ſobria ſeu utilia ſeu neceſſaria: quæ tria per omnes caſus, genera, & numeros: indeclinata ſunt: Manceps dicitur qui aliquid à populo emit vel conducit qui ſublata manu ſignificat auctorẽ emptionis: qui etiam præs dici poſſet: Mancipes ſiue mácupes ſunt publicanorum principes qui queſtus ſui cauſa decimas redimunt. Cudo, onis, eſt qui cudit monetam. Trapezita eſt campſor pecuniarum qui etiam dicitur

menſarius & argentarius græce collybiſta quorum mi niſterium habet cauſam publicam: qui præſunt publicis actionibus tenentes libellos in quibus data acceptaq; ſcribuntur: qui etiam dicuntur numularij: telonarij vero dicuntur publicani ſeu tributorum collectores: hoc telo neum pe,cor,græce: eſt menſa publicanorum vbi vecti gal exigitur. Spado: *ideſt eunuchus:* Mango *eſt emptor vel venditor ſeruorum vel quarũcunq; rerum.* Ligo *eſt raſtrum quo terra foditur.* Talio,onis,*eſt par pœna vt dens pro dente quia taliter recipiebat qualiter fatiebat.* Stellio,onis,*eſt animal ſimile lacertę habens tergum de pictum lucentibus guttis: eſt etiam alius ſtellio de gene re araneorum ſiue aranearum lentiginoſus:* Pſeudo *eſt falſus:* Mugil *eſt genus piſcis capitoſi vnde græce ce phalon: qui in metu abſcondito capite totum ſe occulta ri exiſtimat.* Splen *ſiue lien eſt pars extorum vbi eſt vis ridendi:* Rien *ſiue ren eſt caruncula in lumbis hærens: renes etiam ſunt qui lumbis adhęrent.* Pecten *eſt quo ca pillos explicamus: & ipſa pubes: & inſtrumentum texen di & plectrũ cytharæ: & quidam piſcis: eſt autem pu bes illa lanugo quæ naſcitur circa pudenda.* Attagen *eſt auis quæ vulgo dicitur francolinus: dicitur etiã atta gena,æ,* Hymen *eſt deus nuptiarum qui etiam dicitur hy menæus: ſed apud romanos thalaſſio vocatur.* flamen *eſt ſacerdos.* Iubar *eſt ſplendor: ſępius pro ſole ponitur.* lar *eſt deus domeſticus: interdum accipitur pro ipſa domo.* Spinter *eſt fibula in humeris aut armilla, vt ait* Priſcia

*nus.Siler eſt arbor vt ſupra diximus.Siſer eſt herba cu
ius radicem nobilitauit Tiberius flagitans eam quot an
nis ex germania.laſer eſt ſuccus qui exudat ex laſerpi-
tio virgulto:Hir eſt planta manus:Pyr eſt ignis: Gadir
eſt oppidum. Cor eſt quo ſapimus:& eſt primũ mem
brum quod fit a' natura:et vltimum quod extinguitur:
cæteris nobilius:Pulmone anhelamus : iecore ſiue epate
amamus.Felle iraſcimur.Ruder ſiue rudus eſt pauimen
ti materia.ſ.ſaxa de nouo contuſa vel teſtæ confractæ
cum calce ad pauimentum fatiendum.Ador eſt indecli-
nabile:olim dicebatur ador:huius adoris : & eſt genus
farris ſeu frumenti:quod etiam dicitur hoc adoreũ:,in-
de hæc adorea cũ accentu in antepenultima dicitur laus
bellica:liba adorea.i.ex farre facta. Furfur eſt purga-
mentum farine:quod etiam apud quoſdam fuit neutrum
licet perperam:eſt etiam quædã auis:furfures vero pro
morbo capillorum accipiuntur.Aſtur ab aſturia ciuita-
te hiſpamæ:vnde equi aſturcones.Anxur eſt vrbs quã
olim trachinam dicebant nunc taracinam:& dicitur an
xur quia ibi colebatur Iuppiter anxurus.i.ſine nouacu-
la quia barbam nunquã raſiſſet vt ait Seruius.Ligur ſi-
ue ligus eſt incola liguriæ quæ eſt Italiæ regia inter va
rum & macram fluuios:cuius caput eſt genua: liguſticũ
emporium:vnde incipit appenninus mons.Vas dis: eſt fi
deiuſſor. Boreas,æ,eſt vẽtus ſeptentrionalis, & licet
vẽti ſint quatuor principales:a quatuor partibus mũdi:
tñ ſinguli in ternos diuidũtur.Nã ab oriẽte medius di-*

citur ſubſolanus: huic ad ſeptentrionem eſt Vulturnus: ad meridiem eſt Eurus: Ab occaſu medius eſt fauonius: huic ad ſeptentrionem eſt circius: ad auſtrum eſt Zephirus: a meridie medius eſt auſter: huic ad orientem eſt notus: ad occaſum eſt Aphricus. a ſeptentrione medius eſt Boreas: huic ad orientem eſt Aquilo: ad occaſum eſt Corus: qui ſcribitur ſine aſpiratione: & producit primam: qui etiam dicitur caurus ſed græce dicitur Argeſtes: at chorus cum aſpiratione ſignificat multitudinem & corripit primam: Notus pro vento non aſpiratur ſed Nothus pro ſpurio: ideſt illegitime nato aſpiratur. Etheſiæ ſunt venti orientales: quos ſtrabo vocat ſubſolanos: hi autem quot annis quadraginta diebus flant poſt ortum caniculæ & ideo appellãt Etheſias: ideſt annuos, quia ſingulis annis certo tempore redeuntem: vnde diuus Hieronymus ait flantibus etheſis nauem ſecurus inſcendi. ſunt etiam quidam venti peculiares quos incolæ in ſuis quiſꝙ regionibus fecerunt non vltra certum ſpatium procedentes: ut apud athenienſes eſt quidam ventus qui ſcyron paulo ab argeſte deflexus: ſic etiam iapix flat ex apulia quæ etiam dicitur iapigia: Virgi. Victor, gargani condebat iapigis aruis. At iapis, dis, fuit quidã ætholus qui condidit oppidum iuxta fluuium timauum. qui etiam iapidis nomen aſſumpſit. Virg. caſtella in tumulis & iapidis arua timaui. Ab apulia etiam flat alter ventus qui dicitur atabulus. item cætias eſt ventus quẽ Ariſtoteles ita flare dicit vt nubes nõ procul pellat ſed

ad ſeſe vocet: qui ſlat inter aquilonem & boream. Tiaras *eſt pileus phrygius ſiue mitra quæ etiam hæc tiara, æ, dicitur.* Nugas *indeclinatum idem eſt quod nugax, cis,* Fomes *eſt materia arida qua ignis nutritur.* Termes *eſt ramus ab arbore auulſus cum fructu: & proprie eſt oliuæ ſeu palmæ: ſicut palmes eſt vitis proprie:* poples *eſt pars oppoſita ipſi genu quæ curuatur ſic dicta quia poſt plicetur.* Ceſpes *eſt herba cum propria terra auulſa* trames *eſt via tranſuerſa* merges *eſt manipulus ſpicarum.* Teges *et tugurium* teres *eſt rotundum in longum.* præpes *eſt auis altius volans: præpes etiam eſt fœlix ſeu velox:* perpes *eſt perpetuus.* Hebes: *ideſt obſcurus,* Deſes, *ideſt piger.* Obſes *eſt qui traditur imperio alterius ea conditione vt ſi dator obſidis a' fide recedat: recipiẽti ſit poteſtas in corpus & in vitam obſidis:* Præſes: *ideſt præſidens:* Indiges: *ideſt nullius egens.* inquies: *ideſt non quietus:* Verres *eſt porcus:* Cocles *eſt monoculus:* Præs *huius prædis eſt qui ſe obligat & ſe ſatisdatorem facit & proprie in re nummaria: ſed hic vas, dis, eſt qui pro alio vadimonium promittit & proprie in re capitali.* Hippomanes *eſt caruncula in fronte equini pulli: quam ſtatim edito partu mater vorat alioquin partum ad hubera non recipit: vel eſt virus diſtillans ab inguine equæ: vel eſt herba quędã:* Compes *eſt ſole a ligne a:* corbis *eſt vas vimineum.* Torques *eſt ornamentum colli.* Vectis *eſt inſtrumentum quo clauditur hoſtium: vel quo aliquid portatur: vel ſubuertitur: vel erat palus ex fer-*

ro vel ligno ruſticis & fabris cæmentarijs ad multa ne ceſſarius:Libis eſt homo ex lybia quæ eſt prouincia africæ. Aqualis eſt vas ad tenendam ſeu ad hauriendam aquam.Cos eſt lapis quo cultri acuuntur: Glos eſt fratris vxor & ſoror mariti.Epos eſt genus carminis: impos eſt non potens:Cōpos eſt voti effictor. Chironomos eſt qui dat geſtus manibus.Arctus eſt vrſa:& duæ ſunt arcti quarum maior dicitur elice a' ciuitate archadiæ: altera minor dicta cynoſura quaſi canis cauda. Carbaſus eſt genus lini. Nardus eſt herba odora ſeu frutex. vnde nardinum vnguentum quod appellatur foliatum. Synodus eſt coadunatio ſeu conuentus: Biſſus eſt lana ſubtilis. Vānus eſt cribrum:Phaſelus eſt genus nauigij uel legumen. Delus inſula maris ægei alumna apollinis clariſſima templo et emporio dicta delos quaſi manifeſta quia merſa ſubito apparuit dicta etiam eſt pyrpile ab igne ibi primum inuento: dicitur etiam cynthia a' monte:dicta eſt etiam aſteria a' ſorore latonæ: ſed imprimis dicitur ortygia a' coturnicibus ibi primū inuentis quas greci ortygas uocant. Atomus eſt corpuſculum quod ſectionem non patitur.Periodus eſt clauſula ſeu circuitus ſeu ambitus orationis ſeu comprehēſio ſeu circumſcriptio & continuatio ſeu amfractus ſeu genus puncti:apud græcos eſt genus certaminis.Biblus latine papyrus ſeu iuncus.ſeu liber.Pus eſt omne quod putet: nam puteo,es,& feteo,es,idem ſunt: Thorax latine pectus vnde accipitur pro genere armaturæ qua pectus

protegitur. Nicticorax: ideſt coruus noctis: limax eſt quidam vermis. Peruicax eſt perſeuerans cum quadam ui: pertinax eſt nimis tenax. Similax eſt ſpeties herede ſeu herbæ ſimilis hederæ: Smilax pro taxo arbore accipitur ferente baccas in quibus eſt venenum quod dicitur toxicum quaſi taxicum a' taxo. Frutex de hoc vide in fine deponentium. Obex eſt obſtaculum. Forpex eſt ferramentum quo pili inciduntur. Forfex quo tela ſeu fila ſecantur. Vibex eſt ſignum ex ictu flagelli: Carex eſt herba ſpinoſa ſimilis aſparago. Imbrex eſt tegula. Ramex eſt herniæ genus. Inter oues qui generat agnos dicitur aries: qui vero non generat dicitur ueruex ab inuerſis teſtibus ſeu cui adempti ſunt teſtes. Sic inter capras generans ædos dicitur hyrcus: non generans dicitur caper. inter hinnientes equus generat: cantherius uero eſt equus cui ſunt amputati teſtes: ideſt teſticuli. inter gallinas gallus generat: capo vero eſt ſine teſtibus. Fornix eſt arcus. Varix eſt dilatatio uenarum intibijs. Onyx eſt genus marmoris. Maſtys huius maſtygis uel, cis, interpretatur flagellum ut Cicero maſtyx: ideſt reprehenſor Ciceronis, unde maſtygia dicitur uerbero hoc eſt uerberibus dignus: ſed hæc maſtiche, es, eſt lachryma lentiſci. Orix eſt animal getuliæ ex caprarum genere ueſtiturq́ pilo contrario & ad caput uerſo. Natrix eſt ſerpens qui in aqua uenenum ſpargit. Lucanus Et natrix uiolator aquæ. Coxendix eſt coxa ſeu uertebrũ quo femora uertuntur: Celox eſt genus

nauiculæ breuis a celeritate dicta quam rhodij inuene-runt. Scrobs eſt foſſa: ſcobs eſt illa farina quæ cadit ex lignis dum ſerrantur. Puls, tis, eſt farina cum aqua & melle ſeu caſeo & ouo decocta: quo genere cibi pro pane veteres vſi ſunt. Adeps eſt generale ad omnem pinguedinem ſiue carnis ſiue alterius rei: ſed præciſe eſt illud pingue quod ad ſimilitudinem reticuli inteſtina cótinet ſeu contegit: forceps eſt quo calida capiuntur. Vir. Verſantq; tenaci forcipe maſſam. Bifrons eſt fallax. Efrons: ideſt impudens. Cælebs eſt caſtus quaſi cœleſtium vitam ducens vt ait Priſcianus.

De Heteroclitis nominibus.

HEteroclitum quaſi alterne declinatum. Dindimus eſt iugum mõtis idæ phrygiæ: matri deum dicatũ: ida autem eſt mons altiſſimus phrygiæ quæ eſt prouintia aſiæ abundans aquis & fluminibus in cuius ſummitate eſt locus qui appellatur gargarus: & in radicibus etiam idæ eſt alter locus dictus gargarus quæ fuit ciuitas feraciſſima frugum. Menalus eſt mons archadiæ quæ eſt regio peloponeſi. Iſmarus eſt mons thratiæ. taygetus eſt mons laconiæ quæ eſt prouintia peloponeſi. Maſſicus eſt mons campaniæ optimi vini ferax: campania autem eſt regio Italiæ fertiliſſima quæ nunc dicitur terra laboris vbi eſt Neapolis, Capua, cumæ, tenarus eſt locus vmbroſus in radice maleæ promontorij laconiæ vbi eſt hiatus ad infereos: eſt autem

promontorium mons in mari prominens. Supparus eſt genus togæ leuis & anguſtæ: vel eſt veſtis puellaris: vel eſt inſigne nauium: vel etiam ſignificat vela quæ ſuper antennas explicantur: vel rugatura panni. Tartarus proprie eſt profunditas inferni ſic dictus vel ꝙ omnia illic turbata ſint: vel a' tremore ingentis frigoris. Auernus eſt locus campaniæ prope baias plutoni dicatus: vnde ad inferos introitus patere credebatur: & eſt vicinus lucrino lacui. Arbutus eſt arbor fructus gignens ceraſis ſimiles: alio nomine dicitur vnedo, onis; quia aſperitate ſua plura edi non poſſunt: carbaſus eſt genus lini ex quo fiunt vela quæ carbaſa dicuntur: Zizania eſt lolium. Ethica: ideſt moralis. Topica: ideſt localis. Pergamus fuit ciuitas aſiæ inſignis quæ diu ſub attalicis regibus fortunata fuit poſtea romanorum prouintia facta eſt: vbi inuentus eſt vſus chartæ quæ nunc quoq; vulgo dicitur pergamena hinc fuit galenus medicus percelebris: ſed pergama, orum, erant arces troianæ quæ quia exant altiſſimæ omnia alta ædifitia dicuntur pergama. Altile eſt pingue factum alendo vnde gallina altilis dicitur: & aues altiles: animalia altilia. ideſt pinguia Argos eſt ciuitas non longe ab ipſis athenis peloponeſſi caput: eſt etiam aliud argos theſſaliæ & aliud in achaia. Elyſium a' poetis dicitur locus in medio inferorum ſuis fælicitatibus plenus: ſed philoſophi dicunt elyſium eſſe in inſulis fortunatis ad oceanum. Nundinum dicitur a' nono die quo ruſtici romam

ibant ad res emendas legeſq; accipiendas. Hic ueſper pro ſtella ueneris quæ etiam dicitur ueſperugo & ueſpera:& ueſperus ſeu heſperus:quæ mane præcedens ſolem dicitur lucifer:& in occaſu dicitur ueſper : dicitur itaq; hic ueſper & hoc ueſperum & hæc ueſpera pro ultima parte diei. Iuſtitium dicitur quaſi iuris ſtatio:ideſt iuris dicendi intermiſſio:quod fieri ſolebat in publico luctu. Macellum eſt locus ubi uendebantur omnia pertinentia ad uictum humanum ſic dictum a macello latrone uel a mactandis pecoribus. Spicum eſt acumen ad ſimilitudinem ſpicæ. Nitrum eſt genus ſalis: Epityrum eſt genus cibi cum caſeo : & dicitur ab epi. ideſt ſupra : & tiros : ideſt caſeus. unde tyrocneſtis eſt inſtrumentum foraminatum quo diſteritur caſeus: Garum eſt genus liquaminis ex piſce factum alio nomine dicitur muria. Saccarum dicitur mel in arundinibus collectum in modum gummi candidum & fragile. Serum eſt aqua lactis. Stannum eſt genus plumbi albi quod ſtagnum etiam dicitur : licet ſtagnum dicatur quaſi aqua ſtans:& etiam ponitur pro parte profunda maris. Illitium eſt incitamentum ab illitiendo dictum. Butyrum,p,cor,proprie eſt bouis caſeus:ſæpius accipitur pro lacte craſſiore & ſolidiore. Petroſelinum quaſi petrarum apium:nam inter lapides melius naſcitur: & eſt herba nota de genere apii nam ſelinon dicitur apiū: Sanſucum ſiue amaracus:eſt herba quæ uulgo dicitur maiorana. Abſcynthium eſt herba amariſſima uulgo di

citur herba blanca : Abrotanum, pe,cor, eſt herba ca‑
lida in primo gradu uulgo dicitur canfora. Roſma‑
rinum ſiue roſmarinus eſt frutex calidus & ſiccus.

Lemures ſunt laruæ nocturnæ: Sales ſunt facetiæ. ca
ni ſunt capilli albi. Fori ſunt ſpatia in nauibus. faſces
ſunt inſignia conſulum. Antes ſunt extremi ordines ui‑
nearum: uel eminentes lapides: uel ultimæ columnæ qui
bus ſuſtinetur fabrica ſeu materia : Artus ſunt membra
corporis unde articulus. Carceres ſunt funes qui oppo‑
nuntur equis currere uolentibus. Caſſes ſunt ferarum
uincula uel telæ aranearum. furfures pro morbo capil‑
lorum accipiuntur. Pugillares proprie ſunt tabellæ cæ
reæ uel ligneæ ſiue alterius materię in quibus ſtilo ſcri
bimus uel ſunt libelli parui ex quacunque re : Codicilli
ſunt breues litteræ hoc eſt epiſtolæ : uel ſcriptura illa
dicitur codicillus quæ nulla indigens ſolennitate ulti‑
mam uoluntatem teſtatoris indicat: & etiam codicillus
eſt paruus codex. loculi ſunt ſacculi ad condendas pe‑
cunias: Natales: ideſt generis nobilitas : Lares ſunt dij
domeſtici. Luceres eſt nomen centuriæ : romanæ. Ta‑
tienſes eſt nomen centuriæ a' rege tatio dictæ. Quin‑
tilij ſunt ſotij Romuli: Fabij ſunt ſotij remi. locri ſiue lo‑
crus Vrbs eſt ab Aiace oileo & a' naritijs cōdita apud
locrinum montem qui eſt in brutijs Italiæ: oppoſitus pe
loro ſiciliæ: inde locrēſes ſunt alij locri in græcia. Apol
linares erant ludi apollinis. Quinquātres erāt feſta mi
nerue a' numero quinque dierum dicta Circenſes erant

ludi qui fiebant circum enſes & flumina. Nonæ *ſunt partes menſium ſicut idus & calendæ de quibus vide in libro tertio:* Feriæ *ſunt dies ceſſationum ab opere.* Nundine *ſunt ferie ruſticorum dictæ a' nono die: quæ inſtitutæ dicuntur* vt *ruſtici octo diebus in agris eſſent: & nono die repeterent* vrbem *ad mercatum & pro legibus accipiendis.* Indutiæ *ſunt ceſſationes ab armis.* Termæ *ſunt loca calidarum aquarum quæ dicũtur balnea.* Lactes *ſunt inteſtina pinguia.* Inferiæ *ſunt ſacra mortuorum quæ alio nomine dicuntur iuſta.* Infitiæ: *ideſt negationes* vt *eo infitias: ideſt nego* Suppetiæ *ſunt auxilia* vt *fero tibi ſuppetias.* Diræ *ſunt furiæ.* Tricæ *ſunt impedimenta ſeu tarditates* vnde *extrico: ideſt expedio, intrico, as, ideſt impedio.* Ambages: *ideſt circuitiones* verborum. Genæ *accipiuntur pro illa membrana quæ ſuperius inferiuſq; tegit oculum: cuius extremus ambitus ciliu dicitur* vnde *ſupercilia quibus negamus & annuimus. & ipſæ genæ pilos habent in modum* valli *quæ etiam a' palpitando appellantur palpebræ: item dicũtur etiam genæ partes illæ quę ſunt a' cilio ad vniuerſam partem oculis ſubiectam quæ barba veſtitur: & quia ad ſpetiem mali factæ ſunt malæ appellantur.* Gingiuæ vbi *fixi ſunt dentes.* Exquiliæ *eſt mons romæ.* Antiæ *ſunt capilli mulierũ demiſſi in frontem.* Neniæ *ſunt laudationes funebres:* fidiculæ *ſunt tormenta quibus alligati funibus chordiſq; torquẽtur.* Quiſquilæ *ſunt reliquiæ cuiuſlibet rei: ſicut analecta quæ ſunt purgaméta*

cœnarum

tœnarum:ſeu reliquiæ ciborum ſub menſa cadentes.cantes ſunt fiſtulæ organorum: Phaleræ ſunt ornamenta equorum.Illecebræ ſunt illectiones quæ illaqueant trahendo homines ad vitia:Manubiæ ſunt ſpolia hoſtilia: Præſtigiæ incantationes ſeu deluſiones:præſtigiator dicitur qui circunſtantibus ita oculorum atiem præſtringit vt non aduertant dolum:Præcordia ſunt membranæ quæ cordi prætenduntur.Luſtra ſunt latibula ferarum.Roſtra ſunt loca iudicum:& pars nauium exporrecta e prora. Seria ſunt res graues. Tempe ſunt loca amœna theſſaliæ.Tripudia ſunt ſaltationes:Crepundia ſunt globuli concaui ſonori exære qui in collo infantiū ſuſpenduntur.Claſſica ſunt tubæ & ſonitus tubæ. Serta ſunt coronæ.Liba ſunt placentæ.Teſca ſunt proprie loca augurio deſignata. Carcheſia ſunt genera poculorum:& foramina quę in ſummo malo funes recipiunt. Ceraunia ſunt montes epyri crebro fulminati. Flabra & flamina ſunt flatus uentorum. Pæana ſunt laudes apollinis. Cythera eſt inſula quæ ponitur vltima cycladum ſeu laconiæ contra cretam: eſt etiam cythera vrbs cypri inſulæ in quam primum deuecta eſt venus egrediens concha marina:vnde venus cytherea:palearia ſunt pelles pedentes ex collo bouis. Orgia ſunt ſacra quæ dijs fieri ſolebant præſertim baccho: Parentalia ſunt inferiæ parentum.Iuſta ſunt ſacra defunctorum. Bactra oppidum ſcythiæ caput. Artaxata vrbs armeniæ. Fors pro dea & caſu. Ditione pro poteſtate,

Tabes:ideſt corruptio & morbus.lues:ideſt peſtis.Re petundarum is accuſabatur a' prouincialibus qui preſes prouintiæ alienas res aut ui aut dolo expilauit: Dica.i. cauſa.Impete pro impetu.Satias:ideſt ſacietas.Ganeo.i. guloſus qui ganeas frequentat,nam ganea ſiue ganeum eſt lupanar, eluonum diuerſorium & popina, eluare eſt gulæ inſeruire: Aleo eſt luſor aleæ Labeo a' magnitudine labiorum dicitur.Macte:ideſt magis aucte. Expes:ideſt ſine ſpe: Verberis & ictum & baculum ſignificat.fœmen in recto rarius inuenitur,ſunt autem fœmina partes poſteriores & interioes' at femora ſunt partes anteriores & exteriores.Acies eſt oculi,cultri,et militum, Diſcrimen eſt periculum & differentia & diſcerniculum & glabra ſiue glabella:ſpeties eſt effigies, ſpectaculum, imago,forma ſeu pulchritudo. cœlum eſt aer, nam pro inſtrumento cælandi ſiue ſculpendi debet ſcribi cum,æ,cælum. Appendix eſt quod alij adiunctum eſt.coronis,dis eſt roſtrum nauis,finis,extremitas, apex, cornu arcus & ſimilia.corollarium eſt id quod additum eſt præterq̃ quod debitum eſt quaſi auctariũ quodam,corollaria etiam ſunt ipſæ coronæ ſeu corollæ.corone eſt vrbs meſeniorum in peloponeſo vnde ſinus coroneus: Coronea eſt vrbs bœotiæ. corinthus eſt vrbs achaiæ fere in medio iſthmi pelopõneſiaci ſita,eſt autem iſthmos ea terræ anguſtia quæ inter duo maria iter porrigit,& ſemper eſt peninſularum,inter quas nobilitate pelloponneſus excellit inter duo maria:ſcilet ionium &

ægeum & inter duos ſinus.ſ.corinthiacum & ſaronicũ: nam græce ſaron eſt platanus: quia peloponneſus eſt ſimilis folio platani propter anguloſos receſſus. corbonã, pe,cor,iudei dicunt ſacrum theſaurum vt ait Ioſephus. Nodus eſt ligatura quæ non facile ſoluitur: nodo,as.i. ligo enodo: ideſt ſoluo ſeu declaro: Hi fori ſunt tabulata nauium: foruli ſunt armariola ſeu capſulæ vbi reponuntur libri: fori etiam in agris ſunt ſulci oblongi. & etiam ſpectacula circẽſia: ideſt loca erecta vt ex his ſpectetur: Fores proprie dicuntur quæ foris aperiuntur: valuæ vero quę intus reuoluuntur & ſe velant: forum eſt locus iuditij vel rerũ venalium ſic dictum quia controuerſiæ & res venales illuc feruntur. forenſia erant veſtes quibus in foro vtebantur. Hoc diploma,tis,in plurali diplomata ſunt tabellæ ſeu codicilli vbi imperata perſcribuntur & vbi aſcribitur nomen principis: vulgo bullæ dicuntur. Corbite,pe,pro,: ſunt naues onerariæ. choors: eſt turma dicta a cohortando ad pugnam: eſt etiã cohors ſiue cors,tis,locus vbi gallinas & anates et ſimilia habere ſolemus pręſertim in uilla vnde gallinæ cohortales. coctonũ ſiue bombatiũ vulgares bombicem docti xylon appellãt ſiue goſſipion genus illud lini candidiſſimũ ex ægypto: Hoc cordoliũ eſt cõmiſeratio quaſi cordis olor. Corchorus eſt vile holus apud Pliniũ ĩde eſt prouerbium in eos qui magnis honoribus inhiãt quũ ipſi ſint nihil.ſ.corchorus ĩter holera. Cordatus hõ.i.inſignis corde & pręſtans memoria qui ſolertia multa pol-

let & ingenio valet. Conuallis eſt planities vndiq; comprenſa montibus collibuſq; : & etiam eſt ſciſſio terræ: Collis eſt minor mons & quaſi monticulus vnde roma dicta eſt ſepticollis propter ſeptem colles ſiue monticulos. ſcilicet palatinum, quirinalem, auentinum, coeliũ, viminalem, exquilinũ, & ianicularem. Colis eſt pampinus vel caulis. Vallis eſt planities duobus lateribus incluſa: Hic vallus eſt firmior palus: hoc vallum eſt munitio caſtrorum, vallo, as, ideſt munio & firmo. Iugum eſt montis cacumen.

De Orthographia.

ORtographia eſt ſyllabarum ac dictionum recta ſcriptura: pro litterarum poteſtate ab authoribus obſeruata. Tota namq; grammatices diſciplina conſiſtit in recta ſcriptura & congrua loquela: proinde recte ſcribendi ſcientia hoc eſt orthographia his partibus cõſtat ſcilicet vi ac poteſtate ſeu diſtributione commutatione q; litterarum: non ſine aſpiratione & diphthongo: quæ omnia breuiter perſtringam. A. correpta mutatur in, a, productam vt faueo faui, vel in, e, productam vt fatio feci, vel in, e, correptam vt pario peperi. Item, a, producta in, e, productam vt armatus inermis. Item, a, breuis in, i, breuem vt amicus inimicus. Plæraq; in compoſitione mutant: a, extremam correptam in, i, correptã vt arma armipotens: cauſa cauſidicus. Item, a, producta in, u, productam vt ſalſus inſulſus. B. tranſit in, c, vt obcurro, occurro, in, f, obfatio, offitio, in, g, ut ſubgero

ſuggero,oggannio,in,m,vt ſubmitto,ſummitto, globus glomus,in,p,vt ſubpono,ſuppono,oppeto, in,r, vt ſubrapio,ſurripio,in,s,vt iubeo:iuſſi :ſed in præpoſitione ſub interdum manet,b,vt ſubſequor:ſed ſuſpicor : ſuſpitio ſuſtulit ſuſtineo ſunt ſine,b,quia componuntur a' ſur ſum ſiue a' ſuſum antiquitus.Sequente,r, interdum ſtat b,vt abrogo,abrado,ſubruo:interdum tranſit vt ſurripio.Item,b,tranſit in,u,ut abſugio,auſugio,abſero , auſero.In præpoſitione,ob,ſequente,c,tranſit,b,in,c,vt occido ex,ob,& cædo,interdum ſuſcipit,s,vt obſcurus ex ob.& charus per antiphraſim eo ꝙ obſcura nõ ſint chara:vel a'cura quia carentia luce obijtiunt nobis curam: obſcœnum ab,ob,& cœnum:ideſt immundum. At *obſcenum venit ab,ob, & cano vt obſceniq; canes : ideſt contraria & infauſta canentes,*Obcœco,*as, tamen retinet,b,*Omitto *autem amiſit,m,primam:quia corripit primam ſyllabam:interdum abijcitur,b,vt operio:ideſt tego:ſequente,t,remanet vt obtineo,obthuro,as,ideſt claudo.*

C.*tranſit in,g, antecedente,n,vt quadringenti pro quadrincenti item in,s,vt parco parſi.ſed præcedente,s, interdum remanet vt nanciſcor nactus : interdum tranſit in,t,vt iraſcor iratus.* Item *in,u,conſonantem vt quieſco quieui: interdum tranſit in,x,vt dico dixi. aliquando profertur ſono ipſius,g,vt cneus.caius.* Item:*interponitur ſæpe cauſa euphomæ vt ſicubi nuncubi.*

D.*tranſit in,b,c,f,g,l,n,p,r,s,ſſ,t,vt duellum bellum, accuſo , affitio,aggero,allido, annuo, appono , arrido,*

raſi,ceſſi,attingo,ſequente,q,mutatur in,c, vt acquiro: interdum prohibet hiatum vt redimo, redeo, prodeſt, Subtrahitur autem,d,quum ſequens ſyllaba incipit ab,s, & alia conſonante vt aſcendo, aſpitio, aſto, agnitus. E.correpta tranſit in, a,correptam vt ſero ſatus:item in,e,productum ut lego legi.item in,i,breuem vt moneo monitus:item in,o,breuem vt tego toga.item in,u,correptam vt tego tugurium,rubeo rubui:ſic legendus legundus vbi eſt poſitio. F.pro aſpiratione ponebatur vt ſelena pro helena.item pro,b,vt ſi filus pro ſibilus: habebat etiam ſonum,u,conſonantis & appellabatur digamma & figurabatur ſic,ſ,vt fixit prouixit. G.tranſit in ct,vt lego lectus,pingor pictus.item in,s,vt ſpargo ſparſi.item in,x,vt rego rexi. I.tranſit in,a,vt pauli paulatim:Item in,e,vt forti forte. Item in,o,vt ſaxi ſaxoſus. Item in,u,vt libens lubens. L.triplicem habet ſonũ.ſ. exilem in medio vt metellus,rutilus plenũ in fine finiẽs dictionem vel ſyllabam vt ſol ſilua, ſeu quando habet aliam conſonantem ante ſe vt clarus, medium vero ſonũ habet in alio loco vt lego:item tranſit in,r,vt tabula taberna:item tranſit in:x,vt paulum pauxillũ. M.triplicem habet ſonum.ſ.obſcurum in fine vt meum: apertũ in principio vt malus:mediocrem in medio vt vmbra:trãſit in,n,ſequentibus,c,d,q,t,vt nuncubi: Tandem, tunc identidem ſimiliter, am, præpoſitio ſequentibus, c,f,q, trãſit in,n,vt anceps ideſt dubij capitis ſeu ambigui:gladij ancipites ideſt vtraq; parte acuti: an fractus ideſt

*circunfractus anquiro ideſt circunquæro ſic anſanctus ideſt ex omni parte ſanctus.*Virgil.*æneid.*vij.*Anſancti valles:cum dictione incipiente ab,a,e,i,u, interponitur b,euphoniæ gratia vt ambages,ambeſus,ambio, ambuſtus,& ambarualis:cum,p,remanet integra vt amputo.*

.N. *habet ſonum plenum in prima & vltima parte ſyllabæ vt notus:alumen:exilem in medio vt amnis:trãſit in,c,ſequente,q,vt enquid ecquid. Item tranſit in,g, vt innotus ignotus:in,l,vt vnus vllus.*Item *in,m,ſequentibus,b,m,p,vt imber,immotus,impero:in,r,vt corrumpo:in,s,vt ſcindo ſciſſus:in,t,vt canis catulus:in,u, conſonantem:vt ſino ſi ui.* .O.*tranſit in,a,vt creo creauit in,e,vt tutor tutela:in,i,vt virgo virginis : in,u,vt tremo tremui:ſic* Cypros *grecæ,*Cyprus *latine.* Q.*trãſit in,e,vt locor locutus:ſequor ſecutus:in,s, vt torqueo torſi:in,x,vt coquo coxi.* R.*tranſit in,l,vt niger nigellus in,n,vt æreus æneus:in,s,vt honor honos : in,ſſ, duplex vt gero geſſi : in,u, conſonantem vt tero triui.*

S.*tranſit in,d,vt palus paludis:in,m,vt rurſus rurſum:in,n,vt ſanguis ſanguinis:in,r,vt flos floris : in,t,vt nepos nepotis:in,u,conſonantem vt bos bouis.* T.*trãſit:in,s,vt uerto verſus:in,x,præcedente,c,vt pecto pexui.* V.*tranſit in,a,vt veredus veredarius:Eſt autem veredus equus velociſſimus:inde veredarius eſt nuncius ſiue tabellarius equeſtris celerrime litteras perferens.* Item *in,e, vt pondus ponderis : in,i, breuem : vt cornu cornicen : in,o, vt nemus nemoris : in,u, conſo*

nantem vt gaudeo gauiſus: interdum,u,conſonas in,u, vocalem vt caueo caurus. X.tranſit in,c,vt nux, nucis,in,ct,vt,nox noctis:nam pro,cs,& pro,gs,ponebatur vt apecs apex,gregs grex, & pro duplici,ſſ, vt vlyſſes vlyxes: quod vere deberet ſcribi cum gemino,ſſ, Item tranſit,in,u,conſonantem vt nix niuis. Ex,præpoſitio ſequente vocali,vel,c,l,t,p,s,integra manet vt exuro,excutio.exlex extraho:expecto vbi abÿcitur,s, ſicut exequor,expes,exoluo. Y.in græcis vtimur vt hymnus. Z.pro duplici,ſſ,ponitur vt maſſa pro maza:& pro, d,vt mezentius pro medentius.

De aſpiratione.

ASpiratio eſt humani ſpiritus craſſitudo qua litterarum ſonus craſſior in pronuntiando redditur. Cuius forma talis fuit,p,ſed nunc cum alia linea ſic remanſit,H,& ſcribitur inter litteras. At quia dictiones aſpirantur in principio vel in medio vel in fine, iccirco de his ſigillatim dicere aggrediar.

De aſpiratis in principio.

HAbeo,habilis,habena,habitus, haurio, hallucinor, hallucinator,hallucinatio,hariolor,hariolus, haruſpex,haruſpicina,harmonia,hadria,hamiota, hamus, hara,haud,ha, halo,habraham,harpago, hamadrias, halcyones,haſta,harpiya,harpe,es,hapalon, hammon. Helios,heliades,heliopolis, heliotropium, hei, heu, heus,hem,hic,hæc,heri,hebe,hecuba,hecate,hecaton,hecatombe,hecatontapylon,hebræus,hebenum, hebeo,es,

heiulo,as,heautontimorumenos.i.ſeipſum crucians, hepta.i.ſeptem,heptimemeris,hebdomada,æ,et hebdomas, dis,hebdoas,adis,herba.herus,hector, hedera, belluo, onis,helena.helenus,helle,helleſpontus,helice,hemonia heraclitus,heraclea,heros,heroicus,herodotus, hermolaus,herſilia,heſperus,heſperia,heſiodus,heſter,heluella,hemina eſt genus menſurę,heritius ſiue herinatius, hexameron,hexametrum,heremus.hernicus,hermes, hermaphroditus,hemis.i.ſemis,hemiſperium.i.dimidia ſphęra hoc eſt cœli dimidium,hemiſtichius.i.medius verſus, hemicyclus,hermus,heteros,heteroclitum,hetorogeniũ, helorus,heliſabeth ſeu hiſabela,helleborum ſiue helleborus ſeu veratrum,hexagonum,heliochryſus, hebrus.

Hierarchia.i.*ſacer principatus,hir.i.palma manus*, Hieronymus,*hieremias,hierico,ontis,ſeu hiericus,ci, ciuitas fuit hieroſolyma,æ,& hieroſolyma,orum, & hieroſolymę,arum,eſt vrbs iudęę ſeu paleſtinę quę alio nomine dicitur ſolyma,iebus,ſalem,hieruſalem,helia,luza: & bethel,hirundo,hirudo,hiempſal,hirtus, hirſutus,hiſpidus,hiulcus,hilaris,hinulus ſeu hinuleus, hilum, hio, hiſco,hinnio,hic.hippocrene, hippolitus quaſi ab equo diſſolutus,hippodamus.i.equorum domitor. hippodromus.i.equorum curſus,hippocomus.i.qui comit equum, hippomanes quaſi equi inſania, hippomachia.i. pugna equeſtris:hippotamus quaſi equus fluuialis,hiſtrio, hiſtoria,hololampus.i.totus flammeus,hyſtrix eſt animal habens tergus ſpinis hiſpidum quas tenſa cute iaculatur.*

hyas,hyades,hyberno,as,hybernus,hymber,hyẽs,hyemo as hyacinthus,hyalos.i.vitrum,hybla,hybrida,hybex.i. capreolus hydra,hydrops,hydropiſis,hydromantia,hy drochous,hydraulis:hęc hydrus huius hydruntis et hoc hydruntum eſt ciuitas:hymen hymeneus,hymnus,hyme= tus,hylas puer herculis,hypſiphilæ,hypocauſtum.i. va= porarium,hypallage,hyperbole,hyperbaton,hyſteron.i. ultimum:hypocrita.i.ſimulator : hypocriſis.i.ſimulatio, hydaſpes,hypermeter,hyperboreus, hyperion fuit ſolis pater:hyrcania eſt ſilua iuxta mare caſpium:hyſopus eſt herba:hypoſtaſis eſt ſubſtantia:hypotheca latine pignus

Homo,hoſpitium,hoſpitor,hortor,hoſtis,holus,holo phernes,holos.i.totum:holocauſtum.i.totum combuſtũ, holor,homelia.i.colloquium uel ſermo:homographia.i. æqualis ſcriptura:homonymõ.i.eiuſdem nominis: homo genius.i.eiuſdem generis:homeromaſtyx, hora,horolo= giũ,horizon.i.terminator:horoſcopus.i.horarũ ſpecula tor,hodie,hoc,honoro,honor,honeſtus,hordeum, hor= reum,horreo,hornus,a,um.i.huius anni. *Humeo,hu= mus,humilis, humanus,humor,hudus,huber, hubertas, humerus,hululo as,hulula auis eſt buboni ſimilis.*

De aſpiratione in medio & fine.

TRaho,ueho,inhereo,anhelo,inchoo,cohibeo,prehẽ do,inhabito,uehemẽs,ohe,cohorto,chorus,cohors, ahenum,diphthongus, panhormus,nihil,nihilum,mihi, pulchrum,ſepulchrum,lachrymor,ſchola chauos, cha= libs,character,charites,charus,charybdis,chelę,ſchema

ſchœnobates,chimera,chironomia, chirurgia,chirurgicus,chirographũ chiromãtia,chelis,chiron,ſchiſma,cholera,michael,machaon,oechalia, achaz achelous, rachel,archemorus,machæra,epicherema,acheron,orcheſtra,andromache,archiepiſcopus,archigallus,archimagirus,titymales eſt frutex qui dicitur lactuca marina,pachinus,machinor,cachinnor,enchiridion.i.manuale,anchiſes,architectus,conchis eſt faba uiridis colchis, anachorita eſt erenita ab anacoreo.i.ſecedo eremta eſt ſolitarius,hæc eremus eſt ſolitudo,ihesus ſiue ieſus.i.ſaluator,terſichore bacchus bacchor,aris,ſtomachor mechor, eccho,eunuchus iacchus,monichus nauarchus,ſanſuchus chlamys,chryſolithos,chryſomalus,chriſtus,chriſma,perſephone ſphæra ſiue ſpæra,ſphinga,phaon,pharus phylira eſt arbor quã uocãt tiliũ:uel eſt membrana tenuiſſima inter corticẽ & lignũ ex qua fiebãt coronæ,philtrũ latine amatoriũ.erat enĩ genus ueneni amorẽ & ĩſaniã ingerẽs,phoſporos.i.lucifer,ſymphonia latine cõſonãtia ſcyphus eſt uas potorium,philoſophus,phelegeton.cataphractus,phlegra:pithia chatholicus,thalamus,epithalamiũ thalia thallus.i.ramulus tener:theologia theocritus,theorica,thebæ,thema,themis,thenſa.i.ſacrũ uehiculũ.thermopyle ſunt portę aquarũ calidarũ,thias thimũ. hoc thymiama,tis eſt odor ſuauiſſimus referẽs naturam thymi,thynmus eſt piſcis,thioneus,tholus,thorax, ithacus,athanatos,biothanatus i.uiolenter mortuus,cythara cãtharus uere eſt poculũ quod baccho tribuitur dictũ

a' canthero quod eſt genus nauigij: hęc cantharis, dis, eſt vermis cuius ſuccus in venas ingreſſus vt venenum interimit. Lethargus eſt inexpugnabilis ſomni neceſſitas cum alienatione mentis. egeſtha quę genuit aceſtem ex crimiſo flumine, Agatha, Martha, althea, amalthęa quę cum ſorore ſua meliſſa iouem caprino lacte & melle pauiſſe feruntur, paſiphae, pantheon. i. omnium deorum, entheus. i. diuinus, parthenope, pliſthenes fuit pater agamemnonis, & menelai, antitheton, epitheton, illithya. i. diana, catabathmus. i. demerſum profundum ſeu deuexum, cataclyſmus. i. dilluuium, acanthis eſt carduelis auis, leucothoe, arcathoe, cymothoe, phaeton, methodus, lythoſtratos eſt locus lapidibus ſtratus, clotho, arethuſa, nothus. i. ſpurius, amathus, labyrinthus, calathus, lutheus. i. purpureus, athleta. thrulla eſt ferramentum cęmentarium, trulla vero ſine aſpiratione eſt vas. iſthmus rithmus, arithmetica, prothmeus. i. transfretator, ethnicus. i. gentilis, anthropophagi populi ſcythię qui humana carne ueſcebantur, thratia, triumphus, tæronus, anabathra ſunt gradus ſuperiores ſcanſiles. dicte ab anaueno verbo græco: ideſt ſurſum aſcendo, ericthonius, rhãnuſia, rhea, rhenus, rhęda, rhetorica, rhinnoceros, rhodus, rhombus, rhama, ah, uah, oh, ioſeph & reliqua quę aſpirari ſolẽt. Ego certe & in his & in cęteris omnibus vſum tritiorem recentioremq; ſequi niſus ſum. fauorim ſemper aſtipulatus ſententię aſſerentis vt viuamus moribus antiquis: verbis vero loquamur pręſentibus.

De diphthongis.

Diphthongus eſt coglutinatio duarum vocalium vim ſuam ſeruantium in eadem ſyllaba vt cæſar: ęneas: nam iotus & voco licet habeant duas vocales iunctas in eadem ſyllaba tamen illud,i,& illud,u, non habent vim ſuam: quia hic ſunt conſonantes: ſunt autem diphthongi quatuor: ſcilicet,ae,oe,au,eu, harum duę ſcribuntur & non proferuntur ut ęneas, mecœnas, reliquę etiam proferuntur ut audio eurus. Nota ꝙ,a,&,e, ante,us,finalem nunq̄ fere coit in diphthongum ut prothe ſilaus,Nicolaus,Bartholomęus, alueus. Excipiuntur in latinis laus & fraus ubi eſt diphthongus: in gręcis etiam interdum diphihōgon in fine habemus ut tydeus: orpheus,protheus,pręterea uſurpabatur,ei, diphthōgus ut queis pro quis latine,et,yi,ut harpyia gręce. Item,ae, uel eſt in principio ut ęquor: uel in medio ut dionęus, uel in fine ut muſę. At,oe,uel eſt in prima ſyllaba ut cœna: uel in media ut camœna, nulla tamen dictio,œ, diphthongo terminari poteſt: nam calliroe, leucothoe, cymothoe & ſimilia non habet diphthongum. De primis & medijs ſyllabis peculiaris regula dari non poteſt: ſed de diphthongo finali talis datur regula. Omnis gemtiuus & datiuus ſingularis: & nominatiuus & uocatiuus pluralis primę declinationis,ae,diphthongo terminatur: ſic etiam pronomina & adiectiua quę in fœminino ſequuntur primam declinationem ut tuę,bonę. Deinceps eas dictiones quę in frequenti latinorum uſu in

principio uel in medio diphthongon habent prout mihi magis uſitate ſe offerent explicabo. Aeas æantis: fluuius epiri: æacus, æacides, ægeus inde ægeum mare: ægides, ægeon: ideſt briareus egina, ægeria. ægle, ægyptus, ægis, dis, ægiſtus, ægon, n, p, ægoceros, ęolus, æſchilus, æſculapius, æther, æthiops, ætholia, ætna, æthon ideſt ardens: & eſt unus ex equis ſolis. Secundus dicitur phlegon: ideſt inflammãs. Tertius pyrois: ideſt igneſcẽs. Quartus ſolis equus eſt heous: ideſt ſplendens: æpolus: ideſt caprarius, ædus, ædilia, hæreo, hæreſis, hæreſiarcha ſiue hereſiarches, hæreticus, hæres, hæredipeta, æſtimo, ædes, æditus ſiue æditimus, ędifico: æger, ęgrotus, ædepol, æneus ſiue æreus: hoc æs æris, ærarium, æripes, ænum triſyllabum, æquo as, æquus, a, um, æquor, æquinoctium, æſtas, æſtus, æſtuo, æſculus, ætas, æternum ſiue æthernum rectius, æuum, cęcus, lęſus, lędo, cælum eſt inſtrumentum ſculpendi, cęlſus, cęlebs, cępe, cęra, cędo, cęſar, cæſaries, cætera, fex, græcus: lętus, lętamen, næ: ideſt certe ſeu ualde. næma, plæbs; plærumq;, præbeo, præ, præcox, pręconis, præcipio, prędor aris, prędo onis, prędium, pręmium, prælum, prælium præs, dis, prędeo, p̄ſes dis, p̄ſul p̄ſto, prętor, quæ, quæſo, ræte, tis, rhęda, ſęculum, ſędo, as, ſępe, ſcęuola, ſęuus, tęlum, tęda, tędet: uęneo, uændo, læena, lænus, lyæus, lycæus, chaldæus, dædalus, clytemneſtra, dæmon, diæta, diæreſis, dircæus, dracæna, galilæus, idumæus ab idumea regione ſyriæ contermina arabiæ ubi eſt idume ciuitas uicina pheni-

ciæ:iudæus a iudæa prouincia paleſtinæ:læda,lælius, læna,lylibæus,ænobarbus,æſopus,ætra,alcęus, anapeſtus,anthæus,aphęreſi,ariſtęus,bętica,clæmens,mænander,mænas adis,mæon,manichęi,megæra,muręna,neæra,phæax,pręceps,phariſæus, pygmæus , pædagogus, pæan,pæon,pæonia,pæſtum,palæſtra,palæmon panęgyris,pangæus,promontorium thratiæ,parthenopæus, phędra , phęreus , ptolomęus , ſcæna ſynęreſis tęnarus achęi., attęon , męotis, althęa,aſtypalęa, aulęa , bęnacus , barcęi , cęa,chęre , cęroma,cęſtus,papęus, ideſt iupiter,proſcęnia,timęus , trochęus , trophęum , ſiue tropeum,lacęna , lacędemona,cęrete , cęyx,męnalus cithęron , ſabęus,ſpelęa,lemargus ideſt guloſus , tęnię,ſunt extremitates uittarum quę ab inſulis pendent. Phœbus,phœnitia:cœlum quaſi concauum gręce: pœan pater philoctetis,pœna,pœnitet,cœtus,prœtus,prooemium œgrius:fluuius,œbalus,œchalia,œconomus.i. diſpenſator,œdipus,œnophorum,œnotri,œneus rex ętholię,œnomaus , œſtrum,œtha mons : ſed oeta ſeu aeta ſiue aegta pro parte medęæ triſyllabum eſt : proſopopœia , trągœdia , comœdia , alcœus, bœbeis palus theſſalię ſynalœpha,ſolœciſmus , ,tymœtes,parœmia ideſt prouerbium,cœmiterium , cœnobium cœnobitę ſunt monachi qui in commune uiuunt, cœno, as, cœus , gigas , mœlibœus , camœna , amœnus epicœnum , cœpi defectiuum, fœlix,fœdus,fœdo fœdos,fœmina,fœnus,oris , fœnum ni,fœtus,fœtura,fœcundus,mœreo, mœnia , obſcœnum

ſchœnobates,pomœrium, chrœſus,cytharœdus, damœtas,mœchus,mœris,pœni,phœnis, calœnum, amœbęus: ideſt mutuus ſeu uiciſſitudinarius:nã eſt genus carminis ubi qui canunt adinuicem reſpondent & ęquali numero uerſuum: & ita ſe habet ipſa reſponſio ut aut maius aut contrarium dicat. Hic œnopola,p,producta eſt uenditor uini:œnopolium eſt taberna uinaria:nam oinon latine œnos.i.uinum quia,oi,uertitur in,oe,ſic oicos latine œcos.i.domus. Deinceps a matre & procreatrice ſcientiarum Philoſophia exordiens:non nulla uocabula cognitione digna ſubnectam:ne ſe cęteris germanis longe minorem hic libellus eſſe queratur.

De philoſophia.

PHiloſophia eſt cognitio diuinarum & humanarum rerũ reddens utriſq; cauſas uniuerſorum. Ea diuiditur in quinq; partes.ſcilicet in phyſicam metaphyſicam, ęthicam, mathematicam: & logicam. Phyſica:ideſt naturalis:de huius mundi corporalis ac mobilis natura diſſerit & inquirit. Metaphyſica:ideſt ſupernaturalis incorporalia & ſempiterna ſupra naturam perſcrutatur:ſed altiſſima metaphyſica chriſtianorum eſt ſacra theologia quę de deo ac intelligentijs diſquirens rata fide cognoſcit. Aethica:ideſt moralis de inſtitutione humanę uitę ſuis rationibus pertractat: & eſt triplex.ſcilicet monaſtica: ideſt ſolitaria quę ſolius hominis explicat inſtitutionem ut ſe ipſum homo tanq̃ animal rationis capax ad ſalutaria rite dirigat. Et œconomica ſic

mica ſic dicta ab oicos ideſt domus & nomos ideſt lex: quia familiam regere & diſponere circa victum & veſtitum moderate docet. Et *politica ideſt ciuilis: quæ continet leges & ciuilia iura quæ ad adminiſtrationem rei publicæ ſunt neceſſaria.* Mathematica *ideſt diſciplinabilis: & diuiditur quadrifariam ſcilicet in arithmeticam, muſicam, geometriam, & aſtrologiam ſiue aſtronomiam.* Arithmetica *ideſt numeralis: quia de numeris & eorum qualitatibus diſcrete pertractat. Muſica ideſt indagatrix quia vocum proportiones generaq; & qualitates acute indagat.* Geometria *ideſt terræ menſura: quia menſuras uerum in longum latum & profundum edocet: & perſpectiuam: & geographiam ſeu coſmographiam quæ vrbium diſtantias & loca quæq; menſurat & pingit.* A*ſtrologia ideſt aſtrorum ſermo: qui curſus & recurſus aſtrorum: eorumq; coniunctiones & diſtantiam indicat.* Logica: *ideſt ſermocinatiua: & diuiditur in grammaticam, poeticam, dialecticam, rhetoricam, & hiſtoricam.* Grammatica *ideſt litteraria quæ recte loquens & ſcribens in qualibet diſciplina conſtruit orationem.* P*oetica ideſt fictrix: quæ ex omni doctrina accipiens fingendo ac fabulando docet atq; delectat.* Dia*lectica ideſt diſputatrix: quæ verum & falſum vndecunq; elicit diſputatione preſſa atq; conciſa* R*hetorica ideſt ornatrix quæ ampla oratione diſſuadendo & perſuadendo luculenter & apte dicit.* H*iſtorica ideſt narratiua ab hiſtoreo verbo græco ideſt narro: hæc ge*

ſta regum:gentium & populorum ac temporum rerũq; diſpoſitiones & qualitates fideliter cõmodeq; explicati

De quibuſdam vocabulis.

Sino is:ſiui ſitum.i.permitto:vnde ſitus a,um.i. poſitus vt ſpes mea ſita eſt in te.i.poſita & quaſi tibi permiſſa:hinc deſino.i.ceſſo:at ſitus quartæ eſt lanugo ex humore creata:ſitus etiam eſt qualitas loci ſeu poſitura vt de ſitu orbis.obſitus pe.cor. ideſt inuolutus & incultus ſeu horridus,et deriuatur ab obſero,is,obſeui obſitum.i. circumplanto ſeu circunſemino,& venit a ſero,is,ſeui ſatum.i.ſemino ſeu plãto:inde aſſero aſſeui aſſitum.i.iuxta ſemino ſeu planto:ſed aſſero aſſerui aſertum.i. affirmo & approbo ſeu uendico:aſſertor ideſt defenſor conſero conſeui:ideſt ſimul ſemino,ſed conſero conſerui conſertũ ideſt ſimul miſceo, vnde milites conſerti dicuntur dum pugnãt:deſero deſerui deſertum.i.derelinquo:ſed diſſero diſſeui diſſitum:ideſt diuerſe ſemino,at diſſero diſſerui diſertum.i.diſputo ſeu narro et declaro,exero,is,exerui exertum.i.extraho & emitto ſeu nudo & erigo:inſero inſerui inſertum.i.imitto ſeu unio.ſed inſero inſeui inſitum de arbore dicitur cum ſurculus fœcundæ arboris inſeritur ſterili:nam ſurcus eſt palus : ſurculus uero eſt qui inſeritur:germen vero eſt quod in ſurculis naſcitur: interſero interſeui interſitũ ideſt in medio planto ſeu ſemino ſed quando facit interſerui interſertum : ideſt interpono reſero reſeris reſeui reſitum ideſt rurſus ſemino ſeu planto:ſubſero ſubſeui ſubſitum ideſt ſubterſemi-

no ſeu planto quæ omnia habent penultimam correptá. at ſero ſerui diuiſis ſyllabis in ſupino ſertum:ideſt adiũgo:vnde aſſerere manum dicebant veteres pro comprehendere:ſignificat etiam texere ſeu ordinare hinc ſerta ideſt coronæ. Obtrecto,as,ex ob & tracto mutata, a,in,e,eſt enim tracto frequentatiuum a traho: obtrecto vero eſt contra ſententiam alienam tracto,ponitur etiã pro maledicere ſeu obſiſtere:detracto eſt defugio ſeu recuſo.Vir.iij geo.aut iuga detractans interdumq; aſpera cornu:tracto eſt frequentatiuum a traho quaſi frequenter traho vel ſurſum traho ſeu mereor vt bene tractaſti me.i. bene meritus fuiſti de me : inde attrecto & contrecto.i.frequenter tango:detrecto,as.i.male tracto ſeu recuſo vel derogo:vnde detractores ſunt qui famæ alicuius derogare nituntur ſic obtrectatores.i. maledici obtrectatio.i.maledicentia:detraho is.i.tollo ſeu extraho ſeu derogo:extraho.i.extra traho:protraho.i.differo:ſubtraho.i.clam.traho:diſtraho.i.ſeparo: retraho.i. retro traho ſeu reuoco:vnde retracto as.i.reprobo ſeu reuoco:cõtracto.i.ſimul tracto:vñ cõtractus eſt cõuẽtio ꝑ ſtipulationẽ facta. Hic tapes huius tis,& hoc tapetũ: tapeti & hoc tapete,tis,in plurali tapetia eſt tegmẽ miræ pictũ varijs coloribus quo ſternũtur menſæ vel equi vel pauimentũ. Fœcũdus,a,um,dicitur a ferẽdo fructũ ſeu fatiendo,fœcundo,as.i.abundantẽ facio ſeu fructiferum.fœtus quartę declinationis deriuatur a ferẽdo ſeu a fouẽdo,nam fœtus & dum eſt in vtero & poſtq̃ editũ

eſt a matre fouetur ideſt calefit: & eſt nomen generale ad omnia animalia: & etiam ad arbores vt arborei fœtus alibi: fœtus, a, um, ideſt plenus vt loca fœta furentibus auſtris: mulier fœta ideſt grauida vel partu liberata hoc eſt quæ peperit: fœtuoſus, a, um, ideſt fœtu plenus fœtura ideſt genitura & tempus pariendi: fœtifico ideſt fœtum facio ſeu pario: fœto fœtas ideſt fœtum emitto. Fœlix deriuatur a fœtu ſeu a fœnore ſecundum quoſdã & ſignificat diuitem: et eſt qui proſperitatem habet: vel qui facit alios fœlices: & etiam ſignificat commodum: alicui vel pingue & fœcundum: fœlicito, as, ideſt fœlicẽ facio: infœlix ager dicitur ſterilis a recentioribus plurimis ſcribitur felix ſine diphthongo. Viuerra animal eſt de quo Plinius: magna propter venatum viuerris eſt gratia immitunt eas in ſpecus qui multiformes ſunt in terra vulgo dicitur furectu: item uiuerra dicitur muſtella ſilueſtris. ichtis, dis, etiam eſt genus muſtellæ ſilueſtris quam martem ſeu marturellum ſeu fouinum vocant: item muſtella dicitur gale ichthys latine piſcis: ichthyobolis eſt piſcator: ichthyopolion eſt locus vbi venduntur piſces: ichthyophagi. p. cor. ſunt populi in littore maris rubri: qui ſup lapides ſolis calore feruentes aſſant piſces: & hoc ſolo alimento victant: ichthycolla eſt glutem ſiue glutinum ex piſcibus: licet ſit nomen piſcis. glutino as ideſt coniungo ſeu ferumino ideſt iungo. Cornicor aris penul. pro. eſt deponens: & ſignificat corniců more garrire: eſt autem cornix auis ex genere coruorũ:

nam triplex eſt genus taliũ auium:coruus enim ſiue grac chus eſt grandior & nigrior ſic dictus a voce quã emit tit:ſeu ꝙ gregatim volitet vulgo dicitur corbachio:cor nix eſt in ſecundo genere graccorum & vitæ longiſſi= mæ:vulgo dicitur cornachia.gracculus eſt in tertio ge nere:dicitur etiam monedula a furandis monetis:nã fu= racitas argenti & auri præcipue delectat vulgo dici= tur chauola. Hæc pubes pubis dicitur proprie lanu= go quæ maribus.xiiij.anno.fœminis.xij.circa pudenda oriri ĩcipit quod quia maturitatis eſt ſignum:factum eſt vt mas pubes ſiue puber vocetur q̃primum ad generan= dum eſt aptus:vnde impubes,is,& impuber ĩpuberis eſt qui nondum lanuginem emiſit ſiue qui nondũ ad puber tatis annos peruenit.item pubes,is,pro lanugine & pro parte pudenda & pro multitudine iuuenum:ſeu pro po pulo:ſubſtantiuum eſt ſed impubes,is,qui adhuc inueſtis eſt.adiectiuum eſt vt impube corpus impubeſꝗ genas: filium impuberem dicimus.Saluſtius puberes omnes in= terfici iuſſit : & transfertur ad alia:vt ver : puberibus caulem folijs:pubentes herbæ:pubeſco.i.creſco ſeu lanu ginem emitto. Hæc acus quartæ declinationis eſt in= ſtrumentum quo utuntur mulieres:vnde acuncula : hic acus aci eſt piſcis vnde acicula hoc acus aceris eſt pur= gamentum tritici:vt ſunt paleæ:item hæc acus & acun cula non ſolum eſt ſarcinatricis & ornatricis:ſed etiam eſt diſcerniculum capillis diſcriminandis aptum:acumi= no acuminas ideſt acutum facio:acuo acuis acui acutum

vt acuo gladium.hæc cutis huius cutis:eſt pellis ſiue co rium a cute:iudæus dicitur recutius ideſt circunciſus ſi ue verpus ſiue apella.Perſius ad populum phaleras ego te intus & in cute noui:vbi prima licet ſit breuis in me- tro tamen acuitur ne putetur compoſitio vt incute uim ventis:ſic in domo & in loco dicimus prima acuta licet correpta ſic:hæc incus incudis.penulti.produ.eſt inſtru mentum in quo aliquid incudimus.Horati.Et male tor- natos, incudi reddere verſus. Abſtrudo abſtrudis ab ſtruſum ideſt abſcondo & claudo ſed abſcondo eſt de induſtria occludo ſeu obſero:abſtrudo uero eſt a natu- ra proprie.Acerſecomes.penulti.corre. latine intonſus comam & capillatus.Adagium eſt prouerbium vt ve- tus adagium eſt nihil cum fidibus gracculo nihil cum amaracino ſui:quibus prouerbijs ſignificatur neq; muſi- cam clamoſis.neq; vnguentum immundis conueniret amaracinum autem penu.corre.eſt vnguentum ex ama raco.Alabaſtrum eſt genus marmoris perlucidi & colo ribus diſtincti.Alburnum eſt adeps arborum:ſed albur nus eſt mons lucaniæ:alternis ideſt uiciſſim eſt aduer- bium ſicut alternatim ideſt per uices.alumen penu.pro. eſt ſalſugo terræ quæ hyeme ex aqua & limo fit & ma turatur ſolibus æſtiuis.anathema tis:eſt ſeiũctio ſeu alie natio:anathematizo ideſt deuoueo & deteſtor. Apo- calypſis latine reuelatio.apologia ideſt reſponſio vel ſa tiſfactio ſeu defenſio uel excuſatio. Apyrina pe.cor. ſunt mala punica proprie dulcia: Apinæ.penul.corre.

ſunt nuces quæ cutem verius q̃ putamen adeo molem habent vt ſimul mandantur. Item apina & trica fuerũt duo oppida apuliæ quæ Diomedes euertit: & quoties rem nullius pretij oſtendere uolumus apinas & tricas nominamus. Apocryphus eſt abſconditus cuius origo eſt ignota: Aretalogus eſt garulus & placidi ſermonis. lachanum eſt omnis ſpecies ſeu genus: oleris latine dicitur olus ab alendo: quia homines ante fruges ſeu carnes oleribus alebantur. Varro ab olla olus deriuari dicit. Feſtus & nonius. aſpirant holus. reliqui vero minime.

Rhegyni ſunt ex ciuitate calabriæ: regienſes ex oppido galliæ. ciſalpinæ. Albani ex oppido Alba in latio. Albenſes vero ex oppido alba ad lacum fucinum: eſt autem fucinus penu. cor. lacus in quarta regione italię prope marſos: eſt etiam alter fucinus lacus volſcorum. Mar. fucinus & pigri taceantur ſtagna Neronis. Item cumani ex oppido cumarum in campania: ſed comenſes ex oppido como galliæ ciſalpinæ quæ lombardia dicitur. Thebani a thebis ſeptem portarum in græcia ſeu boetia dicta heptapylos: ſed thebæi a thebis in egypto centum portarum dicta heliopolis. i. ciuitas ſolis: & hecatonpylos dicta eſt hecaton. pe. cor. i. centum hecatonpolis. i. habens centũ ciuitates: hecatonchiros. i. habens centũ manus hecatontarchus. i. centurio: hecantonpus. i. habens cẽtum pedes. hecatonbe. eſt ſacrificium centum boum ſeu victimarũ, hecate eſt nomen triũ poteſtatũ ipſa enim eſt luna diana proſerpina. & centum hoſtis placabatur.

ſeci vrinam potius q̃ emiſi: facio tibi iniuriam: affitio te iniuria ſeu moleſtia: feci ſermonem potiusq̃ habui: ſed habui orationem potiusq̃ feci: cõſules ſuffecti dicuntur qui inde mortuorum loco ſubſtituti ſunt. factio eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia. factioſus eſt qui amat factiones. dignoro, as, ideſt ſigna imprimo vt ſit in pecoribus: vt dignoſcantur. abigere eſt a loco fugare ſeu furto tollere: vnde abactor eſt fur aĩalium proprie: exhorreo hãc rem ideſt expaueſco. Adiectiua magis infinitiuũ: actiuum ſiue paſſiuum poſtulãt: vt tu es dignus habere opes. dignus coronari: Subſtantiua vero gerundium efflagitant: vt tempus eſt loquendi. Participia autem & multa adiectiua a verbis deriuata vtranq; formam ſibi vendicant: vt cupiens diſcere & diſcendi auidus nauigare & nauigandi. complodo, is, ideſt aduerſas manus inuicem collido: vel cauſa doloris ſeu gaudij ſeu admirationis: ſupplodo eſt pedem terræ incutio. explodo eſt manibus eijtio: conficio ideſt perficio ſeu ſautiando trucido vnde confectores ferarum: vulneribus confectus ideſt conſumptus: conniuere eſt aperire & claudere oculos. conſultor eſt qui alium conſulit: rarius qui alij conſulit. conſultus vero eſt doctus: dignuſq; a quo conſilium petatur: continenter ideſt continue: hæc continens tis, eſt terra quæ nõ eſt inſula. copia eſt facultas ſeu poteſtas: copia frumenti ideſt abundantia: cerno copias cæſaris: ideſt exercitum.

Crudus dicitur qui habet in ſtomacho cibum difficile digeſtib ilem: poma cruda ideſt immatura dicimus:

hominem crudum ideſt trucem aſpectu:recrudeſcere do lor dicitur quaſi renouari. dapes ſunt deorum: epulæ hominum proprie:epulum eſt ſolennius & quaſi publi= cum:hoc decus, oris, pe.cor.eſt honor ex rebus geſtis: inde decoro, as, media breui ideſt honeſto, as, ſeu honorifi co:hinc dedecus ideſt ignominia:dedecoro, as, ideſt tur= pifico. At hic decor:oris penultima produ. eſt quaſi pul critudo quædam ex decentia rerum: vnde decoro, as, pe.pro.ideſt orno ſeu pulchrum facio:hoc decorum, ri.i. honeſtum:indulgentia eſt quædam conceſſio obſequen= ter & delicate tributa:venia eſt remiſſio culpæ:& con donatio erroris.eſt etian venia beneficium:venia tua di co ideſt pace tua & te permittente:infidus eſt cui nõ eſt fidendum.p.pro.ſed perfidus eſt qui violat fidem: pe. cor.in manu ſeu in manibus eſt ideſt in promptu ſeu in po teſtate:imprimis doctus.i.inter primos, percitus: pe.cor. eſt qui ira furoreq; nimis incitatus eſt.perditus eſt qui in omne ſcelus ita impulſus eſt vt recuperari non poſſit: perdite amat ideſt vehemẽter perditus etiam.i.amiſſus. compos ſanitatis ſum.i. habeo ſanitatem: præditus ſum bono & malo vt præditus damno.i. affectus: præditus honore ideſt ornatus. Compoſita a ſedeo, es, ſunt ſe= cundæ coniugationis, ut aſſideo, es, i. prope ſedeo: uel quaſi officij gratia apud aliquem aſto ut apud magiſtra tum ſeu apud aliquem ægrotum:conſideo.i.ſimul ſedeo: diſſideo.i.diſſentio:deſideo.i.deorſum ſedeo: uel cum quadã deſidia cõmoror.inſideo ideſt intus ſedeo: et in=

ſidioſe:obſideo ideſt circum vel contra ſedeo.præſideo ideſt præſum.poſſideo ideſt potens ſedeo.reſideo ideſt permaneo.ſubſideo ideſt ſubtter ſedeo in quibus corripitur ſyllaba,ſi, Circūſedeo.i.circa ſedeo.ſuperſedeo.i.ceſſo:& vere ſedeo cum ſuis eſt neutrū. At compoſita a ſido is:ſunt tertię cōiugationis:ſido eſt quaſi deorſum deſcendo.Vir.gemina ſuper arbore ſidunt.aſſido.i.aſſiſto non ſine aliquo motu.reſido.i.otioſus ſedeo. ſubſideo.i. ſubter ſedeo:inſido ideſt aliquem doloſe expecto: obſido.i.obſeſſum teneo : in quibus ſyllaba,ſi, producitur. Oui.flumina ſubſidunt:compoſita a ſido mutuantur præterita a ſedeo vt aſſido aſſedi:ſicut aſſideo:edi.& vere ſido eſt actiuum cum ſuis : ſtatius:apex inſiditur aſtris.*

Verbum debet ſequi vltimum ſuppoſitum in perſona: genere,& numero : vt ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra republica percontatus eſt vel muta ordinē ſic. ille me de noſtra re publica:ego illum de ſuo regno pcontatus ſum muta genus ſic:ego illam de ſuo regno,illa me de noſtra re publica percontata eſt,muta numeros ſic:ego illos de ſuo regno:illi me de noſtra re publica percontati ſunt.ſed non ſeruatur hæc formula quum loquimur per comparationem vel per ſimilitudinem:vt melius ego iſtud q̄ uos feciſſem:hoc ille ſic prudenter : vt vos feciſſet:nam principale verbum debet efferri,ſed non principale debet ſubintelligi.verba deſunt nōnunq̄ in oratione:vt vnde mihi lapidem ſcilicet habeā,vel dicas mihi eſſe.Dij melius ſcilicet fecerunt:vel faciant ſeu*

velint.Item ponuntur tempora pro temporibus.vt ſi ta-les animos habebitis vicimus prouincemus. Vocaui *te prius ſignificat tempus ideſt priusq̃ nunc: ſed vocaui te prior ſignificat perſonam ſcilicet ego duobus prior:at uocaui te primus ſi multi ſumus:uocaui te primum ſi mul ti eſtis:vſurpare eſt in frequenti uſu habere tum dictis: tum factis.abſcindo abſcindis pe.pro.ideſt ſeco: ſic in præterito abſcidi:penul.pro.ex abs & cædo.ſed abſcin do abſcindis ideſt diuido:& in præterito abſcidi pen. cor.ex ab & ſcindo ſcindis ideſt findo ſeu frango. diſ-ſcindo ideſt varie ſcindo:proſcindo ideſt valde vel vl tra ſeu ſubtus ſcindo: reſcindo ideſt retro ſeu iterum ſcindo.* Dico *dicas penultima correpta ideſt in obſe-quium do:& conſecro ſeu offero:vt deo dicatus, inde dedico,indico,prędico,vẽdico,vindico,abdico abdicas .i.expello & amoueo abdicare filiũ eſt bonis paternis priuare viuente patre.*Exhæredare *eſt poſt mortẽ pa-tris:abiuro.i.rem mihi creditam iureiurando nego.*Ab-*lacto as.i.a lacte remoueo:ablaqueo.i.expedio & qua ſi a laqueis remoueo.vineam veterẽ ablaqueamus.ꝯquũ ſuperiores radices recidimus.ablego as:pe.pro.i.aliquo aliquẽ mitto.abligurio is,pe.cor.i.liguriendo abſumo. nam ligurio eſt ſuauiora edulia auide carpo.abſtemius eſt qui ſe a temeto.i.vino abſtinet.abſtruo is.i.affirmo: abſtrudo is.i.abſcondo.acero as.i.paleis commiſceo:vn de aceratum lutum.i.paleis cõmixtum:nam hoc acer is: pro palea accipitur:cæcutio is:ideſt parũ video.altero.*

as ideſt alterum facio ſeu uario : alterno alternas ideſt alterum duorum uiciſſim pono hic ames ametis eſt perti ca aucupalis:antiquo as:ideſt euacuo ſeu aboleo et qua ſi ad priſtinum ſtatum reuoco.arcto arctas ideſt ſæpe ur geo:hinc coarcto ideſt conſtringo aſſo,as, ideſt torreo uel contabulo ideſt tabulas coniungo attrecto.i. mani= bus tracto ſeu palpo:capero caperas pe.cor.i.frontem rugis contraho:circino circinas pe.cor.ideſt cum circi= no dimetior ſeu rotundum facio.comperendino compe= rendinas:p.cor. ideſt in longum de die in diem differo, hinc comperendinatio(ut ait Aſconius)quæ eſt ab utriſ qꝫ litigatoribus inuicem ſiui denunciatio in diem peren= dinum.i.ab hinc tertium:contentus eſt participium a cō tineor:& eſt qui a ſeipſo continetur & animo ſuo ſatiſ= facit:etiam poteſt eſſe participium a contendo.i. contra tendo:ſeu certo extendo:intendo. Democratia eſt re gimen populare:ariſtocratia eſt optimatium principa= tus:monarchia eſt unius principatus:Dilapido as,penu. cor.i.diſperdo:emancipo.i.manumitto:mancipatus fœ= minæ.i.deditus:emporium eſt locus mercatus & nundi= narum latine emptorium ubi res uænales exponuntur. glabeſco is.i.glaber fio hoc eſt ſine pilis:illitio,cis.i. at= traho et quaſi ineſco inde illecto.i.frequenter illitio: im poſtores ſunt qui uerbis pollicentibus decipiunt:uel qui ſupponēdo malas merces homines fallunt:& qui ita de cipiunt:impoſturam facere dicuntur:muſſo as.i.ſubmiſ= ſe loquor uel taceo uel dubito:mutio tis.i.tanq̃ mutus ſi

gnum facio:uel uocē emitto:palo,as,ideſt ſepio & quaſi palis munio ſignificat etiam uagari ſeu errare:palor, aris ideſt paſſim uagor:propalo ideſt manifeſto:pedo, as.i.uado:repedo ideſt redeo ſepio,is,iui,itum uel ſepſi, ſeptum:ideſt teneo:impedio:uel ſepem facio ſeu circuo: præſepio ideſt ſepem ante facio:hinc conſepio: circunſepio:interſepio:peiero,as.pe.cor.ideſt falſo iuro:& animo fallendi:ſeu iuramentum infringo: periclitor,aris.i. experior:uel periculum ſubeo:propino,as,ideſt potum do repo,is,repſi reptum:pe.pro.proprie dicitur de animalibus quæ carent pedibus:& uentre gradiuntur : ut ſunt uermes quæ reptilia dicuntur:erepo ideſt difficulter loca aſpera et edita ſcando:irrepo ideſt intro ſeu látenter repo:obrepo ideſt extra ſeu ꝗprimum repo: præ repo.i.ante repo.ſubrepo ideſt ſubtus uel clam repo:repto,as,ideſt frequenter repo : reptare dicimus eum qui ſegniter quaſi teſtudineo paſſu incedit:ſagino,as, penu. pro.ideſt pinguefacio:hęc ſagina:pe.pro.eſt pinguedo: ſeu cibus quo quis afficitur pinguis:ſoporo,as, ideſt ſoporem induco:ſopio,is. Somnus eſt deus ſomni ſomnium quo dormimus:inſomnium eſt quod in ſomnis uidemus.oraculum eſt cum quis in ſomnis aliquid nobis denunciat:uiſio eſt cum id quis uidet.quod eodē modo quo apparuit euenit.uiſus græce phantaſma eſt imaginatio uana eorū quæ dormientes uidere ſibi uidētur.ſopor eſt prouocatio ſomni:uel eſt ſomnus & interdū ponitur deus pro ſomnio:de quibus lege macrobiū: turbi-

*nō as.i.acutum facio:Plinius turbinatior pyris figura q̄ malis ideſt acutior.hoc viſcum uiſci eſt glutinum ad au cupium pertinens:hoc viſcus viſceris eſt caro ſub corio.i. inter,cutem & oſſa:uiſceratio eſt crudæ carnis diſtri-butio.quæ in ſolenni feſtiuitate vel in funere excellentis viri fieri ſolebat ante ſignanus dicitur proprie vexillo-rum propugnator:& per metaphoram dicitur ille qui eſt caput & quaſi ſignifer cuiuſcūq; artis.claſſici dicun tur homines primæ claſſis tantum:& methaphorice di-cuntur qui ſunt principes cuiuſcunq; ſcientiæ:qui etiam poſſunt dici claſſiarij:*Neoterici.i.*recentiores:nam neos grece latine nouus.vnde neogamus quaſi nouus nuptus: neophitus.i. nouellus quaſi noua planta : neoptolemus quaſi nouus miles:neomenia quaſi nouiluniū:hoc libur num ſiue hæc liburna ſeu liburnica eſt genus nauis bel licæ uelociſſimæ a liburnis populis in illyrico.liburnus etiam erat viator qui iuſſu magiſtratuum vocabat ciues Iuuenalis primus clamante liburno:et etiam pro curru: idem diues & in genti curret ſuper ora liburno. Phy ſis.i.natura:phyſologus eſt qui de naturæ rebus diſſe-rit.phyſionomia eſt naturæ regula,phlebotomia eſt in-ciſio uenæ ad ſanguinem minuendum : hoc phlegma tis: eſt pituita . hoc cellarium ſeu promptuarium ſeu cella proumptuaria eſt locus vbi conduntur & vnde depro-muntur omnia ad victum neceſſaria:cellarius dicitur q cellarij curam gerit:condus & promus ſunt procurato res penit:penus autem non ſolum eſt locus ſed quicquid*

gratia victus ſiue eſculentum ſiue potulentem conditur & ſeruatur. Periocha *eſt cõplexio vt apud Auſoniũ. periocha primi libri iliados:complector.eris: eſt ſimul ſeu in totum amplector:complector te amore.i.amo: ſic complector cogitatione.i.cogito: complector animo.i. conſidero:amplector.i.circunnecto.ſed plecto is: plexi plectũ ſecundum Priſcianum vel plexui plexum ſecũdũ aliquos:eſt actiuũ & ſignificat punio vel ferio: plector deponens non eſt in vſu ſed vtimur eius compoſito.vt cõ plector:amplector.circumplector,perplector.i.perfecte ligo.perplexor aris.i.ualde ligo ſeu in dubio pono:per plexe.i.ualde dubie ſeu ambigue: eſt aduerbiũ.* Arrius *fuit quidam hæreticus unde ſecta arriana. rauca anus eſt ſecta hebraica.quia gutture loquitur & antiqua eſt pellatia eſt fallatia.*Gomorra *ſicut ſodoma fuerunt ci-uitates ſulphure & igni uſtulatæ.& declinatur hæc ſo doma: hoc ſodomum in plurali hæc ſodoma ſodomo-rum: ſic etiam* Gomorra.*Item liuidus eſt qui ex per-cuſſione carnem nigram habet fluxione ſanguinis ad eum locum qui percuſſus eſt:ſed qui inuidia laborat ta lem colorem contrahit.iccirco liuidus pro inuido poni ſolet hinc liuidulus:liuor eſt nota quę fit ex flagello:ſæ pe ponitur pro inuidia:liueo es:ideſt niger ſum:liueſco, is.i.liuidus fio:lurco.onis.ideſt guloſus & ſuorũ bono-rum conſumptor:inde lurco as.ideſt cibum cum auidita te nimia ſumo:puteo.es ideſt feteo & male oleo.*Penta-*polis eſt locus ubi fuerunt combuſti ſodomitæ:quorum*

erant quinq; ciuitates ubi nunc eſt mare mortuum. Irretio, tis, deſcendit a raete ideſt raete capio: unde irraetitus hæc cypris, dis, dicitur uenus ab inſula in mari carpathio inter cilitiam & ſyriam ubi ſunt præclare urbes ſcilicet cythæra: quæ dicitur chytrus, paphos: ſalamina amathus cyprum etiam eſt genus unguenti: cyprus quoq; eſt arbor aromatica uel uua florens: botrus eſt racemus integer uuæ: cypris auerſa eſt libido ꝑpoſtera ſeu poſtica qua utuntur ſodomitæ: nunq̄ paradiſum ſubituri: quatternus conſul. i. quartus annus: quia hinc ad quatuor annos erit diluuium grande ſecundum aſtrologos: curio accipitur pro præcone ſeu miniſtro. ſoter græce latine ſaluator. eleutherius ideſt liberalis. Litrotis. i. redemptor: athanaſia. i. immortalis. Alleluia ut ait diuus Auguſtinus: ſunt due dictiones & ſignificant laudate deum nā allelu eſt modi imperatiui. i. laudate yia ideſt dominum ſeu deum. Ihesus ſeu ieſus ideſt ſaluator. chriſtus ideſt unctus: paraclitus ſeu uerius paracletus ideſt conſolator. paradiſus eſt ortus conſitus: ſiue pomarium in oriente altiſſimus longe ab orbe noſtro remotus: metaphorice autem dicitur paradiſus ubi beati deum facie ad faciem uidebunt. ſabaoth ideſt exercitium ſiue uirtutum. chirie ideſt domine: eleyſon ideſt miſerere nobis. oſanna componitur ex oſi ideſt ſaluifica & ana ideſt domine. Maria ideſt illuminata uel illuminatrix ſiue domina. Petrus ideſt agnoſcens ſiue firmus ſiue cognitus. Paulus ideſt os tubæ ſiue electum mira-

bile

bile ſeu electionis miraculum latine dicitur humilis. An dreas ideſt uirilis ſeu decorus:ſeu ad cœleſtia conuerſus Iacobus ideſt ſupplantator. Ioannes ideſt gratia dei vel in quo eſt gratia. Philippus ideſt os lampadis vel amator ſupernorum græce interpretatur amator equorum: Thomas ideſt abyſſus ſeu geminus: vnde græce didymus ideſt geminus ſeu dubius. Bartholomæus interpretatur filius ſuſpendentis aquas.ſ. dei eleuantis doctorum mentes ad aquas doctrinarum. Mathæus ideſt donator conſilij licet græcè dicatur vanus. Symon ideſt obediẽs Thadeus ideſt apprehenſio principis.ſ.dei. Iudas ideſt confitens ſeu glorificans. Mathias ideſt donatus a domino. Marcus interpretatur ſublimis. Lucas ideſt conſurgens ſeu eleuans vel a luce. Hieronymus ideſt ſacra lex Auguſtinus quaſi augens ſupernam ciuitatem. Gregorius ideſt vigilans. Ambroſius quaſi odorifer. Frãciſcus ideſt ſublimis ſeu magnanimus. Pharao ideſt rex: nam reges egypti pharaones appellabantur vt ait Euſebius ioſephuſq́. Alexander ideſt auxiliator virorum. Nicolaus ideſt victor populi. Antonius quaſi ſuperna tenẽs. Pandecta eſt nomen compoſitum a pan ideſt totum: & dechome ideſt capio: quaſi uolumen intra ſe omnia comprehendens. Panegyris eſt conuentus nundinę feſtiuitas: & deriuatur quaſi ab omnibus rebus mercandis: vnde panegyrici ſermones ſunt laudatiui qui in conuentu populi & in ſacris ſolennitatibus habentur. Gerræ ſunt crates vimineæ & accipiũtur pro nugis: vnde gerrones

ſunt nugatores. Altrinſecus aduerbium ideſt aliũde ſeu iuxta alterã partem: Carrucha eſt genus vehiculi ſicut carrus. Spondylus eſt qui apponitur in vna parte fuſi vt fœminæ melius nere poſſint: eſt etiam callus ſiue caro oſtreorũ: eſt etiam genus ſalſamenti ſeu ſerpentis etiã calculus eneus quo ſuffragia ſua indices athenis dabãt ſpõdylos vocabatur vt eſt apud iuliũ pollucem. Antidotum eſt quaſi ex contrario datum vt contra venenum: Ferrumino as: ideſt iungo aut ſimul tempero & ponitur pro conglutinare vnde ferrumen quaſi gluten ſeu iunctura. Antlia eſt machinula ad hauriendam aquam excogitata: vnde antlare apud Liuium: Splenium eſt caput ſplenis pinguis vt ait pollux, & per ſimilitudinẽ ſplenia dicuntur facta ex panno laneo vel lineo quæ ad curã corporis ſuper imponi ſolent. Focale eſt genus ligaminis ad fauces. Flutæ dicuntur anguillæ ſiue murenæ in freto ſiculo græce plotæ quaſi nauigabiles quæ vt ait Macrobius in ſummo ſupnatantes ſole terrefactæ curuare ſe & in aquam mergere deſinunt. Scandalum dicitur latine offendiculum vel in pactio pedis: nam quum dicimus. ſi quis ſcandalizauerit vnum ex iſtis ideſt ſi quis dicto vel facto occaſionem ruinæ alicui dederit. ligna acapna. i. ſine fumo. Acharis pe. cor. quaſi ſine gratia. Proſelitus pe. cor. dicebatur is qui a gentilitate erat conuerſus ad iudaiſmũ. Proſeletus potius: pe. pro. i. aduena ſeu peregrinus ſeu aduentitius. Acini pe. cor. ſunt fructus minutiores vt grana vuæ hederæ: baccæ vero ſunt maio-

res vt lauri & oliuæ. Typus *latine eſt forma, figura, exemplar: & adũbratio: hinc archetypa ſunt opera quę ante typos facta ſunt: ectypa quæ ex typis formata ſunt. Archetypus eſt prima & principalis forma : typice. i. figurate.* Protocollũ *eſt prima concinnatio & raptim confecta ſcriptura quę meliorem cõpoſitionẽ deſiderat. prototypõ. i. exemplar, prototomus: pe. cor. primæ ſectionis vt caulis primus qui ſuccıditur: prototocos. i. primogenitus vel prima enixa: protoplaſtes ſiue protoplaſtus. i. primo formatus vt dictus eſt adã.* Strophiũ *eſt faſcia pectoralis ſiue cingulũ.* Strophia *eſt corona quę ĩponebatur capitibus ſacerdotũ.* Stropha *eſt acumen ſiue ſubtilitas ſeu excuſatio doloſa.* Stibadiũ *eſt ſella ſeu abacus quo fulti diſcũbunt cõuiuæ ſunt qui dicant ſtibadia eſſe cenationes paruas in q̃bus ſcriptũ eſſe ſolebat quot cõuiuas cœnatio caperet.* Stibiũ *dicitur quo ad venuſtãdos oculos peculiariter vtebãtur. nã in metallis argenti inuenitur lapis ſpumæ cãdidæ & nitẽtis quẽ ſtibiũ appellãt.* Purpuriſſum *eſt genus coloris e creta argẽtaria cũ purpuris pariter tinctũ.* Ceruſſa *item eſt pigmẽtum. i. vnguentũ quo vtũtur puellæ ad venuſtandã faciẽ: ſicut fucus q̃ eſt color cœruleus qui ceruſſatus dicitur ſeu purpuriſſa: inde fuco as. i. coloro as: fucus ẽt eſt genus apis ſine aculeo q̃ nõ mellificat ſed furtim mella deuorat.* Cæſlicillus *eſt circulus ille quẽ quaſi corollã capiti ſupponũt q̃ aliq̃d oneris ſup caput ĩpoſituri ſunt: q̃d facere im primi mulieres cõſueuerũt:* Phylira *proprie eſt mẽbrana*

tenuiſſima quæ eſt inter corticem & lignum. Pſalterium græce hebraice nablon: latine organum laudatorium. Calamintha eſt herba quam nepetam dicunt. Cauedium eſt locus ſub dio vacuus. cinctus vndiq; porticibus ad omnem vſum. Proceſtrium eſt locus apertus & patulus quo proceditur in cubiculum. Baptiſterium eſt lauacrum in quo quis lauatur. Sphæriſterium eſt locus balnei ſpecie rotunda in quo uaria genera exercitationum ueteres habuere. Apodyterium latine ſpoliatorium locus eſt in quo loturi ueſtes deponebant. Dieta eſt cœnaculum quo æſtate ad vmbram: in hyeme uero ad ſolem cœnabatur. Apotheca eſt cella vinaria: vel vbi venditur uinum: ſed apud iuriſconſultos ponitur pro quodam obligationis genere. Andron eſt ſpatiuum inter duos parietes in quod pluuia deſcendit: & pro loco in domo anguſtiori in quo viri plurimum verſantur. Xiſtus eſt porticus ampla exercitationi accomodata. item xiſtus eſt ſpiculum ſeu haſtile tælum: ſumitur etiam pro ambulatione in qua arbuſculæ ſunt in plurimas ſpecies effigiatæ. Siphunculus eſt diminutiuum a ſiphone: & accipitur pro exigua fiſtula ex qua exilit aqua. ſiphones autem ſunt fiſtulæ ſeu canales: vnde vrgente ſpiritu aqua emittitur. Hypocauſtum eſt locus ad ſudandum qui & vaporium dicitur in quo proiectis aquis calidis vel frigidis vapor means per ſpiracula vel per meatus qui tubuli dicuntur tepefaciebat uel refrigerabat Zetas quæ erant loco in varijs partibus domus quæ prout ra

tio temporum exigere videbatur:tepeſiebant vel frige‑ſiebant.Propnigeon eſt locus in balneis in quo ignis in‑cluſus æſtuat.Criptoporticus eſt ſubterranea porticus. Hyppodromus eſt curſus equorũ.Scazon eſt genus car‑minis claudicans quod dicitur choliambon quaſi clau‑dus iambus.Scarabæus eſt animal paruum vulgo ſcara uatius dicitur. Scheda eſt tabella ſeu pagella phily racea hoc eſt tiliacea qua pro chartis ſeu libris ſeu pro monumentis litterarum priſci vſi ſunt. vnde ſchedula vulgo boletinus quidam ſcedá ſcribuntur detracta aſpi ratione. Schedium eſt carmen ex temporale quæ ſilua dicitur quaſi in ſchedis dumtaxat ſcriptum ideſt in ta‑bellis.Scedia etiam eſt genus nauigij quales ſunt rates: ſunt autem rates trabes recte compactæ inuicem quæ per aquam trahuntur:abuſiue a poetis vſurpantur pro nauibus.Choragium eſt ſcenicum inſtrumentũ quo ſcæ na inſtruitur & apparatur cuius præfectus dicitur cho ragus qui eſt etiam choreæ princeps & expenſæ ſuppe ditator.& chori conuiuijꝙ magiſter.chorda eſt funis. Chirotheca ideſt manuum vagina.Chryſocolla eſt hu‑mor qui in aurifodicinis per venas auri defluit. & inter pretatur auri colla ſeu gluten:quam vt ait Plinius auri fices ſibi vendicant ad glutinandum aurum. Cherſone‑ſus ſeu cherroneſus eſt terra fere vndiꝙ mari cincta:& interpretatur terra manu facta inſula:& per excellen‑tiam ponitur pro peloponeſo.Cercopythecus ideſt cau data ſimia.Cento nis:eſt velum laneum aut ex tomento

confectum ex diuerſis pannis diuerſorum colorum: vel lanis in vnum condenſatis atque cõſutis: vnde homerocentones. Cenotaphium. i. vacuum ſepulchrũ. Caula eſt ſtabulum ubi oues reconduntur. Caulis eſt ipſum robur ſiue ſtipes & eſt ſupra terram: Planta eſt radix: ramus a caudice exit ſurculus e ramis oritur. Locuſtæ ſunt teneriores herbarum ſummitates unde beatus Ioannes baptiſta dicitur comediſſe locuſtas: interdũ vero eſt animal Bubſequa eſt bubulcus. Hoc imaginoſum eſt ſpeculum quia exprimit imagines: Imbrex ſiue imbritium eſt canale obtortum ideſt tegula: Rhoncus eſt ſonus ſtertentis ponitur pro deriſione. Parhiſius tenetur indeclinabile perperam: nam rectius dicitur parhiſius parhiſij: ſeu parhiſij parhiſiorum. Item pluraliter & in genere neutro dicimus. Chronica, orum biblia: orum licet inueniatur hæc biblia, æ, ſic etiam ſubſtantiue & pluraliter & in genere neutro dicimus. prærupta vallium: aſpera montium tanq̃ heteroclita: cum genitiuo tñ quia fiunt ſubſtãtiua. Hic rhinoceron, ontis, et rhinoceros otis: animal eſt quadrupes habens in nare vnum cornu hoſtis elephanto. pauſco, as. i. quieſco. Patibulũ a patior ponitur pro cruce: ſed a pateo ponitur pro ſera qua occluduntur hoſtia: quia remota ſera patet valuæ. Erotema: tis. i. interrogatio euãgeliũ. i. bona nunciatio, adonay hebraice. i. dñs cũctæ creature. De quibuſdã uocabulis corporis humani. Corpus humanũ eſt cõpoſitum ex quatuor elementis. ſ. terra aqua, igne, aere: ex quibus ſunt quatuor

qualitates principales.ſ.ſiccitas,humiditas,caliditas,fri giditas,inde ſunt quatuor humores.ſ.ſanguis.phlegma colera,melancholia:nota ꝙ ignis eſt calidus & ſiccus: aer eſt calidus & humidus:aqua eſt humida et frigida: terra eſt frigida et ſicca:caput eſt totũ illud quod collo ſuſtentatur:dictum ꝙ ab eo initiũ capiant ſenſus neruis. Cerebrũ eſt uiſcerum altiſſimũ ſine cruore:ſine carne:ſi ne ſordibus:mentis regimen:principiũ ſentiendi & mo= uendi:a quo proficiſcitur ſomnus:nã aĩalia cerebro ca= rentia non dormiũt & eſt cum tribus cellulis.ſ.imagina tionis.rõnis,& memoriæ inter piã matrem & durã ma trẽ & craneũ ſiue caluariã quę eſt anterior pars cranei ſpoliata capillis. Vertex eſt pars ſumma capitis quia ad occipitiũ in decliue vertitur. Occiput ſiue occipitiũ eſt pars poſterior capitis;Synciput eſt anterior pars capitis tempora aureſq; complectens:& dicitur ſynciput quaſi ſemicaput vt ait phocas.Oculus ſiue ocellus pupilla:ci= lium,folliculus eſt quo oculus integitur:aliter genæ ſeu palpebræ dicuntur:licet genæ etiã ſint partes ſubiectæ oculis ubi barba pullulat.Supcilium:frons auris ſiue au ricula:nares proprie ſunt latiores ptes naſi ubi ſunt ſpi racula,naſus,genæ,ſiue malæ,barba,mãdibulę ſiue gin giuæ:ſiue maxillæ ubi fixi ſunt dentes:labia ſiue labra labella,mẽtũ,os,dens,genuimus,molaris,lingua,palatũ ſaliua,uox,guttur ſiue fauces,collũ,hũerus,ſiue ſcapulę ſiue dorſum:ſiuę tergũ,brachiũ,cubitus,vlna,manus.di gitus,pollex,ĩdex,medius ſiue ĩfanis,anularis,auricula

ris, vnguis, ſiue vngula, latus, gibbus proprie in dorſo ſtruma in gucture. pectus mãma ſeu mamilla græce nutrix. Papilla dicitur q̃ſi parua pupula hoc eſt tuberculũ ſeu puſtula: & eſt mãmę capitulũ vnde lac trahitur: pulmo anhelitus. cor quod primum in homine fit & vltimũ extinguitur: & eſt fons venarum arteriarũ principium virtutis vitalis: radix vitæ in quo habitat mens: arteria vero eſt vena vitalis conceptaculum ſpiritus naturalis. ſtomachus: epar ſiue iecur a quo diſtribuuntur alimenta ſanguinis per venas, fel, lien ſiue ſplen: viſcera ſiue inteſtina ſiue exta renes adherentes lumbis: veſica. urina venter ſiue vterus ſeu aluus. umbilicus, pecten, podex, teſtes, nates genitalia femora, fœmina, fœminalia, genua, poples, crura, pes, calcaneum, planta, palma, oſſa, medulla, cartilago, nerui, uenæ, caro. pinguedo, adeps, aruina, Zirbus, cutis, pellis, ſiue corium cuticula, capillus, pilus, uena, porus.

De prolatione litterarum latinarum.

A. Profertur ſub hiatu congruo oris ſolo ſpiritu.
B. enunciatur incluſis labijs per impetum ipſius ſpiritus:
C. exprimitur appulſa lingua vſq; ad molares.
D. innaſcitur appulſæ linguæ circa ſuperiores dentes.
E. promitur paulum preſſa in gucture lingua.
F. urget labrum inferius cum ſuperioribus dentibus: dum enuntiatur.
G. fit quum lingua tangit extremum palatum.

H. oritur quum halat uentus faucibus contractis.
I. compellit linguam collidi dentibus imis.
K. formant fauces media cum parte palati.
L. facit lingua contingens extremum palatum.
M. conficitur per utrunq; labellum preſſum.
N. emittitur appulſa lingua ſuperioribus dentibus.
O. extorquet rotundi ſpiritus oris.
P. egreditur eruptis utrinq; labellis.
Q. prodit reſtricto ore appulſu palati.
R. efficitur ſupero appulſu linguæ criſpantis.
S. parit ſibilum dentibus a lingua percuſſis.
T. agitur dentibus leniter contractis appulſu linguæ.
V. exhibetur ore cõſtricto labijſq; aliquãtiſq; promulis.
X. exſibilat quicquid per. c. & . s. iunctim depromitur.
Y. procedit a preſſis labris ſpirituq; vaganti ſicut ipſilõ.
Z. inſtaurat lingua interius appoſita dentibus.

De coſmographia.

Coſmographia vtriuſq; cœli & terræ rationem reddens: quibus terræ extantis partibus ſpatium terræ adſit ſecundum longitudinem latitudinemq; oſtendit. Geographia terræ ſitum vt extra intraq; oceanum noſtrũq; mare ſe habeat cum locorum enumeratione deſcribit. Et ſicut coſmographus non alio fine regiones, oppida, ciuitates, amnes, maria, ſinus, monteſq; enumerat niſi vt terminos regionum: & quæ exordia & qui fines ſint. & ſub qua cœleſtis ſuperficiei habitudine illa uniuerſa ſint

enumeret. ita geographus præter locorum enumeratio-
nem & hiſtoriam: addit etiam quæ ciuitatum. gentium,
nationum: populorum origo fuerit: & unde ſint data no
mina rebus: naturæq; miranda opera hiſtorice indicans
in terræ ſitu uberiori exiſtit. Topographia eſt alicus lo
ci hiſtorice deſcriptio: topoteſia vero eſt ficta veriſimili
ter poetica loci deſcriptio vnde topographus & topo-
theſius. Chorographia loca ſeparata a cæteris picturæ
ſimilitudine tabellis effigiata exprimit vnde chorogra-
phus ipſi topographo aſſimilis eſt ſi vere depingit ſin fi
cte topotheſio accedit: coſmographia: pe. pro. coſmogra
phus vero pe. cor. ſic topotheſia: cor. pe. Oceanus di-
citur id mare quod vniuerſam terrā circuit: vnde græ-
ce appellatur amphitrite quaſi circū terrēs. ſ. nauigātes
oceanus vero interpretatur velox a quo eſt omnium flu
uiorū fontiūq; origo: qui ab occaſu ſolis irrūpens mediā
noſtrā habitabilē regioneum nominatiſſimis æquoribus
alluit: & ſciſſis calpe & abyla montibus citra gades: in
ter hiſpaniā quā ſiniſtro latere radit: & mauritaniā cir
ca quā deſtro diffunditur: fretū primo efficit longitudi-
nis. xiiij milliū paſſuū: & latitudinis vix ſeptē: quod ap
pellatur fretum herculeum: inde mediterraneis finibus
immixtus vſq; ad orientem & ſeptētrionē propellitur:
is ergo oceanus qui hiſpaniā ꝓfundit dicitur ibericus:
& circa inſulas baleares balearicus: & circa narbonen
ſem prouīciā gallicus: mox a liguria liguſticus. īde vſq;
ad ſiciliā tuſcus ſiue tirrhenus ſiue mare inferū: inde in-

ter ſiciliam & italiã ꝑgens ionium mare dicitur. ſed in leuũ ex aduerſo ad illyricũ & vſꝫ venetias efficit ſinũ adriaticũ & ab initio adriatici ionij nomẽ accipiẽs ꝑ lõ ga ſpatia vſꝫ in aſiã protẽditur:ex altero vero ſiciliæ latere vſꝫ in cretã protentum ſiculũ noĩatur:inde vero vſꝫ ad mare pãphilicum appellatur creticũ ſeu carpa= thiũ.ex dextro vero ſiciliæ latere vſꝫ in ægyptũ dici= tur ægyptium: ſed ab ionio iuxta græciã diffuſus cre= bras circuit ĩſulas vbi appellatur mare ægeũ:ĩde ꝑ hel leſpõti anguſtias progreſſus aſiã ab europa:anguſto ma ri ſecernit qđ helleſponticũ dicitur:ĩde in propontidem dilatus:ſtringitur iterũ & efficit boſſorũ thratiũ vbi eſt cõſtantinopolis:inde aliud mare cõficit qđ dicitur euxi nũ.ſed rurſus circa tauricã regionẽ reſtrictus boſſorum alterũ efficit q cimmerius dicitur a cĩmerijs populis inde eſt palus mæotis magna & lata in quã tanais fluuius in fluit q a ſeptẽtrione et ꝑtibus ſcythicis veniẽs aſiã ipſam diuidit ab europa: ſed in diuerſis locis eiuſmodi mare noĩa hẽt diuerſa.nã aſiaticũ phœnitiũ pãphilicum, ægy ptiacũ,lybicũ:a prouintijs denoĩatur.ſed balearicũ, ſar doũ,ſiculũ,creticũ,carpathiũ,cypriũ ab inſulis:at ligu= ſticũ,auſoniũ,tuſcũ,dalmaticũ a gẽtibus:itẽ argolicum, adriaticũ,corinthiũ,tyriũ ab oppidis:itẽ mirtoũ.icariũ, helleſponticũ,ægeum a caſibus:item ab anguſtijs meati bus boum per vijs appellatur boſphorus a moribus in= colarum dicitur euxinus pontus quaſi hoſpitabilis ꝑ cõ trariũ:itẽ ab ordine fluẽdi dicitur propontis.ægyptiũ:

pelagus datur aſiæ:gallicum europæ:aphricum libyæ:
Et hæc de mari mediterraneo.Sed in circuitu terræ ipſe
oceanus a diuerſis oris quas amplectitur diuerſa accipit
nomina:nã a littoribus ſuis dicitur arabicus,perſicus, in
dicus,eous,ſericus,ſcythicus,germanicus,atlanticus, &
alijs nominibus.At mare caſpium a caſpijs montibns qui
bus adiacet:& idem hircanum etiam dicitur ab hirca=
nia ſilua ſibi contermina:quæ ſubiacet ſcythiæ : & ha=
bet ab oriente caſpium,a meridie armeniam,a ſeptentrio
ne albaniam,ab occaſu iberiam quæ eſt venenorum fe=
rax,vicina monti caucaſo:qui altiſſimus ad ſeptentrio=
nem verſus indiam a ſcythia dirimit.eſt autem mare ca
ſpium vaſtiſſimum quod nec vllum habet exitum nec
alicuius aquæ ſalſæ habet introitum ſed ex immenſis flu
minibus illuc confluentibus factum eſt:& poteſt dici ca
ſpium a portis caſpijs:nam mons taurus ab indico mari
exurgens magnarũ gentium terminus eſt: pro varietate
quarum diuerſa nomina habet:vbi in excelſiſſimam cõ
ſurgit ſublimitatem caucaſus appellatur.& in tribus lo
cis interruptus quaſi portis tranſitur in armeniam in ci=
litiam & in mediam,& ille tantum caſpiæ portæ appel
lantur:quæ apud medos exiſtunt. Gades ſunt duæ
inſulæ in extremo noſtri maris occidentalis ; quarũ vna
dicitur gadis maior vbi eſt templum & columnæ her=
culis:altera dicitur gadis minor:vlterius eſt inſula bri=
tannia quæ etiam dicitur albionvulgo anglia: inde eſt
ſcotia vbi eſt ſilua caledonia.circa eſt hybernia ſiue iu=

uerna inſula:ultra quam ſunt quadraginta inſulæ parvæ dictæ orcades:ultra quas eſt inſula thule:quæ olim dicebatur ultima.fretum herculeum eſt inter calpen hiſpanie montem & abylam mauritanime montem ubi eſt mons atlas.a freto herculeo uerſus ſiciliam primo eſt inſula ebuſus uulgo iuiſa:inde eſt ophiuſa uulgo ſerpentara:poſtea ſunt duæ inſulę quarum altera eſt maior altera minor dictæ baleares funda bellicoſæ.eaſdem gręci appellant gymneſias uulgo maiorica & minorica: a cōtinenti eſt hiſpania bethica uulgo granata:inde lōga intercapedine eſt carthago noua:poſtea ualentia:inde gallia narbonenſis ubi eſt delphinatus:& prouincia regio finitima rhodano:& maſſilia : ſunt etiam duæ inſulæ.ſ. corſica & ſardinia : ſed a continenti eſt fluuius uarus: inde genua,liguria,populonia,tuſcia:Roma cum ſuo tyberi ſedes apoſtolorum mundi caput. poſtea eſt campania cumæ,Puteoli,capua,Neapolis regni Italici caput: ſurrentum,ſalernum,lucani, brutij regium : ſunt etiam plures inſulæ ſcilicet capraria ilua,pontia, prochita,caprea,enaria:& plures inde decem inſulæ ſunt. quarum prima eſt eolia,uſtica,phærricodes , ericodes,uulcania, lipare,didime:euonimos,hiceſta,ſtrongile,poſt quas eſt ſicilia quam Plinius inſularum optimam nominat : quæ etiam dicitur trinacria ſiue triquetra a tribus promontorijs.ſ.pachinno lilybeo:& peloro ubi deſinit mare tyrrhenum & incipit ionium:ibiq; eſt Meſſana nobiliſſima ciuitas regni caput patria noſtra:ſitu & portu amœniſſi

*ma vt ait Cicero inuer.*Ex *hac ortus eſt dice archus philoſophus peripatheticus orator ac geometra auditor Ariſtotelis qui leges & ſtatuta ſuis ciuibus dedit:et plura in philoſophia compoſuit deſcriptionemq; totius peloponeſi moreſq; greciæ tribus voluminibus:politiamq; lacedæmoniorum quam ſtatuto quodam ſingulis annis audiebant:hinc etiam fuit* Ariſtocles *philoſophus peripateticus:qui decem libros in philoſophia naturali: & totidem in morali edidit.& artem dicendi: comparationemq; vter doctor homerus an* Plato.Ex *hac quoq; patria fuit* Ibicus:*hiſtoricus & poeta lircus vnus ex nouē lirycis vniuerſæ græciæ is plura compoſuit lingua dorica:& primus ſambucam inſtrumentum muſicum inuenit:hic captus a latronibus in quadam ſilua: ad grues forte illac volantes dixit.*Vos *ſaltem mortis meæ teſtes eſtote: eo interempto latrones abiere:& quum in theatro quodam ſederent ad ſpectandum cernentes grues volantes dixerunt ad inuicem ridentes* En *grues ibici quod quidam quum audiſſet ſuſpicatus rem:gubernatori ciuitatis retulit: qui cognita re latrones ſuſpendit.* Vnde *ortum eſt prouerbium in re certa* Grues *ibici: hoc tamen ſanctus* Cyrillus *diuina prouidentia actum affirmat.* Hinc *etiam fuit* Lycus Hiſtoricus:*ac* Poeta *qui plura de Sicilia ac* Lybia *ſcripſit. hinc* Item *extitit* Polycletus *philoſophus & medicus celeberrimus: Sed quid de veteribus plura.* Duo *recentiores nobis abunde ſufficiant ſcilicet* Magiſter Ioan-

nes gatus qui eximius & philoſophus & theologus: necnon prædicator admirabilis extitit. tandemq; epiſcopus Cephalœdij: Meſſanæ obijt. Alter magnificus Andreas barbatius cæſarei pontificijque iuris doctor excellentiſſimus integerrimuſq;: qui multa in iure compoſuit: demumq; dierum plenus diem vltimum Bononiæ clauſit. Inde eſt pelorus vergens ad ſeptentrionem inde Phalachrium promontorium poſtea milæ: Tyndaris. Chyda. Agatyrſus. Cephaledium Imera fluuius: Termæ. Panhormus. Drepanum: ſegeſtanum emporium: lilybeum vergens ad auſtrum legum. agragantinum ſiue agrigentinum emporium. bruca promontorium: camerina. pachinnus vergens ad ortum. ſyracuſæ, cathina, taurominium. Meſſana habens portum circumdatum argeno promontorio vbi eſt conditũ magnum monaſterium ſancti Saluatoris linguę phari. Præterea ſunt plures vrbes mediterraneæ in ſicilia vt eſt Enna, Netum, Adranum. Calathagiro, Trachyna: & reliquæ & Ætna mons hactenus flammiuomus a poetis & hyſtoricis cantatiſſimus: circa Siciliam ſunt etiam plures inſulæ: Nam aborea ſunt inſulæ eoliæ de quibus dictum eſt: ab auſtro vero ſunt aliæ ſcilicet Melita vulgo dicitur malta. Coſyra vulgo dicitur lapantillaria: Gaudos vulgo dicitur lugozu. Item ſicilia ab occaſu ſeptentrione ambitur mari tyrrheno ſeu infero: A meridie afro. Ab oriente ionio. Item, citra Romam mundi caput eſt hoſtia. Gaieta: Neapolis:

rhegium,ſylaceum,tarentum,hidruntum,ancon, arimi-num,rauenna,ferraria,padus ſiue eridanus: padua ſeu patauium: Venetiæ ciuitas illuſtriſſima gentium togatarum,totius Italiæ decus:infidelium atq; pyratarum terror adriatici maris regina. Deinceps latiſſimis etiam paſſibus reliqua tranſcuramus.ſupra uenetias ſunt carnaici:forum iulium.aquileia:timauus fluuius:iapida regio: longe ſuperius eſt damnubius fluuius: & rhenus: ſed poſt aquileiam eſt hiſtria,illyris,liburnia, dalmatia ubi eſt epidaurus:dirrhachium ſiue epidamnus: uclona hinc occurrunt acroceraunì montes,epirus,ſinus buthrotum, ambratia, cum ſuo ſinu:ubi eſt acteum & leucas promontorium ſupra eſt achelous fluuius:amari eſt corcira inſula:inferius eſt cephalenia inſula:echinades:itacha:Zacynthus:infra ſunt ſtrophades inſulæ a continenti eſt chaonia:acarnani,euenus fluui. pindus mons oeta mons:longe ſuperius eſt macedonia,emathia: theſſalia: ubi eſt pieria,philaca:ſupra eſt athos mons.infra eſt oſſa mons: peneus flu. othris mons, ſperchius,flu.olympus mons:parnaſus mons gloria uatum, daulis,delphi. cyrrha,phocida,beocia,achaia,cytheron mons, illiſſus flu. aſopus flu.thebæ,athenæ,pireus,munichiæ portus ſuniũ, promontorium,iſmenus flu.ſupra eſt ſinus edonicus: ſingiticus,toronaicus,tharmaicus ubi eſt apollonia:& theſſalonica:inde eſt ſinus pelaſgicus:poſtea eſt inſula euboia bulgo dicitur nigro ponti ubi eſt ciuitas chalcis et caphareus promontoriũ:a cõtinenti eſt anthedõ:& au-

lis

lis vbi græci coniurauerunt in troiam:eleuſis riſa: me= gara:inde eſt iſthmos vbi eſt lecheus & corinthus & ſi= nus corinthiacus vbi eſt etiam peloponeſus peninſula in qua ſunt multæ ciuitates:ſcilicet patrę,olenus,helis,vbi eſt alpheus fluuius: item metone vulgo mudo: corone vulgo curo:meſenia vnde ſinus meſeniacus,trœzen, la= cedemon,lerna,argos,tegea,nemæa, cenchrea, ſiyonia vbi etiam ſunt pholoe,ſtymphlalus,taygetus,montes & inachus,aſophus, alter,paniſus flumina vbi eſt achaia propria & archadia vbi eſt ſinus laconicus:& argoli= cus:& ſaronicus:vltra peloponeſum eſt inſula creta cũ ſuo monte ida & multis ciuitatibus circa quam ſunt in= ſulæ paruæ dictæ ſporades:vltra quam eſt carpanthus: & rhodus:inde ſunt omnes inſulæ maris ægei dictæ ci= clades inter quas eſt paros,chios,delos,naxos, micone, giarus:leſbos in qua ſunt due vrbes.ſ.methinna & mi thilene:ſchiros andros:tenedos & reliquæ:inde eſt hel leſpontus cui a parte europæ eſt cherſoneſus hoc eſt ter ra vndiq; fere mari cincta vbi eſt ſeſtos & calipolis: a parte vero aſię eſt abidus ſymois flu.dardanus vrbs:ſca mander flu.ſigęus promontorium:inde eſt propontis:po ſtea eſt boſſorus thratius vbi eſt bizantium ſiue conſtan tinopolis:vt diximus:inde eſt pontus:euxinus quaſi ho= ſpitabilis per contrarium:poſtea eſt boſphorus cimme= rius vbi ab europa eſt taurica cherſoneſus: ab aſia eſt achilleum vrbs ſeu promontorium:ſupra tauricam cher ſoneſus eſt bycis palus inde eſt meotica palus:in quã in=

ſluit tanais a montibus ripheis. Circa *ſigeum eſt illum re gia priami ida:inde ſunt plures prouintiæ ſcilicet myſia,phrygia,bithinia,pontus,paphlagonia, cappadotia, galatia , ionia,lytia,pamphilia,cilitia:* Armenia *minor: item atendo vſq; ad euboiam dicitur mare egeum:inde eſt mare icarium.vlterius eſt mare mirtoum : vltra cretam eſt mare carpathium:inde liceum & pamphileum: poſtea eſt cyprus & ſinus iſſicus:inferius eſt mare ſyriacum inde ægyptiacum.a continenti eſt ioppe uulgo dicitur iaffa:interius eſt galilea iordanis flu.iudea hieruſalem ſiue hieroſolima vbi fuit tribus beniamin,paleſtina,circa hæc loca fuerunt omnes tribus iudeorum : & mare galileæ & mare tiberiadis:& mare mortuum ſiue ſodomorum.* Armenia *maior , aſſyria,montes caſpij: meſopotamia inter eufratem & tygrim fluuios :* Babilonia *: ſinus* Arabicus:Arabia Petreia : Arabia *deſerta,*Parthia,*perſis ,* Carmania, *ſinus perſicus , mare rubrum mare indicum:ſcythia intra imaum montem : ſcythia extra imaum montem:*Ganges *flu.ſinus gangeticus:* India *intra gangem:*India *extra gangem : magnus ſinus ad indicum mare vbi eſt inſula trapobana.* Iterum *a ſinu iſſico eſt tripolis ſyriæ , ioppe,damiata ægyptus,nilus,*Alexādria. *Syrtis magna,tripolis* Barbariç: *ſyrtis parua:inſula cercira uulgo cherchini:infra eſt inſula mennix. vbi ſunt gelbi alias lothophagi , thimiſā, tuniſium:*Carthago *magna:ſinus numdicus:mare punicum:lybicum vſq; ad ægyptiacum* Mauritania *duplex*

ſcilicet cæſarienſis & tingitana:vbi eſt mons Atlas qui eſt duplex : vnus propinquior columnis Herculis: alter vero ad interiora Libiæ remotior vbi eſt getulia: Affrica maior ſeu Lybia interior : & Ethiopia vltra quam eſt nilus fluuius cuius paludes ſuſcipiunt niues a monte lunæ: poſtea eſt ſinus arabicus & mare rubrum: & ſinus barbaricus vbi ſunt anthropophagi æthiopes. De prouintijs & *inſulis europæ ſcilicet thulæ,orcades,hybernia,albion , ſiue* Britannia , *Hiſpania* Bethica,*luſitania,tarraconenſis*,Gallia *belgica.*Lugdu*nenſis* , Aquitania , Narbonenſis , *Germania magna . pannonia ſuperior & inferior,rhetia,vindelitia , noricum,illiricus.liburnia,dalmatia*,Corſica *ſiue cyrnus inſula* , Sardinia,Sicilia,*duæ baleares,ſarmatia europæ, taurica cheroneſus*,Datia,*myſia ſuperior & inferior,* Thratia , *altera cheronneſus helleſponti.*Macedonia, Epirus. Achaia,*euboia peloponneſus : creta & plures.*

Aphricæ *prouintiæ ſcilicet mauritania tingitana & cæſarienſis aphrica vbi eſt numidia:cyrene ſeu pentapolis* , Marmarica , Libya , Aegyptus , *thebais , libya interior , æthiopia interior : æthiopia ſub ægypto .*

Prouintiæ *aſiæ ſcilicet pontus , bithynia , propria aſia,vbi eſt phrygia,lytia , galatia,iſauria* , Paphlagonia , Cappadotia *vbi eſt parua armenia,cilitia*,Sarmatia , *aſiæ,cholchis,hiberia aſiæ*,Albania,*magna armenia* , Cyprus *inſula* , Syria , Phœnitia , Paleſtina , Iudea , Arabia *petrea* , Arabia *deſerta* , Meſopotamia.

Babylonia, Aſſyria, Media, ſuſiana, Perſia, Parthia, Carmania deſerta. arabia fœlix, carmania, hircania, Margiana, Bactriana, ſugdiani, ſaccæ, ſcythia duplex ſerica, aria, drangiana, aracoſia, india duplex, trapobana, inſula. Scythia eſt regio ſeptentrionalis: diuiditurq; a tanai & vna pars remanet in europa: altera vero in aſiã protenditur: Sarmatæ ſunt populi ſcythiæ iuxta dannubium in mæoticam vergentes græce dicuntur ſauromatæ: ſunt autem duæ ſarmatiæ vna europæ altera aſiæ. Tempe proprie ſunt loca theſſaliæ quinq; milibus paſſuum longitudine: & ferme ſex latitudine vbi eſt pulcherrimus ager refertus arboribus: canorus auium concentu: media interſecat amnis peneus. Item tempe ſunt in boetia: & in ſicilia quæ dicuntur heloria. Item omnia loca habentia nemora & aquas poſſent dici tempe. Maſilia eſt vrbs galliæ tranſalpinæ in narbonenſi prouintia: ſed maſſylia cum. y. græco eſt vrbs numidiæ ſeu getuliæ vicina mauris. iſthimos eſt ſtrictura terrę inter duo maria: & ſunt duo iſthmi ſcilicet achaicus vbi eſt corinthus alter eſt thratius vbi eſt Cardia vrbs. Sidon ē vrbs phœnitiæ: ſic tyrus ſiue ſacora quæ quondam fuit inſula & induſtria magni Alexandri facta eſt terra continens cõchylio ſiue purpura nobilitata: idumea eſt regio ſyriæ inter Arabiam & phœnitiam parum diſtans ab hieroſolyma. Aſturia eſt ciuitas hiſpaniæ: ſed aſtura eſt flumen & oppidum in latio. liceus mons archadiæ eſt deo pani ſacer: parnaſus eſt mons phocidæ ſed citheron

& helicon ſunt montes in bœotia: cyrrha vero & nyſa ſunt ciuitates. altera ſub cyrphin rupem pernaſi:nyſa vero in fœlici arabia:laodicea eſt vrbs celeberrima aſiæ: Geta eſt populus in ſcythia europeia quos alij dacos ſeu gothos dicunt. Gotthia eſt regio europæ contermina datiæ & nouergiæ. Carra eſt ciuitas Arabiæ ad mare rubrum:carræ vero eſt ciuitas meſopotamiæ:caria eſt regio aſiæ:Epidamnus eſt ciuitas epiri quã Romani dyrrhachium appellauerunt ſed epidaurus eſt ciuitas in peloponeſo:eſt & alia in dalmatia. Antycera eſt inſula ad iacens ad ſinum maliacum vnde ſumitur helleborus:alia eſt iuxta cyrrham in phocide. Antiochia eſt vrbs in ſyria quam orontes flu. interfluit. Acheruſa eſt palus inter Capuam & Auerſam per aperta plana vſq; prope cumas. ætolia eſt regio græcie contermina epiro. Eſt autem epirus regio quæ moloſſa dicta eſt & chaonia. nũc vero Albani:inter macedoniam & achaiam. Erix: cis. eſt mons ſiciliæ & vrbs in eo ſita. Acaron pe.cor. eſt ciuitas paleſtine quę cæſarea uocatur. Acarnania eſt pars epirim quã achelous ab ætolia diuidit. acrocorinthus eſt mons peloponeſi inter duo maria vbi eſt corinthus. æthruria eſt prouintia Italiæ a ſcrenitate dicta. Lombardia eſt regio Italiæ quæ dicitur gallia ciſalpina cuius metropolis eſt Mediclanum ſiue Mediolanium. Alania eſt regio ſcythiæ vnde alam quos amianus appellat maſagetas:Antandros eſt vrbs phrygiæ: antandrum vero ſaxum magis q̃ inſula eſt inter tenedũ & chium. Albur-

nus eſt mons lucaniæ. ſed alburnum eſt adeps arborum. Aquileia eſt vrbs carnorum metropolis: iuxta quam defluit timauus. Cyllene eſt mons arcadiæ vbi enutritus fuit Mercurius.

Explicit liber Secundus.

Tertij libri Prologium.

ET ſi ſcio non nullos hanc meam admiraturos audaciam: qui quum olim iuuenis grãmaticæ opuſculum exoluerim: nunc ſenex eodem regreſſus: illud emendare: quædam in eo renouare: multa addere: non nulla etiam meliori ordine dirigere ſum agreſſus. Me tamen id multis profuturum diſpitientem, paucorum admiratio ab incepto deterrere non ualuit. Nam ſolum tempus vere ſapiens dicitur: omniaq; inuenire & abſoluere poſſe perhibetur vt ait Ariſtoteles: & ante eũ Cleobolus atq; Thales vterq; ſynchronus. Quumq; authores innumeri non ſolum ethnici verum etiam catholici: inter quos extat diuus Auguſtinus: operibus ſuis retractationem libellos addiderint: quid mirum igitur ſi in opere a me præſertim edito, aliqua emaculare plura in melius inſtaurare: omni deniq; paginulæ multa interſerere auſus fuerim: quum hoc plures ſexcentis factitaſſe probentur. Valeant ergo rerum omnium irriſores obtrectatoreſq;: qui quum boni nihil agant: alijs agentibus inuidere: eoſdemq; liuenti caperatæ frontis veneno conſpergere nõ ceſſant: ac veluti ab vtero matris canina rabie imbuti: ſynteresis imaginoſum haud conſulentes vniuerſa bona in peius vertere omnia candida in nigrum traducere cuncta radiantia in ferruginem trahere cantaridũq; more plura denigrare: cœli demũ ſpiritulis obtrectare ſoliti ſunt: & ab in cunabulis cunctos carpe initiati fuere at

maledicis ſummus opifex cum equo ſeiano aurum tolo-ſanum merito elargietur.

Hexaſtichon.

Multa cupit grauidæ: ſed pluribus angitur egræ
Mens: tamen hanc voto ſumis utranq; tuo.
At qui liuenti conſpergis candida morſu.
Heu cito communem flebis adire locum.
Auribus ecce tenes helices rata vota parentem.
Sic elephas culicis ſentit & indus acus.

De componendis epiſtolis.

Epiſtola eſt mentis noſtrę fida interpres: & quaſi quędam certa rerum noſtrarum ſiue alienarum nuntia. Et deriuatur ab epiſtello ideſt mitto eo q ad abſentes mittatur. Et licet epiſtolarum genera multa ſint: Cicero tamen ad tria potiſſimum redegit. Primum genus eſt ut certiores faceremus abſentes. Alterum eſt familiare & iocoſum. Tertiũ eſt ſeuerum & graue. In epiſtolis autem debet eſſe ſermo latinus: purus ex quotidianis uerbis & uſitatis: nec etiam ſit nimis accuratus aut obſcurus ſed facilis luciduſq; Proinde lector optime multas epiſtolarum Ciceronis Pliniiq; clauſulas integras memoriæ commendato ut multiplici lectione: annotatione: frequentiq; exercitatione tibi compares cele

ritatem: & cum multa percurreris aliquid quotidie excerpas quod concoquas: omniꝗ compoſitioni interſerere poſſis.

De compoſitione.

C*Ompoſitio eſt apta variaque verborum ſtructura perpolitam reddens orationem. In compoſitione autem vt ait Quintilianus tria ſunt neceſſaria ſcilicet ordo: iunctura: & numerus.*

De Ordine.

O*Rdo eſt compoſitio verborum aptis & accommodatis locis. Seruatur tamen ordo in verbis ſingulis & contextis. Singula ſunt vt amicus familiaris atꝗ neceſſarius tibi ſum: vbi cauendum eſt ne decreſcat oratio & fortiori ſubiungatur infirmius: nam augeri ſententiæ debent vt magnificus illuſtris: crudelis immanis, fur, ſacrilegus, ſi ordinem naturalem ſequemur prius viros q̄ fœminas: prius ortum q̄ occaſum: prius diem q̄ noctem dicemus. Quædam ordine mutato fiunt ſuperuacua vt fratres gemini nam ſi præceſſerit gemini: fratres addere non eſt neceſſe: & ſic in multis.*

Contexta etiam augeri debent vt in hoc exemplo. quum charitatem eſſe illam conſtet qua & inimicos & amicos noſꝗ ipſos atꝗ creatorem diligimus, amamus, colimus obſeruamuſꝗ omnem curam cogitationem fortunaſꝗ noſtras nos deniꝗ totos libenter exponere de

bemus vt ea ipſa charitas diligentiſſime a nobis exco=
latur. Ordinãdæ itaq; ſunt ptes quocũq; loco pro au=
riũ iudicio:qa certa lex dari non põt. Imprimis verbo
ſenſum claudere & aduerbiũ iuxta verbũ locare opti=
mum eſt vt fabio viro optimo & homine doctiſſimo fa=
miliariſſime vtor.potes interdum accuſatiuum præpone
re:inde rectum: poſtea verbum ſi tamen id compoſitio
aureſq; patiantur vt Carthaginem Scipio æmilianus de
leuit.Genitiui,Datiui,& Ablatiui in principio clauſu=
læ rectius poni ſolent vt epiſtolarum genera multa eſſe
non ignoras.tibi patrimonium dij fortunent. In prælio
mortem pater appetebat. Adiectiua ſubſtantiuis præ
ponuntur vt optima virtus:diuinum ingenium:Poſſeſſi=
ua pronomina poſtponũtur ut filius tuus:litterę noſtrę.
Præpoſitiones apte inter ſubſtantiua & adiectiua inſerũ
tur vt ferace in agro:hanc ob cauſam : ſumma in hoſpi=
tes liberalitas:Genitiui inter alios caſus concinne locan
tur vt omnia rei publicæ iura.Immania ſceleratorũ ho
minum flagra.Alij caſus inter genitiuos non incongrue
concinantur vt huius claritudo viri. huius quirites au=
ctoritas : loci rectus inter alios caſus inſeritur vt hunc
tu hominem appellas.Illum ego inertem odi. Nega=
tiua dictio:ſiue affirmatiua : ſiue aliquod inſigne adie=
ctiuum:ſiue aduerbium non inconcinne clauſulam ter=
minant:vt Cicerone inter oratores præſtantiorem inue
nies profecto neminem.Idem factitant omnes. Sunt quæ
dicis egregia:quæ mihi iuſſiſti perfeci omnia diligen=

ter. Sunt quædam particulæ quæ niſi ordine proprijs locis ponantur fœdant orationem vt ſed quia: optimus quiſque recte dicitur: quia ſed & quiſque optimus non recte. Nam ſunt quædam particulæ quæ ſemper præponuntur ſcilicet at. aſt. ſed aut, ac, cæterum, enimuero. verum, ſi, an, ſin, quin quędam poſtponuntur ſcilicet. q̃. ve. quidem, quoq̃, autem vero: enim. quæ amant poni poſt primam dictionem vt ego vero: tu autem. Item quã q̃, & ſi, tametſi: in principijs & in clauſulis maioribus accomodantur & iunguntur indicatiuo: & ſequitur particula tamen ſed quamuis & licet in clauſulis breuioribus & iunguntur ſubiunctiuis & non ſemper ſequitur particula: tamen.

De Iunctura.

IVnctura eſt quædam uerborum ſtructura & collocatio ſine auriũ offenſione: et eſt duplex iunctura ſ. aſpera & lenis. aſpera eſt quæ concurſu uocaliũ ſæpe hiantem reddit orationẽ vt aræ illę æſculapi. interdũ etiam grauiorẽ reddit orationẽ vt ego omni officio ac potius pietate. Lenis eſt quæ beneſonantiũ vocaliũ cõcurſu dulciorẽ reddit orationẽ vt virtutis enim laus oĩs in actione cõſiſtit: hic vitanda eſt eiuſdem litteræ ſiue ſyllabæ: ſeu dictionis moleſtas aſſiduitas vt otite tute tati tibi tanta tyrãne tuliſti. amor mortalis: cuius rationis ratio non conſtat: ei rationi ratio non eſt. Item cauendum eſt ne ſyllaba prioris partis ſit prima ſequẽtis. vt luce lucebat

aliena & ne etiam ſequens ſyllaba incipiat a fine præcedentis vt O fortunatam natam me conſule romam. Item ne precedens vocalis ſit initium ſequentis vt ære emit. illi incumbit: iccirco melior eſt iunctura ſi conſonantes vocalibus applicentur vt ære mercatur: illi totus incumbit: præterea aſperæ conſonantes videntur rixari: error Romuli. Item. s. ante. x. vel poſt facit ſtridorem vt fluuius xanthus: nix ſoluta: ſic etiam ſi. x. alteri occurrat vt rex xerxes. Item multe dictiones in. s. terminatæ non bene conueniunt vt dabis nobis nouas præceptiones. Sic ſimiliter cadentia vt mœrentes flentes lachrymantes ſic etiam ſimiliter deſinentia vt eos reduci q̃ relinqui, temni, q̃ deſcri malui. ſic quoq; monoſyllaba plura male continuantur vt cum ea clam te ſubduxiſti & cætera talia.

De numero. i. de modulatione orationis.

NVmerus eſt elocutionis pars. ordinis dignitatem: & concinnam iuncturæ ſtructuram in ſe continens: græce dicitur rhithmus: & differt a metro quia metrum certo ordine & pedum ſpatio clauditur: Rhithmus vero ſine certo temporum ſpatio multiplicatur. Hic vitandum eſt ne verſum faciamus dum volumus dicere numeroſe atq; modulate. Notandum eſt ꝙ optime a longis ſyllabis incipitur: interdum etiam a breuibus: longe namq; ſyllabæ grauem reddunt orationem breues vero celerem. Struitur autem oratio pedeſtris ſiue ſoluta ex comatibus: colis & periodis: Ex verbis namq;

coma ex comatibus colon:ex colis fit periodus.coma ſiue inciſum eſt ſenſus nondum expleto numero concluſus ſed plerunq; pars membri.interdum ex ſingulis verbis conſtans. Colon *ſiue membrum eſt ſenſus a toto corpore abruptus ex pluribus comatibus confectus.* Pe*riodus ſiue clauſula eſt ſenſus termino concluſus: qui non longior ſolet eſſe: q̃ vt vno ſpiritu proferatur ex pluribus collis compactus vt in hoc exemplo.* Mors *obituſq; terribilis eſt illis.* Ecce vnum *coma: quorum.* Cum *vita omnia extinguntur.* Ecce *alterum coma: ex quibus fit colon non ijs quorum laus emori non poteſt.* Ecce *alterum colon:ex quibus factus periodus ſeu clauſulæ totius concluſio.*

De *punctis quibus diſtinguitur oratio.*

P*Vnctus eſt ſignum ſegregans intellectum & ſpiritum recreans prolatoris.Suſpenſiuus punctus eſt ſim*plex *virgula quæ ſolet quietis gratia poni vt mors.* Ge*minus punctus eſt quo vtimur vbi clauſula maiorem quandam quietem habet ſenſu tamen imperfecto vt mors, obitoſq;:* Coma *eſt punctus planus in ſuperiori parte lineæ poſitus cum virgula ſuperius eleuata: quo vtimur vbi ſenſus non eſt expleto numero concluſus vt mors:obituſq; terribilis eſt ijs.colon eſt punctus planus in inferiori parte lineæ poſitus:quo vtimur vbi ſenſus a toto corpore eſt abruptus vt mors: obituſq;: terribilis eſt ijs: quorum:cum* vita *omnia extinguntur. periodus*

eſt punctus planus cũ virgula curua inferius flexa quo vtimur in fine clauſulæ vt mors, obituſq; terribilis eſt ijs quorum cum vita omnia extinguntur, non ijs: quorũ laus emori non poteſt. Interrogatiuus punctus eſt qui cũ interrogatione profertur ut ſed uos qui tandem? Parenthesis eſt interpoſita orationi ſententia duplici ſignata diaſtole ut namq; (fatebor enim) dum me galathea tenebat.

De Ornatu elocutionis.

ORnatus eſt qui admirationem excitat: et palmã dat oratori decet nãq; ornate loqui uerbis proprijs latinis & uſitatis, quæ optime ſonent ut rem maxime explanent & aliquid concinnitatis efficiant: non ſat erit ergo pulchris uti ſententijs, niſi ſint uenuſtæ & bene collocatæ uerborumq; elegantia refertæ. Nonne concinnius eſt illud negotij? q̃ illud negotiũ? id rei? q̃ ea res? ſic hoc regni: ſatis uirium: nihil loci: multum gloriæ: parũ modeſtiæ? Item ornatius dicitur id facias uelim: q̃ uolo: hoc eſt mihi iocunditati q̃ iocundum: cætera id genus: q̃ eius generis ſuus cuiq; eſt mos, q̃ quiſq; habet ſuum morem: amandæ uirtutis gratia q̃ amandi uirtutem: nihil hoc homine melius: q̃ nullus homo melior: Aphricanus ſingularis & uir & imperator: q̃ ſingularis uir & imperator: maxime earum genus: q̃ rariſſimum. Vir fortis omnia pro re publica adibit pericula & quidem impigre q̃ impigre adibit pericula. Præterea eleganter di=

citur ſapientiæ ſtudium quæ philoſophia dicitur concordans cum conſequenti.Item perbeatus : per quam felix ideſt ualde:ago tibi q̃ maximas gratias:Item tum:ſicut: & geminantur in rebus paribus.ut Marcus Cicero tum laude uirtutis:tum rerum ſcientia ualuit:Æneas & fortis & pius fuit.At cũ ſignificamus aliquid leuius et poſtea grauius:prius ponimus cum,& poſtea,tum, ut cum omnes fortunati ſint qui bene uiuunt tum perbeati qui omnia deſerunt & ſolam uirtutem amplectuntur: & ſere poſtulát indicatiuum.Item opus eſt facto pro facere: Non diſcedas ab honeſtate naturaq; ideſt ab honeſtate naturali.Marcus antonius præſtabat eloquẽtia:uel eloquentiæ gloria ualuit. Ex tempore dicere eſt ex improuiſo:extemporalis oratio ideſt non præmeditata:ex tempore uiuere ideſt ex temporis conditione. Ex ſententia aliquid habere ideſt ad uotum:refero tibi acceptum ideſt fateor me accepiſſe a te.refero impenſum ideſt rationem de impenſis reddo.Confero in te beneficia.i.colloco.confero me ad templum.i.uado.præmefero grauitatem ideſt oſtendo. Fatio te certiorem huius rei uel de hac re:facio tibi poteſtatem abeundi.i.do libertatẽ. ſic facio te miſſum:facio tibi gratum ideſt gratificor tibi.facio rẽ diuinam ideſt ſacrifico:Facio ideſt ſacrifico. Ver.quum faciam uitula pro frugibus ipſe uenito ideſt quum ſacrificauero cum uitula.hoc non facit ad te ideſt non cõuenit.Medicina facit morbo ſiue ad morbũ.i.prodeſt facio uerba.i.loquor.ſic facio ſiue habeo ſermonem

vel orationem.facio naufragium ideſt patior:ſic feci iacturam ſiue damnum ideſt paſſus ſum. feci fugam ideſt fugi:feci timorem ideſt timui:feci lucrum ideſt acquiſiui:facio templum ideſt ædifico : facio vitium ideſt corrumpo:facio ſementem ideſt ſemino:facio vela ideſt nauigo:facio pedem vulgo dicitur podia:& eſt funis quo tenditur velũ:facio carmina ideſt compono:facio riſum ideſt moueo alios ad riſum:facio furtum ideſt furor:facio ſilentium ideſt ſileo : facio ſeu habeo iter.i.eo : facio moram ideſt moror:facio hæc miſſa ideſt omitto : facio delitias ideſt delitior ſeu laſciuio ſeu luſito:facio pediculos ideſt emitto:facio terrorem ideſt terreo:facio ſolẽnitatem ideſt exhibeo:nam facio ad omnia fere trãſferri poteſt:& ſic facio finem dicendi ideſt finio. Ignoro hanc rem ideſt neſcio idem eſt hæc res me fugit:vel me præterit:vel me latet:vel ſum neſcius.ignarus, imperitus,inſcius huius rei.Pendo pœnas.i.ſoluo: exhibeo tibi negotium.i.ſum tibi moleſtus. Habeo iter.i. proficiſcor: habeo verba.i.loquor:habeo rationem.i.reſpectum:bene ſe habere:eſt incolumen eſſe:male ſe habere:eſt aliqd aduerſi pati:bene mecũ agitur.i.in bona cõditione ſum: ſic etiam dicitur præclare te cum agitur:optime cum illis agitur. Capere dolis eſt decipere:mentecapti dicũtur amentes.i.qui compotes mentis non ſunt. Capti oculis.i.priuati viſu.Non ſum ſoluendo.i.non poſſum ſoluere.Nauo litteris ideſt do operam : nauare enim eſt aliquid ſtrenue et ſtudioſe efficere.vnde Cicero ait iá mihi video

hi video nauaſſe operam. abdicare eſt renunciare: repudiare: & negare: itē abdicare eſt expellere filium a bonis paternis dum uiuit pater: exhæredare vero eſt poſt mortem patris. Accepi *calamitatem. damnum: cladē contumeliam, repulſam, vulnus, dicimus, non autem paſſuus ſum vel ſuſtinui niſi apud poetas.* Addicere *eſt in actione ideſt venditione quæ publice fit aliquid vendere: addictus morti ideſt deſtinatus.* Actum *eſt in malum ſonat vt actum eſt de re publica ideſt extincta eſt.* Agere *cum populo dicimus quando rogamus populum vt velit determinare ſuper aliqua re: idem eſt referre rem ad populum. habere concionem eſt ſolum loqui ſine rogatione. dicitur rogatio quādo lex non eſt adhuc confirmata a populo tribuno rogante: promulgatio dicitur quando lex primum audiebatur a vulgo lex dicebatur quando erat cōfirmata: quod etiam plebiſcitū ſeu priuilegiū poterat dici.* Agere *cauſas eſt aduocare: agere animam eſt expirare. agere mulas eſt anteducere.*

Ad *ſummam & in ſumma ideſt deniq; ſeu breuiter: at ad ſummum refertur ad numerum vt vnus aut ad ſummum duo reperti ſunt. ad me ſpectat. i. pertinet: ad mortem ſpectat quaſi reſpiciendo tendit.* Supplicare *eſt poplitem vel ceruicem plicando orare: adoro eſt quaſi ore precor quod iterdum fit ſine voce: et proprie adoramus ſtatuas & reliquias præſentes: animas vero abſentes oramus.* Adſum *pugnæ & in pugna. i. præſens ſum: modo deus adſit. i. faueat: huc ades. i. veni latebo ad tem*

pus.i.ad conditionem temporis ſeu vſq; ad quoddam tẽ pus. Alludere eſt quum aliud dicimus & ad aliud referimus ſententiam. Animaduerto in te.i.punio te. animaduerto te.i.intuor ſeu conſidero. Aſciſcere eſt remotũ aliquod ad ſe capere ſeu trahere: Deſciſcere eſt ab imperio alterius ſe ſubtrahere: Conſciſcere fere ad mortem pertinet vt mortem ſibi ipſe conſciuit. Præuaricari eſt a recto diſcedere: ſeu uera crimina abſcondere: præuaricator eſt tranſgreſſor qui ab officij ſui præſcripto deflectit & oberrat. Tergiuerſari eſt fallere: & dicta mutare ſeu contradicere & quaſi terga vertere: proprie tamẽ tergiuerſari eſt eorum qui terga vertentes adhuc tamẽ pugnant: nec ſe victos uolunt agnoſci: at iuriſconſulti accipiunt: tergiuerſari ideſt in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Calumniari eſt falſa crimina alicui intendere: calumnia eſt vexatio alicuius in litibus per fraudem: calumniator eſt qui falſum crimen obijcit. Aſſeuerare eſt proprie inter ipſa argumenta probationeſq; vim animi motumq; cum quadam ſeueritate admiſcere. Aſſurgo tibi ſcilicet vt obuiam eam cauſa honoris. Capitale odium eſt quod caput alterius petit: capitalis homo eſt cuius caput peti debet. Captus ſum amœnitati loci ideſt delector: capio dolorem: tenet me dolor: deſiderium: cœpit me tædium, odium, obliuio: ſed cepi voluptatem: & cepit me voluptas. Compertum eſt mihi: & exploratum eſt mihi ideſt per inueſtigationem ſcio idem eſt comperi & exploraui: conſtitutum eſt mi

bi: deliberatum eſt mihi: decretum eſt mihi ideſt apud me cogitando firmatum eſt: idem eſt conſtitui: deliberaui & decreui: Certum eſt mihi ideſt manifeſtum eſt vel etiam conſtitutum & deliberatum eſt mihi. Conflaui ſeu contraxi æs alienum ideſt factus ſum debitor alienæ pecuniæ: diſſolui æs alienum ideſt quod contraxi reſtituo. Compos voti ideſt propoſiti effector: contrarium eſt impos voti: ideſt qui non poteſt facere quod vult. Concilio mihi amorem vel beniuolentiam alicuius ſic laudem famam mihi cõcilio: non autem gratiam ſed ineo gratiam: non autem amorem in eo: reconciliare eſt in priſtinam familiaritatem redire. Coniecto, as, coniecturo, coniecturam facio: coniecturam capio. coniectura conſequor: coniectura colligo: coniectura ducor: pro eodem fere accipiuntur: quia coniectura eſt actus conijciendi: ideſt interpretandi cogitandi colligendi ſeu diuinandi: nam id quod aliquis per ratiões per ſigna per tempora conijcit ideſt cogitat & colligit: per coniecturam conſequi dicitur. Coniurare eſt conſpirare in malum fere ſonant. Conuenit hoc mihi ideſt decens eſt: conuenit mihi tecum ideſt ſine controuerſia eſt inter nos quod ego dixi: conuenit tibi mecum ideſt ſine controuerſia eſt inter nos quod tu dixiſti: cordi eſt. i. placet ſeu delectat: in animo eſt ideſt habeo in animo: vel animus eſt mihi: vel uolo ſeu conſtituo. Deceſſit ſeu exceſſit a uita ideſt mortuus eſt: ſic defunctus eſt: vel mortem cum vita mutauit: vel

mortem oppetijt:vel de vita migrauit:vel occubuit,perijt,interijt,extinctus eſt.expirauit:animam effudit:vitã fugit:animam liquit:vitam exhalauit.obijt mortem: diẽ vltimum clauſit:communem locum petijt.dico ſententiã conſiliarius:fero ſententiam iudex:dico leges ad victos: fero leges ad meos. Diſcere eſt vt intelligas:ediſcere vt memoria complectaris:dediſco.i.obliuiſcor. Ediſcere eſt magiſtratuum vnde edictum cõſulum.indicere eſt denunciare:vnde bellum indictum.Effingere eſt ad formam alterius fingere:& proprie fingere.eſt figuli qui formas ducit ex luto:item fingo ideſt ſimulo:inde affingo.i.ſupra fingo.cõfingo.i.ſimul fingo:diffingo.i.quod formatum erat remoueo. Ex vinculis cauſam dicere eſt alligatum manicis ſeu compedibus reſpondere criminibus:ſic ex equo pugnare eſt in equo ſedentem pugnare. In diem & in oram viuunt.i.præſentis diei rationem ſeu reſpectum habentes nihilq; de craſtino cogitando: In dies autem viuere eſt quotidi: cum quodam incremento:idem eſt in horam & in horas.in mentem venit mihi:occurrit mihi:ſuccurrit mihi:pro eodem: ſic ſubijt mihi vel me.Intercedit mihi tecum amicitia ſeu affinitas ideſt ipſa eſt inter nos media quæ nos conciliat Cato interceſſit ideſt in medium ſe uerbis & ui oppoſuit. Inuertere eſt in contrarium vertere : vt interiora veſtis vel pellis facere exteriora: præpoſtereq; verba pronuntiare.vt pro lauo vola: Interuertere eſt rem accomodatam ſeu depoſitam vel creditã callide doloq;

efficere ne domino reſtituatur.intercludo ideſt iter tuum impedio.libertas in bonum accipitur quando quis non timide ſed vt liberum decet loquitur:licentia in malum ſonat. Inter ſiluam.lucum:ſaltum & nemus hoc inter eſt ꝙ ſylua eſt nomen generalius & ſolet eſſe cædua:ſed lucus nequaq̃ cæduus eſt:quum potius manu conſitus:& alicui deo conſecratus. Saltus eſt ſylua inuia nec tranſeuntibus peruia vbi paſci & æſtiuare pecudes ſolent: Nemus vero eſt voluptatis cauſa comparatum. & amœnitatis plenum. Millenummum expenſum eſt ſingularis numeri dicitur:ſic mille denarium pro denariorum. mille ſextertium pro ſextertiorum: quia hoc mille ſubſtantiuum eſt. Miniſterium proprie eſt opera miniſtri. Myſterium eſt res arcana ſacerdotibus cognita.Momentum eſt breue tempus ſeu pũctum.Monumentũ eſt quod nos alicuius rei monet:vt ſunt ſepulchra ſtatuæ:libri.Emolumentum eſt vtilitas quam ex opere & labore conſequimur:a molimine dictum. Munus quatuor ſignificat ſcilicet donum onus officium & ſpectaculum. Nebrides ſunt pelles damarum ſeu ceruorum quibus in ſacris bacchi veteres vtebantur. Obſeruo,as, ideſt cuſtodio in modum ſpeculatoris. & eſt admirantis & venerantis.Obuio tibi.obuius tbi fio.obuius ſum tibi obuium me tibi fero.obuium me tibi fortuna obtulit: ſic obuiam per eadem & per alia vt obuiam tibi fio: obuiam tibi proceſſi: obuiam iui. Nedum ideſt non ſolum & interdum affirmatiue vnico verbo vt funderem pro te:

ſanguinem nedũ pecuniam item duobus verbis: vt fun- derem pro te ſanguinem nedũ pecuniam tibi crederẽ ne gatiue ſic nõ perderem pro te nũmum nedũ ſanguinem: vel nõ crederem tibi nũmum nedum pro te ſanguinem effunderem: & in affirmando id quod maioris momenti eſt prius ponitur. in negando vero e cõtrario ſicut patet: fit etiam per nõ modo: non tñ & affirmatiue & negati ue. Parem eſſe eſt ſufficientẽ alicui operi eſſe ſiue reſiſten do ſiue exequendo. Oportet legere multos libros: ex pedit euoluere authores: vtile eſt cognoſcere plurima: operæpretium eſt habere quos imitemur: neceſſe eſt ad- hibere vſum cõducibile eſt deſcendere in certamen: & agitare cum alijs cõtrouerſias: ſic per paſſiuũ: vt oportet legi libros, euolui authores: cognoſci plurima. Perſuade re eſt cũ effectu ſuadẽdo inducere: ſuadere autem eſt in actu inducẽdi. Perferre eſt uſq; ad cõſtitutum finẽ ferre vt leue eſt miſerias ferre: perferre autẽ graue. Pacem feci: pacificatus ſum: pacatus ſum, in pace ſum: placatus ſum: ab armis receſſi: ab indignatione animi ad lenitatẽ redij animo leni ſum: & licet vere non ſit pax impijs: tñ pax multa diligentibus legem tuã domine: vt dixit pro pheta. Perinde flagitat poſt ſe: ac ſi, vel, atq; ſi vt fac perinde ac ſi tua res eſſet. i. quaſi res tua foret: cum nega tione vero habet q̃ vt nulla re perinde motus eſt Cæſar q̃ reſponſo mathematici. i. æque aduentus tuus non perin de gratus fuit. i non multum. Præmefero eſt dicto fa ctoue & ipſa ſtatim fronte quam opinionem de aliqua

re: aut homine habeam confiteri ſic etiam præmegeros præmeduco in eundem ſenſum accipi ſolent. Præſentiſſimum remedium ſeu preſentaneum eſt quod ſtatim ſanat.

Quid & aliquid ſubſtantiua ſunt: ſed quod & aliquod ſunt adiectiua: nam dicimus quid feci: non autem quod feci: aliquid feci: non autē aliquod feci: item quod malum feci: non autem quid malum: ſed quid mali: ſcio quid faciam: non autem quod faciam: item quiddam quia eſt ſubſtantiuum adhæret adiectiuo vt mirabile quiddam: ſed quoddam tanꝗ adiectiuum adhæret ſubſtantiuo vt quoddam nemus: ſic quicquid eſt ſubſtantiuū vt quicquid molle: quodcunqꝫ eſt adiectiuum iccirco hęret ſubſtantiuo vt quodcūqꝫ iaculum: ſic honeſtiſſimum quicqꝫ quodqꝫ conſilium quia natura ſubſtantiui eſt coniungi cū adiectiuo & adiectiui cū ſubſtantiuo. *Rationem habeo. i. reſpectum: ſed tm̄ in bonū vt habenda eſt ratio ſalutis non aūt infirmitatis: cū ablatiuo vero ſignificat negotiū ſeu cōmertium vt habeo rōnem cum muſis: rōnem cōſtare eſt ęquā legitimāqꝫ rōnem aut oſtēdi aut apparere oſtendi poſſe.* *Quod ſcribas vel ꝙ ſcribis gaudeo: ſic credo, opinor, puto, lętor, voluptatē capio. ſ. volo ꝙ ſcribas tm̄: ſic mādo: iubeo, īpero, exigo, poſtulo, reſigno. i. qđ fixū erat educo: ſic retego, retexo, recludo, reuelo reſigno. i. qđ ſignatū erat pateſacio: interdū compoſita ſolēt accipi pro ſimplicibus vt repn̄to remaneo et ſimilia ſiſte gradū. i. firma: ſiſtere ēt eſt repn̄tare: vn̄ ſtator dicit nūtius ſeu tabellarius ſeu ꝗ an̄ magiſtratū ſtat*

ad obediendum. Sperò tibi eſſe bonus amicus.credo fuiſſe tibi fidelis & per accuſatiuũ vt ſpero me tibi eſſe bonum amicum:credo me tibi fuiſſe fidelem:incipe eſſe mihi familiaris:noli eſſe illi inimicus: præcipe illi eſſe mihi familiari:vel præcipe illum eſſe mihi familiarem: ſed licentia poetica Lucanus dixit tutumꝙ putauit iam bonus eſſe ſocer. rectius iam bonum eſſe ſocerum:ſic Ouidius qui precor eſſe tuus:alius dixiſſet quem precor eſſe tuum ſed non tam venuſte. Valeant ideſt recedant. Seruius & Donatus exponunt ideſt pereant valetudo eſt langor vnde valetudinarij ſunt infirmi: item valitudo eſt ſanitas unde bona ualetudo & mala dicitur uèni in opinionem actiue uel paſſiue dicitur:uel ꝙ talẽ opinionem habeo.uel quæ de me habetur.uendico mihi hoc ideſt meum eſſe dico.uindico ideſt ulciſcor:uel ab iniuria facienda defendo:unde uendicare in libertatem.i. aſſerere in libertatem.Vindicta eſt ultio ſeu uirga qua ſerui libertate donabantur.Contendo tecum ſeu cũ altero.i.in ſermone litem habeo:ſed contendo hoc a te ideſt magna uoce peto. Frequens fuit mihi tecum conſuetudo a teneris annis:ſeu ab ineunte ætate ſeu ab infantia ſeu a pueritia.ſeu ab incunabilis.ſeu a teneris unguiculis ut græci aiunt.Studui decem annos intelligitur ſine intermiſione in ablatiuo non ſignificat tempus continuũ: ut ſtudui decem annis licet confundantur. Nomina numeralia non iunguntur cum pluraliter declinatis ut ait Seruius quia non dicimus duo arma ſed bina arma ſicut

binas litteras. Fero ſeu patior hanc rem modeſte uel moderate uel æquo animo. ſic econtrario fero hanc rem grauiter, acerbe, ægre, immoderate: uel iniquo animo hoc affert mihi uoluptatem ideſt delectat hæc res mihi dolet & doleo hac re. Vir prętantis ingenij: ſeu pręſtans ingenio: ſeu præſtanti ingenio dicitur pro eodem. Hanc rem mente animoq; complector: ideſt hanc rem uoluto in animo et deſidero. Habeo hoc in memoria. ſeu huius rei memoriam habeo: ſic memoria teneo. memoriter narro: ſeu pronuntio: ſeu complector: ſeu repeto memoria & memoriter ideſt rem obliuioni traditam inueſtigo: hac re me oblecto ſeu in hac re: ideſt aliquā dulcedinem ſuſcipio. Ineo fauorem ideſt comparo: ſic ineo rationem, pacem, ſocietatem, magiſtratum, bellum, uiā ideſt ingredior ſeu incipio. Item dicimus ineunte adoleſcentia, ætate. æſtate, hyeme, anno, non autē ineunte dormitione. conuiuio, nocte, die, hora: ſed incipiente proprie. Excipere eſt cadentem ſuſcipere. ſeu ſermonem capere: ſeu inſidioſe aggredi: ſeu benigne accipere. Rumpere uocem eſt ſilere uel in uocem erumpere rumperę ſilentium eſt loqui: rumpitur anguis ideſt finditur: rumperę moras eſt auferre. Operæpretium eſt ſignificat utile neceſſarium iucundum & laudabile. Conformare eſt ſimilem ſe facere & aptare ſe temporibus. confirmare uero eſt oſtendere ſe eſſe firmum in propoſito iam incepto. Prouocare eſt inuitare aliquem ad bonum ſiue ad malum: irritare uero ſemper eſt ad malum. Patrare

ad obediendum. Spero tibi eſſe bonus amicus.credo fuiſſe tibi fidelis & per accuſatiuũ :vt ſpero me tibi eſſe bonum amicum:credo me tibi fuiſſe fidelem:incipe eſſe mihi familiaris:noli eſſe illi inimicus : præcipe illi eſſe mihi familiari:vel præcipe illum eſſe mihi familiarem: ſed licentia poetica Lucanus *dixit tutumq́ putauit iam bonus eſſe ſocer. rectius iam bonum eſſe ſocerum:ſic* Oui*dius qui precor eſſe tuus:alius dixiſſet quem precor eſſe tuum ſed non tam venuſte.* Valeant *ideſt recedant. Seruius &* Donatus *exponunt ideſt pereant valetudo eſt langor vnde valetudinarij ſunt infirmi: item valitudo eſt ſanitas unde bona ualetudo & mala dicitur ue=ni in opinionem actiue uel paſſiue dicitur:uel q̃ talẽ opinionem habeo.uel quæ de me habetur.uendico mihi hoc ideſt meum eſſe dico.uindico ideſt ulciſcor:uel ab iniu=ria facienda defendo:unde uendicare in libertatem.i. aſſerere in libertatem.*Vindi*cta eſt ultio ſeu uirga qua ſerui libertate donabantur.*Contendo *tecum ſeu cũ alte=ro.i.in ſermone litem habeo:ſed contendo hoc a te ideſt magna uoce peto.* Frequens *fuit mihi tecum conſuetudo a teneris annis:ſeu ab ineunte ætate ſeu ab infantia ſeu a pueritia.ſeu ab incunabilis.ſeu a teneris unguicu=lis ut græci aiunt.*Studui *decem annos intelligitur ſine intermiſione in ablatiuo non ſignificat tempus continuũ: ut ſtudui decem annis licet confundantur.* Nomina *nu=meralia non iunguntur cum pluraliter declinatis ut ait Seruius quia non dicimus duo arma ſed bina arma ſicut*

binas litteras. Fero *ſeu patior hanc rem modeſte uel moderate uel æquo animo.ſic econtrario fero hanc rem grauiter,acerbe,ægre, immoderate : uel iniquo animo hoc affert mihi uoluptatem ideſt delectat hæc res mihi dolet & doleo hac re.* Vir *prꝑſtantis ingenij:ſeu prꝑſtans ingenio:ſeu præſtanti ingenio dicitur pro eodem.* Hanc *rem mente animoq́ complector : ideſt hanc rem uoluto in animo et deſidero.* Habeo *hoc in memoria.ſeu huius rei memoriam habeo:ſic memoria teneo. memoriter narro:ſeu pronuntio:ſeu complector:ſeu repeto memoria & memoriter ideſt rem obliuioni traditam inueſtigo: hac re me oblecto ſeu in hac re:ideſt aliquã dulcedinem ſuſcipio.* Ineo *fauorem ideſt comparo : ſic in eo rationem,pacem,ſocietatem,magiſtratum,bellum,uiã ideſt ingredior ſeu incipio.* Item *dicimus ineunte adoleſcentia,ætate.æſtate,hyeme,anno,non autẽ ineunte dormitione.conuiuio,nocte,die, hora : ſed incipiente proprie.* Excipere *eſt cadentem ſuſcipere.ſeu ſermonem capere:ſeu inſidioſe aggredi:ſeu benigne accipere.* Rumpere *uocem eſt ſilere uel in uocem erumpere rumpere ſilentium eſt loqui:rumpitur anguis ideſt finditur : rumpere moras eſt auferre.* Operæpretium *eſt ſignificat utile neceſſarium iucundum & laudabile.* Conformare *eſt ſimilem ſe facere & aptare ſe temporibus.confirmare uero eſt oſtendere ſe eſſe firmum in propoſito iam incepto.* Prouocare *eſt inuitare aliquem ad bonum ſiue ad malum:irritare uero ſemper eſt ad malum.* Patrare

proprie eſt liberis operam dare:ſignificat quãcunq; rem inceptam ad finem perducere:ſeu perficere: vnde pater patratus dicebatur qui præerat fœcialibus qui mitteban tur ad patrandum hoc eſt ad peragendum fœdus. Exta*re eſt eminere & quaſi extra ſtare:exiſtere ideſt eſſe.* Ac*clamare eſt voto alicuius applaudere:reclamare eſt explodere et reprobare cum irriſione.*Negare *eſt in facto: infitiari eſt in verbis.* Nuntiare *proprie eſt in verbis aliquid noui exponere ſignificare vero litteris: nuncius qui nuntiat & ipſa res quæ enuntiatur :* Annuntio *ideſt alicui nuntium porto.* Denuntio *ideſt manifeſte nuntio:* Enuntio *extra nuntio ſeu manifeſto : prænuntio ideſt ante nuntio : pronuntio eſt decerno ſeu profero :* Pronuntiatio *eſt vocis vultus geſtus moderatio cum venuſta te:* Obnuntio *eſt contra aliorum voluntatem nuntio & reſiſto.*Renuntio *ideſt refero ſeu reporto ſeu reſigno & reſtituo* Cicero *: hoſpitium ei renuntiat domo eius emigrat.*Loquor *colloquor tibi & tecum:alloquor te:*Pro*loquor ideſt aperte dico ſeu ſententiam fero:vnde proloquium eſt ſententia in exordio:græce prologium latine principium eloquor eſt ſapienter ſeu elegãter loquor vnde eloquiũ et eloquentia propria oratoris:colloquiũ eſt confabulatio:*Comminiſcor *ideſt per me fingo & inuenio:commentor aris.ideſt cogito tracto,diſputo, com mentum ideſt expoſitio inde commentaria.& commentarÿ pro libris vbi ſunt quaſi capita rerum.* Dimidius, *a,um,eſt de rebus quæ ſeparatæ ſunt:vt ſi quis ex decẽ*

denarijs recipit quinq;:dimidium recipit:non autem dimidiatum nam dimidiatum eſt de rebus quæ continuæ ſunt vt ex vaſe argenteo diuiſo dicimus dimidiatũ recepi quaſi diſmediatum ideſt in duas partes diuiſum. Humanitas *eſt eruditio & inſtitutio in bonas artes quas qui pure appetunt humaniſſimi dicuntur. accipitur interdum pro manſuetudine.* Religio *dicitur a relinquo quia quæ ad religionem pertinent relinqui debent nec tangi a ſæcularibus:vel a religando quaſi iterum ligentur:quia prius in baptiſmo & iterum per ingreſſum religionis:diem dicere alicui eſt per nomen clatorẽ denuntiare tempus quo quis ſit citatus. Hæc ſunt quæ hoc tempore dicenda putaui ſeu habes quæ ſentiam:ſeu hęc habui quę dicerem:idem fere ſonant. Secundum te litem do ideſt dico ſententiam ad tuum votum. Accepi litteras inuenies apud Ciceronem & nunq̃ recepi litteras. litteræ tuæ non mediocri me uoluptate affecerunt: vel magnam voluptatem attulerũt. vel litterę tuæ mihi gratiſſimæ fuerunt vel mirum immodum iucundæ fuerunt: vel maximam mihi admirationem attulerũt: vel vix exprimere poſſum quantum mihi voluptatis tuæ attulerint litteræ vel me certe ſingulari lætitia affecerunt. idem fere ſignificant. At hæc & ſimilia ingenioſe lector ſunt apud auctores tibi lectitanda et diligenter obſeruanda. vbi ſi quid argutius, grauius, dulcius, elegantiuſq; inueneris annotando excerpe: & memoriæ commẽda: quod ex tempore tanq̃ ex recondito depromere poſſis.*

De littera & officio epiſtolæ.

LIttera in ſingulari ſignificat elementum uel manum ſcribentis licet apud poetas ſignificet etiam epiſtolã ſed in plurali ſemper ponitur pro epiſtola: dicimus aũt unam epiſtolam duas tres. unas uero litteras binas ternas. ut accepi abſte binas litteras quarum unius reſpondi: alteras uero ſpreui. Epiſtolare officium eſt (ut ait diuus Hieronymus) de quotidiana conuerſatione aliquid ſcribere. & quodammodo abſentes interſe præſentes fieri: dum mutuo quid aut uelint aut quid geſtum ſit enunciant. licet interdum confabulationis tale cõuiuium doctrinæ quoq; ſale condiatur hæc ille. Epiſtola omnino debet eſſe breuis ut uix legentis ſiniſtram impleat. nam longior utraq; manu teneri expoſcit: Initium epiſtolæ huiuſmodi fere ſolet eſſe. Marcus, Cicero, Pomponio, Attico ſalutem. nam ſemper ſcribentis nomen præponitur etiam inferioris ut Ariſt. Alexandro regi ammonis filio ſalutem: in calce epiſtolæ ponetur uale. cura ut ualeas meq; ut facis ama teq; a me amari ſcias: uel uale: da ꝙ operam ut te diligenter cures uel uale fac ut ualeas meque ames amore illo tuo ſingulari: uel ualebis igitur meq; ut a puero feciſti amabis. uel uale ſalutem tuam cura hoc mihi gratius facere nihil potes. & cætera talia. Inde ponetur data uel datum: et etiam dies numerus annorum chriſtianæ ſalutis necnõ & locus unde epiſtola mittitur: epiſtolę deniq; formula talis erit. frãciſcus pharaonius bñdicto riſtio cœnobitæ religioſo ſalutem. ni

tuum erga me animũ ab ipſis crepundijs exploratum habere non tam multos ad religionis ingreſſu tibi ſæpius cõmendarem ſed quum nunq̃ iſſe fruſtra meas ad te litteras perceperim non ſum ueritus:huius quoque adoleſcentis cauſam: qui tibi reddidit has litteras. fidei tuæ committere. Eſt enim is mihi ſumma familiaritate coniunctus:quem ego cum eruditione & ſtudio:tum ſuis uirtutibus unice diligo. Pro inde quicquid is tibi meo nomine dixerit. id ita exiſtimato ac ſi a me ipſo auribus tuis audires:eumq́ nolim incaſſum ad te miſſum: præſertim quum ſperet meis ſe tibi litteris fore gratiorem. Rem igitur mihi feceris pergratam:ſi ad ſanctum habitum ſumendum:meam hanc commendationem intelligat apud te plurimum ponderis habituram. Vale. tu interea fac quod facis:ut me mutuo ames teq́ a me amari ſcias. Datum meſſanæ idibus Martij Anno chriſtianæ ſalutis M.D.xiij. Cũ litteras obſignaueris:extra notabitur nomẽ illius:ad quẽ litterę ipſe ꝑferẽde ſunt in caſu dãdi.

De Calendis.

CAlendę dicuntur a calo ideſt uoco quia ſolebat minor pontifex noua conſpecta luna plæbem uocare: ut audiret quot dies a calendis ad nonas ſupereſſent: quoniam nonarũ die oportebat populares qui in agris eſſent confluere in urbem accepturos cauſas feriarum a rege ſacrorum:ſcituroſque quid eo menſe faciendũ eſſet: & ob hoc etiam dicuntur nonæ quaſi nouæ obſeruationis initium. uel ꝙ ab eo die ad idus nouem dies nume-

rantur: vel a non quia nonæ nulli ſunt ſacratæ nam ca lendæ iunoni: idus vero ioui ſacræ ſunt. Et *dicuntur idus* ꝙ *eo die luna plena videatur. vel quia fere diuidunt menſem: nam iduare ſignificat diuidere: vnde vidua quaſi a viro diuiſa.*

Quod dies contineat quilibet menſis.

Iunius, Aprilis, ſeptemq̃, nouemq̃ tricenos.
Vno plus reliqui: tenet at februs octo vicenos.
Sed ſi biſſextus fuerit ſuperadditur vnus.

Et dicitur biſſextus quia bis eodem die repetitur ſexto calendas.

Quot nonas: idus calēdaſq̃ cōtineat quilibet mēſis.

Principium menſis cuiuſq̃ uocato calendas.
Maius ſex nonas, october, iulius & mars.
Quattuor at reliqui. tenet idus quilibet octo.
Poſt quas quot reſtant luces numerato calendas.
Atq̃ diem primum nomenq̃ notato ſequentis.

In primo igitur die Martij dicitur: calendis martij:
In ſecundo die: ſexto nonas martij: nam inter numerandum præpoſtero vtimur ordine ponendo quot dies remanent incluſiue.
In tertio die: quinto nonas martij.
In quarto die: quarto nonas martij.

In quinto die:tertio nonas martij.
In ſexto die:pridie nonas martij:nec dicas ſecũdo nonas quia ſecũdus dicitur a ſequẽdo.ſed ille dies ꝑcedit: nã pridie nonas.i.priori die ante nonas exponimus.

In ſeptimo die:fit nonis martij:nam ita dicimus vbi non eſt numerus poſitus: ſed in alijs numerum ponimus in ablatiuo ſeu aduerbialiter:nonas vero idus atq; calendas in accuſatiuo.
In octauo die:dicimus octauo idus martij.
In nono die:ſeptimo idus martij.
In decimo die:ſexto idus martij.
In vndecimo die quinto idus martij.
In duodecimo die:quarto idus martij.
In tertio decimo die:tertio idus martij.
In quarto decimo die:pridie idus martij.
In quinto decimo die:idibus martij.
In ſexto decĩo die:fit decimo ſeptĩo calẽdas aprilis.
In decimo ſeptimo die:decimo ſexto calendas aprilis.
In decimo octauo die:decimo quinto calendas aprilis.
In decimo nono die:decimo quarto calendas aprilis.
In viceſimo die:decimo tertio calendas aprilis.
In viceſimo primo die:duodecimo calendas aprilis.
In viceſimo ſecundo die:vndecimo calendas aprilis.
In viceſimo tertio die:decimo calendas aprilis.
In viceſimo quarto die:nono calendas aprilis.
In viceſimo quinto die:octauo calendas aprilis.

In uiceſimo ſexto die:ſeptimo calendas aprilis:
In uiceſimo ſeptimo die.ſexto calendas aprilis.
In uiceſimo octauo die.quinto calendas aprilis.
In uiceſimo nono die:quarto calendas aprilis.
In triceſimo die:tertio calendas aprilis.
In ultimo die martij.pridie calendas aprilis.
Sic obſeruabimus in menſibus ſex nonarum.ſ. Martio: Maio,Lulio, & octobri:*at in reliquis qui ſunt quatuor nonarum hoc modo fiet.*

In primo itaq; die menſis aprilis fiet calendis aprilis.
In ſecundo die:quarto nonas aprilis.
In tertio die:tertio nonas aprilis.
In quarto die:pridie nonas aprilis.
In quinto die: nonis aprilis.

In ſexto die.octauo:idus aprilis.
In ſeptimo die:ſeptimo idus aprilis.
In octauo die:ſexto idus aprilis.
In nono die:quinto idus aprilis.
In decimo die.quarto idus aprilis.
In vndecimo die:tertio idus aprilis.
In duodecimo die:pridie idus aprilis.
In tertio decimo die:idibus aprilis.

In quarto decimo die:decimo octauo calendas maij.
In quinto decimo die.decimo ſeptimo calendas maij.
In ſexto decimo die:decimo ſexto calendas maij.

In decimo

In decimo ſeptimo die:decimo quinto calendas maij.
In decimo octauo die:quartodecimo calendas maij.
In decimo nono die:tertio decimo calendas maij.
In viceſimo die:duodecimo calendas maij.
In viceſimo primo die.vndecimo calendas maij.
In viceſimo ſecundo die:decimo calendas maij.
In viceſimo tertio die:nono calendas maij.
In viceſimo quarto die:octauo calendas maij.
In viceſimo quinto die:ſeptimo calendas maij.
In uiceſimo ſexto die:ſexto calendas maij.
In uiceſimo ſeptimo die:quinto calendas maij.
In uiceſimo octauo die:quarto calendas maij.
In uiceſimo nono die:tertio calendas maij.
In vltimo die Aprilis: *pridie calendas maij. & ſic fiat in octo menſibus quatuor nonarum ſcilicet Ianuario.* Februario. Aprili: Iunio, Auguſto, Septembri, Nouembri, Decembri.

De Titulis cuiuſq;.

Titulus eſt index ſeu denominatio cuiuſcunq; operis. a tuendo dictus eo q̄ tuetur factum auctoris: & per tranſlationem ponitur pro laude & dignitate. Notandum *q̄ epitheta hoc eſt adiectiua ſunt accomodanda perſonis pro earum dignitate.* Proinde *ſummus* Pontifex *appellabitur* Pater Beatiſſimus. Sanctiſſimus: Clæmentiſſimus, Pientiſſimus: Indulgentiſſimus: *ſucceſſor petri chriſti in terris vicem gerens: cœli reſerator chriſtianorum protector: veniæ in orbe largitor.* Imperator

dicetur diuus Cæſar ſemper Auguſtinus: ſacratiſſimus romanorum imperator, inuictiſſimus, fœliciſſimus imperij auguſtalis protector fauſtiſſimus: chriſtianæ fidei defenſor: perfidorum expugnator. Rex *nominabitur ſereniſſimus, æquiſſimus, glorioſiſſimus, chriſtianiſſimus, innocentiſſimus, corona inſignitus: regio diademate fulgens chriſtianorum propugnator.* Cardinalis *nuncupabitur integerrimus pater, ſapientiſſimus, grauiſſimus, benemerentiſſimus. reuerentiſſimus, ſanctimoniæ pleniſſimus: rubro pileo inſignitus. puniceo diademate cinctus: ſacroſanctæ romanæ eccleſiæ cardinalis digniſſimus.*

Archiepiſcopus *inſcribetur optimus antiſtes: pater præſulum: epiſcoporum perfectus: ſanctimoniæ ſtudioſus: nullius ſapientiæ expers, obſeruantiſſimus, innocentiſſimus, paſtor humanarum ouium: procurator chriſtianæ religionis prudentiſſimus. quæ omnia ſpectant etiam ad epiſcopum ſublato ſecundo titulo & tertio.* Abbas *his titulis decorabitur: ſacrorum morum pleniſſimus: religionis curioſiſſimus: ſanctimoniæ deditiſſimus: monachorum primarius: incorruptus ſuorum obſeruator.*

Sacerdos *his laudibus exornabitur ſacrorum canonum diligens obſeruator. diuini officij aſſiduus indagator: ſanctarum miſſarum dictator optimus: ſacramentorum deuotus miniſter: caſtitatis profeſſor: populi dux incorruptus: confeſſionum ſagaciſſimus auditor bonorum exemplar vnicum.* Theologus *notabitur diuinarum humanarũq; legum interpres: ſacrorũ cultor. ſacræ theo*

logiæ profeſſor: diuinæ voluntatis exquiſitor: ſapientiſſimus: excellentiſſimus. Medicus ſignabitur humanæ ſalutis moderator: accuratiſſimus morborum expulſor: medicæ artis profeſſor: diligentiſſimus ægritudinum expulſator: vniuerſæ naturæ ſcrutator ſagaciſſimus: humani corporis pręſeruator grauiſſimus acerrimuſq́ naturalis mobilitatis explorator ĩtegerrimus. Iuriſcõſultus ſic depingitur: pontificij cęſareiq́ iuris doctor. vtriuſq́ iuris profeſſor conſultiſſimus: iuſtitiæ adminiſtrator æquiſſimus eximius integerrimus: controuerſiarum moderator directorq́ ſeueriſſimus. Orator extolletur: eloquẽtiſſimus, clariſſimus, præſtantiſſimus, liberalium artium propagator: qui dicendo ęxornat omnia: qui perſuadendo cunctos attrahit: qui agẽdo etiam inuitos ad ſe allicit q deniq́ irrefragabili facundia nocentes detrudit ad laqueum: innocẽtes vero eruit a fauce draconis. Poeta effingetur phœbei numinis interpres: muſarũ alũnus: cunctarũ artium ſtudioſiſſimus. diuino numine agitatus: ſpũ æthereo recaleſcẽs: vates ſacerrimus, doctiſſimus, clariſſimus, pręſtãtiſſimus, celeberrimus, facundiſſimus, altiſonus dulciſonus, heliconis pierijq́ montium perpetuus incola.

Grammaticus dictabitur: litterarij ludi rector: latini ſermonis explorator: vagæ iuuentutis acerrimus moderator: autorũ & poetarũ interpres: hiſtoriarum enucleator: primordialis cõmuniſq́ artis profeſſor: grãmaticę diſciplinæ promulgator fidelis: diſcretiſſimus, copioſiſſimus, eruditiſſimus. Sunt multa adiectiua quę ſingulis

ſere artibus atq; pſonis conuenire poſſunt vt egregius: ſingularis: diſcretus inſignis, nobilis, fœlix, clarus, fidelis, generoſus, venerabilis, obſeruandus, iuſtus, pius prudens, circũſpectus, modeſtus, fortis: magnanimus ſolers facundus ingenioſus, ſubtiliſſimus, induſtrius, inclytus, magnificus, ſeuerus, grauis, animoſus, illuſtris: vt egregius poeta: egregius orator: egregius philoſophus: & ſic de cæteris.

Eiuſdem Franciſci pharaonis metricæ artis libellus.

PEs eſt metrica ordinatio ſyllabarum: ſic dictus per ſimilitudinem pedum corporis: quia ſicut pedibus corpora mouentur: ita ipſi verſus dum ſcanduntur quibuſdam quaſi pedibus incedere videntur Pedi accidunt ſex ſcilicet arſis, theſis, numerus, tempus, reſolutio: & figura. Arſis eſt eleuatio vocis pedem incipiens. Theſis uero eſt remiſſio vocis pedem finiens: nam arſim primam partem dictionis. theſim vero vltimam dicimus. Alij per arſim ſyllabas longas attolli: breues per theſim deprimi aſſerere conati ſunt. Numerus. ſ. ſyllabarum ex quibus conſtant pedes: nam pedum quatuor ſunt biſyllabi: octo triſyllabi: ſexdecim quadriſyllabi.

De pedibus biſyllabis.

SPondeus conſtat ex duabus ſyllabis longis vt muſas: ſic dictus græce a libatione: quia in templis ſpondaica carmina cantabantur: unde numa popilius rex placãs

deos hunc pedem pontificium nominauit. Trocheus *ſiue chorus conſtat ex longa & breui vt muſa ſic dictus græce a rotatu quia uolubiliter incedit modulatio tro cheis contexta:vel a diſcurſu quo vtebantur decurren tes in ſacris deorum:proinde hunc pedem* Mercurio *di catum aſſerunt.* Iambus *conſtat ex breui & longa vt dies:ſic dictus græce a conuitiis quia maledici hoc car mine vtebantur.dicitur etiam gradarius eo ꝙ ſit marti dicatus:quia ineuntes pugnas gradatim progrediūtur: hunc priſci apuli daunium nominarunt a duce ſuo.* Dau *no qui graduali pugna duos dimicare conſtituit.* Pir *richius ſit ex duabus ſyllabis breuibus vt deus : ſic di ctus græce a ſaltu militari vel a flamma propter mobi litatem vel a pyrrho filio* Achillis *qui citis modulatio nibus deterrendo in hoſtem ferebatur : vel quia primus victoria potius:eo genere metri laudatus eſt.*

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANU

De Pedibus triſyllabis.

D*Actylus conſtat ex prima ſyllaba longa & dua bus breuibus vt filius:ſic dictus græce per ſimilitu dinem articulorum pollicis:nam ſicut in pollice primum articulum longiorem ſequuntur duo breuiores : ita da ctylus primam habet productam :ſequentes vero bre ues.* Anapeſtus *conſtat ex primis duabus breuibus & longa vt nebulas. ſic dictus græce quia recurrens ſono reciproco repercutit dactylum:inde dicitur antidacty lus.* Moloſſus *conſtat ex tribus longis vt virtuti : ſic*

dictus a moloſſis populis qui ad bellum procedentes huius modulata compoſitione vtebantur. vel quia hoc pede conſtabat odæ quas in iouis templo canebant in memoriam Moloſſi filij pyrrhi & andromaches: a quo feſta moloſſia dicta ſunt. Dictus eſt etiam hippius ab equis quia equeſtri pugnæ conueniens erat. Amphimacrus conſtat ex duabus longis & media correpta vt litteras: ſic dictus græce quia circum extremas longas continetur media breuis: dictus eſt quoq; creticus quia cretes ſaltantes eo vtebantur verſu. Amphibrachus conſtat ex duabus extremis breuibus & media longa vt carina: ſic dictus græce quia circum extremas breues includitur media longa. Bacchius conſtat ex prima breui & duabus longis vt athenas: ſic dictus quia a bacchantibus conuenienter cōponebatur. Palimbacchius conſtat ex duabus longis & vltima breui vt natura: ſic græce dictus quaſi antibacchius eo ꝙ ſit illi contrarius. Tribrachus conſtat ex tribus ſyllabis breuibus vt catulus: ſic græce dictus a tribus breuibus: dicitur etiam choreus quia choreis eius compoſitio conuenit.

De pedibus quadriſyllabis.

DIſpondeus conſtat ex quatuor ſyllabis longis vt oratores: ſic dictus quia ex duobus ſpondeis conſtat. Diſtrocheus ſiue dichorus conſtat ex duobus trocheis vt vindicator. Dijambus conſtat ex duobus iambis vt propinquitas. Antipaſtus conſtat ex iam=

bo & trocheo vt coronatus:ſic dictus græce quia iābus & trocheus ex quibus componitur ſunt cōtrarij. Pro-*celeumaticus conſtat ex quatuor breuibus vt abiete: ſic dictus græce ab hortatione & iuſſu nautico: ad quem ob celeritatem aptiſſimus videtur.* Choriambus *dictus eſt quia conſtat ex choro ſiue trocheo & iambo vt nobilitas.* Ionicus maior *conſtat ex ſpondeo & pyrrhichio vt præconia: ſic dictus ab ionibus populis vbi fuit inuentus vel vbi fuit in frequenti vſu.* Ionicus minor *conſtat ex pyrrhichio & ſpondeo vt benedictos.*

Pæon primus *conſtat ex trocheo & pyrrhichio vt tēporibus: ſic dictus ab inuentore vel quia hoc metro canebantur pæana apollinis.* Pæon ſecundus *conſtat ex iambo & pyrrhichio vt colonia.* Pæon tertius *conſtat ex pyrrhichio & trocheo vt referamus.* Pæon quartus *conſtat ex pyrrhichio & iambo vt celeritas.*

Epitritus *ſiue hippius primus conſtat ex iambo & ſpondeo vt ſacerdotes: ſic dictus græce quia conſtat ex iambo habente tria tempora & ex ſpondeo qui habet quatuor. Quaternarius autem numerus relatus ad ternarium facit proportionem ſeſquitertiam quæ græce dicitur epitritos.* Epitritus *ſiue hippius ſecundus cōſtat ex trocheo & ſpondeo vt conditores.* Epitritus *ſiue hippius tertius conſtat ex ſpondeo & iambo vt hæreditas.* Epitritus *ſiue hippius quartus conſtat ex ſpōdeo & trocheo vt oratoris.*

De tempore ſyllabarum.

TEmpus ſyllabæ eſt illa mora qua ſyllaba effertur nam ſyllaba longa habet duo tempora: breuis vero vnum tantumq; temporis conſumitur in duabus breuibus enunciandis: quantum in vna longa proferenda. iccirco ſpondeus eſt temporum quatuor: pyrrhichius vero duorum: & ſic in cæteris. Reſolutio in pede fit quum vna ſyllaba reſoluitur in duas per diæreſim ideſt diuiſionem vt aulai pro aulæ quæ eſt græca diphthongus & per ſynereſim ideſt contractionem duæ ſyllabæ vna breuis & altera longa in ſcandendo coeunt in vnam vt condidit alueo: ſic etiam altera longa & altera breuis contrahuntur in vnam longam vt fixerit æripidem ceruam pro æripidem: nam habuit illa cerua pedes adeo veloces: vt vix cerneretur in curſu: vel ab ære quia virtute currendi credita eſt habuiſſe pedes æreos & ſic non eſſet ſynereſis. Interdum ponitur pes pro pede vt ſpondeus pro dactylo. in quinta ſede. Virgilius cornua velatarum obuertimus antennarum. Et licet prædicti pedes. ſint duodetriginta tamen tres hexametrum & pentametrum carmen conſtituunt ſcilicet ſpondeus, dactylus: & in fine trocheus: rariſſime intercurrit anapæſtus. Virgi. fluuiorum rex eridanus. ſic etiam interuenit tribrachus idem in ſeptimo ſuſtinet & natæ turriq; canit hymenæos: licet poſſit eſſe dactylus quia deſinentia in. t. ponebantur ad placitum. Interdum etiam iambus: idem in tertio æneidos. Liminaq; lauruſq; dei licet Seruius aliter ſentiat: nec non proceleumaticus ratione

temporum vt abiete coſtas de quibus vide infra: de ſcanſione. Figura pedis eſt accidens quo pes ſimplex dignoſcitur a compoſito. Simplices pedes ſunt diſſyllabi et triſyllabi quia ſine alterius admixtione pedis fiunt: reliqui dicuntur duplices quia combinatione aliorum fiunt vt proceleumaticus ex duobus pyrrhichijs: diſtrocheus ex duobus trochæis: & ſic de cæteris: nam veteres pedibus duobus triginta pentaſyllabis: & quatuor & ſexaginta hexaſyllabis vſi inueniuntur.

De verſu & eius origine.

VErſus ſeu metrum eſt artificioſa connexio pedum: recte ſic nominatus quia tam diu verti debet quo ad rite conſtituatur. Metri autem origo ſummo opifici attribuitur qui cœleſtem effigiauit harmoniam: vnde antiquitus hebræi metris vſi ſunt: Nam Moyſes, Dauid, Salomon, Iob volumina metris condita poſteris reliquere: Metro accidunt ſeptem ſcilicet genus ſpecies, compoſitio, cæſura, figura, depoſitio, ſcanſio. Genus metri intelligimus quod principale eſt & vniforme: nec aliud metrum annexum habens vt arma virumq; cano: ſic dactylicum, iambicum, elegiacum: et multa genera metrorum quæ breuitati ſtudens prætereo. Species metri eſt qualitas metrica per quam ipſa ſpecies conſtituitur: quæ in quibuſdam generibus diuerſa eſt: nam multæ ſunt ſpecies metrorum: quas quia non fere omnes vſurpamus conticui. Compoſitio ſeu iunctu-

ra metri eſt quædam diſpoſitio pedum qua diſcernimus an metrum ſit ex vno genere ſimplex vt heroicum: an ex diuerſis metrorum generibus compoſitum vt lyricum. Cæſura ſiue ſectio eſt decora terminatio vocum in medio verſuum notata. Sunt autem quatuor cæſuræ. Prima dicitur pentimemeris ſiue ſemiquinaria: & fit quum poſt duos pedes ſuperat ſyllaba partem orationis terminans ut Arma virumq; cano. Secunda dicitur heptimemeris ſiue ſemiſeptinaria: quum poſt tres pedes ſuperat ſyllaba partem orationis terminans vt Italiam fato profugus. Tertia dicitur trochaica quum poſt duos pedes inuenitur trocheus orationis partem perficiens vt Nil noſtri miſerere. Quarta dicitur buccolica quum poſt quatuor pedes ſuperat ſyllaba in partem orationis deſinens vt non omnes arbuſta iuuant humiles. Figura eſt conuenientia & diſpoſitio pedum inter ſe variam duorum: figurarum carminis heroici triplex eſt modus. Nam primus modus eſt vnius figuræ videlicet quum intercurrunt quinq; dactyli aut quinq; ſpondei. Virgilius. Panditur interea domus omnipantentis olympi. Ennius. Olli reſpondit rex albai longai: in his duobus ſunt duæ figuræ propter duplicem cōnexionem dactylorum ſcilicet & ſpondeorum: intelligimus tamen dumtaxat de quinq; pedibus: quia ſextus ſemper eſt incertus propter vltimam indifferentem. Secundus modus eſt figurarum quinq;: quum ſunt quatuor dactyli & vnus ſpondeus. aut qua-

tuor ſpondei & vnus dactylus : vnus enim inter qua- tuor mutans loca quinque facit figuras. Virgili. *Æole namq; tibi duum pater atque hominum rex :* Idem. *Quum iuno æternum ſeruans ſub pectore vulnus : in his ſunt decem figuræ propter duplicem combinatio- nem.* Tertius *modus eſt decem figurarum : quum ſunt duo dactyli inter tres ſpondeos : aut duo ſpondei inter tres dactylos.* Virgili. Multa *quoq; & bello paſſus: dum conderet vrbem.* Idem. Arma *virumq; cano troiæ qui primus ab oris : hic ſunt viginti figuræ:ergo vt pa tet intuenti duæ & triginta ſunt heroici carminis fi- guræ.* Priſcianus *etiam ſubiungit aliam rationem di- cens.*Computa *quot pedes accipiunt ſingula loca & du plica numerum quem accipiunt loca priora ad numerũ pedum quos recipiunt loca ſequentia : exempli cauſa.* Primus *locus heroici accipit duos pedes ſcilicet dacty- lum & ſpondeum.Secundus ſimiliter duos:bis duo qua tuor fiunt.* Tertius *etiam duos : bis quatuor octo fiunt: quartus quoq; recipit eoſdem duos.bis octo fiunt ſexde cim:quintus item duos:bis ſexdecim fiunt duo & trigin ta:& tot ſunt heroici carminis figuræ.* Depoſitio *eſt cuiuſq; metri deſinentia & eſt quadripartita ſcilicet aca talectica quum* verſus *eſt integer :* Catalectica *cui vna ſyllaba deeſt:*Hipercatalectica *cui una vel duæ ſylla- bæ abundant :* Brachicatalectica *eſt cui vt ſit perfectus verſus deficit pes integer.*

De *ſcanſione.*

Scanſio eſt legitima in ſingulos pedes dimenſio: qua veluti per gradus ſcalas aſcendimus: ita per pedes omne carmen metimur. Incipiat ergo puer in heroico a *poſtremis duobus pedibus ſcandere.ſ. vltimo ſpondeo vel trocheo: quia vltima ſyllaba in omni metro eſt indifferens & penultimo dactylo: & reliquum tentet diuidere in quatuor pedes vel ſpondaicos vel dactylicos vel mixtos.* Et in pentametro *incipiat a cæſura vltima quæ eſt communis: & a duabus poſtremis dactylis: & reſiduum diuidat in pentimemerim ſeu cæſuram longã & in duos pedes vel dactylos vel ſpondeos uel mixtos.*

Scanſioni accidunt duo.ſ.ſynalœpha & ecthlipſis: ſinalœpha eſt compreſſio qua vocalis in fine præcedentis dictionis colliditur cum vocali ſequentis dictionis vt ille ego & ſic ſcanditur illego & eſt dactylus. Ecthlipſis *eſt quædam eliſio: qua eripitur, m, cum ſua uocali præcedente: ſequente altera ut gratum opus: et ſic ſcanditur gratopus & eſt dactylus.* Talis *autem colliſio rariſſime fit in media dictione.* Vir. *ferreiq; eumemdum. idem centus ærei claudunt: nam in ferrei & ærei excluditur penultima in ſcãdendo:* At *in illo orphei calliopeia pro orphi eſt datiuus græcus per ſynereſim.* In *genitiuis autem nominum quæ & græce & latine in nominatiuo deſinũt in, eus, ſæpe fit colliſio vt theſei biſyllabum: promothei triſyllabum.* In *adiectiuis vero a ſubſtantiuis in, eus, diphthongo interdũ, eus, eſt biſyllabum* vt *orpheus orphea orpheum: interdum eſt triſyllabum* vt *orpheius*

orpheia orpheium:et ſemper producunt.e.in penultima: ſed ſubſtantiua in,eus,diphthongo quæ mittunt accuſatiuũ in.ea corripiunt vtraſq; ſic Horatius Orphea ſiluæ rarius eſt biſſyllabũ. Virgilius iſmarus orphea. Quãdo ſuperabundat vna ſyllaba dicitur verſus hypermeter:& colliditur cum vocali ſequentis verſus: Vir. Aut dulcis muſti uulcano decoquit humorem aut folijs: Aduertendum eſt etiam non ſemper fieri colliſionem in concurſu uocalium. Vir. poſt habita coluiſſe ſamo hic illius arma. Idem: credimus an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt. Idem: inſulæ ionio in magno. Idem. Et longum formoſæ uale uale inquit iolla. Idem: Clamarent ut littus hyla hyla omne ſonaret. in quibus non ſolum non excluditur uocalis præcedens : ſed etiam uocalis natura longa corripitur ut in uale ſecundo:& in hyla ſecundo. nõ tamẽ ſit colliſio in prĩcipio carminis ut O ego ſi poſſem.

Nota q; .s. *in principio dictionis interdum ſolet excludi: Lucanus terga ſedet crebro maculis diſtĩcta ſmaragdo: interdum non ponitur.* s. *Virg. ſi duo præterea tales idæa tuliſſet pro duos poſuit. Interdum.* s. *eripitur cum ſua uocali. Idem in ſecundo georgicorum. Aut ouiũ fœtus aut urentes culta capellæ: alij legunt aut fœtus ouiũ ſic Iuuenalis in ſatyra.xiiij. Diſpoſitis prædiues hamis uigilare cohortem: licet alij ſecus legant: Item ſyllaba breuis natura ſolet produci ſequente aſpiratione loco conſonantis. Virg. Si pereo manibus hominum perijſſe iuuabit. ſic etiam ſolet ſyllaba produci ſequẽte quacunq; cõ-*

ſonante preſertim quum poſt duos pedes ſuperat ſyllaba quæ faciat pentimemerim. vel poſt tres pedes quæ faciat heptimemerim & vtraꝗ dicitur cæſura indifferens anti quitus: ſed hodie oı̄s cæſura eſt lōga præter vltimā: qđ clarius fiet exemplis: et prius de pētimemeri. Vir. luctus vbiꝗ pauor & plurima mortis imago. idem. Emicat eurialus & munere victor amici: idē in. x. At tibi tymbre caput euādrius abſtulit enſis. Nūc de heptimemeri: idem in primo per terrā & verſa puluis inſcribitur haſta. idē in. xij. Multa manu necnon animus aurūꝗ latino. hoc ēt euenit non ſolū in cæſuris ſed etiam in alijs locis. idē in quarto. Pectoribus inhians ſpirātia cōſulit exta: ecce hic poeta in ſeſquipede fecit. ſic etiam iuuenalis in ſatyra. vi. Quis neſcit aut quis non vidit vulnera pali. Vir. etiam in quinta ſede fecit in ſecundo geor. Muneribus tibi pāpineo grauidus autūno. Cōtra Iuuenalis in quinta ſede corripuit longā dicens. Hęc ego nō agitem ſed quid magis herculeias: nā corripuit e lōgam in fine dactyli: quę erat longa poſitione quia ſequitur. i. duplex inter duas vocales: vel fecit ectaſim in ſyllaba. cu. & ſic eſſet in quinta ſpondeus. ſicut qui legunt heracleas: alij legunt herculeas res. Seruius & Diomedes aſſerunt ſyllabā breuem poſſe produci vbi ſenſus ſeu cōſtructio habuerit finem: dum tamen dictio deſinat in conſonantem vt in pręDictis exemplis: rariſſime inuenitur dictio abſꝗ cōſonante produci: ſic Vir. in. iij. æneid. Dona dehinc auro grauia ſectoꝗ elephanto. Sic etiam Tibullus. Te canit agri

cola magna quum uenerit vrbe. At Iuuenalis *productã corripuit dicens* Cærulea *indutus ſcutulata & galbana raſa: vbi in quinta ſede per ſiſtolem corripuit.a. ablatiui: ſed rectius aſſeruerim galbana in accuſatiuo: quia dicitur hoc galbanum pro genere veſtis.* Virgilius *etiam in.xi.vtitur proceleumatico in prima ſede vt* Arietat *in portas & duros obijce poſtes: & in ſecunda ſede vt* Hęrent *parietibus ſcalæ poſteſꝗ ſub ipſos: & in quinta etiã vt* Tityre *paſcentes a flumine reice capellas.* Horatius *tamen in quinta ſede vtitur anapeſto dicens.* Militat *in ſiluis catulus nunc adhibe puro: prædicta non fere vt imitemur ſed ut caueamus excerpſi.* Poetæ *interdum diſſoluunt dictiones.* Ouidius. Nunc *quoq; te ſaluo perſoluenda mihi vbi eſt perſoluenda eſt pentaſyllabum. interdum addunt.* Virgilius. Tribulaq; *trabeæq; & iniquo pondere raſtri pro trahæq; per epentheſim fuit additum.e. ſic alituum pro alitum: mauors pro mars: nauita pro nauta: ſed dixti pro dixiſti per ſyncopen: dic pro dice per apocopen. Interdum per ectaſim ſyllaba breuis producitur vt* Exercet *diana choros: Sicut per ſiſtolem longa corripitur vt* Obſtupui *ſteterũtq; comæ.* Apud *veteres etiam non ſemp excludebatur.m.cũ ſua uocali.* Iuuenalis. Videndum *eſt recte cum* propter plurima tum *his.* Nota *q,u,poſt,q.ſemper euaneſcit ut aqua: ſed poſt, g,&,s,euaneſcit in his ſcilicet lingua ſuauis, ſuadeo, ſuetus, at in his nunquam euaneſcit ſcilicet ambiguus, irriguus, arguo, ſuus. Sciẽdũ ulterius, i,&,u, in principio*

dictionis fieri ſimplices conſonantes ut iuuo.uates.ſed inter duas uocales uim ſuam ſeruantes fiunt fere duplices conſonantes ut troia,iuui,in compoſitis tamen reperitur : ideſt pro ſimplici conſonante inter duas uocales uim ſuam ſeruantes ut bijugæ quadrijugæ martialis geſtatus bijugis regulus eſſet equis.Priſcianus dicit aliquādo duo.ij reſolui in,i,longum ut bijugæ : bigæ per ſyncopen.ſic quadrijugę quadrigę:At.x.& .z.ſemper ſunt duplices cōſonantes ut dux:gaza: Eous ideſt lucifer ſeu orientalis eſt unus ex equis ſolis & habet primam breuem.Vir.Aut cum ſole nouo terras irrorat eous.at eous ideſt oriens uel aurora producitur.Idem eoaſq; acies et nigri mennoms arma.Notandum eſt.h.in metro nullam fere uim obtinere.Item in his.ſ.dehinc,deinceps, deinde proinde:deeſt,deerit,deerat,interdum fit colliſio. interdum non.At dij,dys,ij,ijs,cui,huic,heu,hei,monoſyllaba hodie fiunt & producuntur:ſed,ei, datiuus biſſyllabus eſt & corripit primam.

De quantitate ſyllabarum.

Syllabæ quantitas in generali octo modis dignoſcitur ſcilicet poſitione,diphthongo,compoſitione , præpoſitione : uocali ante uocalem , deriuatione , regula & exemplo.

De poſitione.

Poſitio fit quoties poſt uocalem ſequuntur duæ conſonantes ut arma : aut plures ut aſtrum : aut una duplex ut axis , gaza , aut.i.duplex inter duas uocales ut

les vt maior.quæ vbiq; faciunt præcedentem vocalem longam. Fit etiam poſitio ſi altera eſt conſonans:& altera eſt vocalis loco cōſonantis poſita vt At venus vbi ſunt duæ dictiones:quia tam in eadamq; in diuerſa dictione ſequentes conſonantes poſitionem faciunt. At ſi in eadem dictione poſt mutam ſequatur liquida: præcedens vocalis natura breuis:in carmine efficitur communis vt tenebræ:nam ſi natura eſſet producto non poſſet corripi vt matris:amatrix.ſed dictio deſinens in vocalem breuem ſequentibus pluribus conſonantibus ſeu una duplice rarius producitur: Virg. Terraſq; tractuſq; maris.idem.Euriq; Zephiriq; tonat domus.

De diphthongo.

D*Iphthongus ſemper eſt longa niſi ſequente vocali in eadem dictione vt præuſtus: rarius in diuerſa vt inſulæ ionio in magno.ſit interdum diuiſio diphthongi: ſic Ouidius. Tertia poſt illam ſucceſſit aenea proles. ſic in genitiuis primæ vt aulai pro aulæ: Sunt autem diphthongi quatuor ſcilicet.æ.œ. quæ ſcribuntur tantum vt muſæ.cœna:&.au.&.eu.quæ etiam proferuntur vt aula: eurus. Item antiqui habuerunt tres alias diphthongos ſcilicet.ai.vt aquai pro aquæ: & ei. vt oilei pro oili:ſic omneis pro omnis pluraliter: & ou.vt fouri pro furi: ſic etiam in græcis dictionibus.yi. vt harpyia. Omnis genitiuus & datiuus ſingulares:& omnis nominatiuus & vocatiuus plurales primæ decli-*

nationis, æ, diphthongo terminantur. ſic pronomina adiectiua quæ in voce fœminina ſequuntur primam declinationem vt tuæ, bonæ. Nota ꝙ *vocales illæ ex quibus fit diphthongus non ſemper diphthongum perſtiunt nam in multis ſolutæ inueniuntur vt ae, in his ſcilicet paſiphae, phaeton, danae, aer. in quibus nō eſt diphthongus, ſic oe, in his ſcilicet poeta, poema ſicut, au in his ſcilicet menelaus, protheſilaus, amphiaraus, ſic nicolaus, chananeus, quia non exprimunt diphthongum in vocatiuo quia o nicolae dicitur, at pyreneus, phineus, typhoeus & ſimiles diphthongum habent in vocatiuo & nominatiuo & in accuſatiuo etiam, vt orpheum biſſyllabum, ſed matthæus debet ſcribi cum duplici, tt, & diphthongo. Aſt de diphthongis loco ſuo diximus, & inferius pluribus locis dicemus.*

De compoſitione.

C*Ompoſitione ſic cognoſcitur ſyllaba vt ſi neſcias quanta ſit prima ſyllaba in verbo pono ex compono cognoſces* ꝙ *ſit longa, nam tanta eſt ſyllaba in compoſitis quanta eſt in ſimplicibus, fallit tamen in paucis quia nubo producit, nu, ſed innuba: pronuba corripiunt, connubium eſt indifferens, ſic dico producit di, at maledicus, falſidicus, cauſidicus corripiunt penultimam, ſic agnitus & cognitus a ſimplici longo quod eſt notus: ſic inſio a ſio longo breuiantur. Sed in compoſitis præcipue accentus ſyllabæ quantitatem oſtendit.*

De præpoſitione.

PRæpoſitio tanta eſt per ſe quanta eſt in compoſitione, A, ſemper producitur ut a te:auius, E, de, pre, ſe, producuntur vt eligo, deligo, præligo, ſeligo, niſi ſequente vocali vt deorſum, præuro, ſeorſum, Di, producitur vt diligo, præter dirimo, & diſertus, ſic dilemma, Ab, ad, ob, ſub, in, corripiuntur ſequente vocali, vt abeo, adeo, obeo, ſubeo, ineo, cum conſonante vero producuntur vt abſum, adſum, propter poſitionem, ſed in iatio cum gemino, ij, elongantur vt abijtio, adijtio, obijtio, cum ſimplici, i, corripiuntur uere: Re, vbiq; corripitur vt repono, Sed refert pro intereſt vel pro diſtantia eſt producitur, at cum iaceo per geminum, ij, producitur ut reijtio, quia primum, i, inter duas vocales eſt duplex conſonum producit præcedentem, Virgilius. iij. georgico. Reijce ne maculis infuſcet vellera pullis, cum ſimplici vero, i, corripitur. Idem. Tityre paſcentes a flumine reice capellas. Item reppuli, rettuli, repperi, relligio, relliquiæ, apud poetas dumtaxat poſitione producuntur. Pro elongatur vt profero. Excipe proteruus, procella, profugus, propontis, dis, profatur, profeſtus, pronepos, profanus, profundum, propero, propertius. profecto, propheta, profiteor profugio, propinquo, as, probatus. At profundo. proficiſcor, propino, procuro, primam habent indifferentẽ ſequente vocali, pro, breuiatur vt prohibeo. ſed in proycio extenditur ra-

ratione prædicta. ſic Oratius. *proijcit ampulas & ſeſquipedalia verba.*

De *vocali ante vocalem.*

VOcalis ante aliam vocalem in latinis corripitur ut luo: præter fio biſſyllabum vt fiam, fies, fiet, ſic etiam polyſyllabum vt fiebam, fiebas, at ſi ſequatur .r. breuiatur vt fierē, fieri. Genitiui & Datiui *quintæ producunt .e. vocalem puram ante, i, vt diei, ſpeciei, ſed quādo præcedit conſonans corripiunt vt ſpei: rei,* Genitiui *in, ius, ſunt communes vt vnius. illius: præter alius longum & alterius correptum.* Poſſeſſiua *in, ius, vocalem præcedentem producunt vt troius: a, um.* Græca *nomina externaq; partim producuntur vt aer, helias, partim breuiantur vt hyades, iambus, ſed de vocalibus dicam inferius in ſuis locis.*

De Deriuatione.

DEriuatione etiam ſolet cognoſci ſyllabæ quantitas quia deriuatiuum vt plurimum primitiui naturam refert vt legens corripit primam quia ſic lego: clamans vero producit quia ſic eſt clamo. Proinde *tanta eſt ſyllaba deriuatiui quanta eſt primitiui litteratura tamen ſeruata: nam religio. potui & ſimilia non ſeruant. ſed hæc contra ſui primitiui naturam producuntur. s. tegula a tego: regula a rego: ſæculum a ſequor*

vel ſcco: ſeria a ſeorſum & riſu quaſi ſine riſu: vena a venio: tubera a tumeo: monycus a monos ideſt ſolus: iugera a iugo: rapa a rapio: laterna a lateo: ſimia a ſimulando: retia a retineo: italia ab italo rege: cunæ a cuneis. leges a lego: reges a rego: uires a vireo: ſedes a ſedeo: ſedile tamen breuiatur: voces a voco: latus a tuli: caſus a cado: iucundus a iuuo. ſtaturus a ſtatum: vitupero a vitio & paro: oportunus ab oportet, feralis a fera ſeu ferendo: nequam a nequeo: binus a bis: totus a tot: denus a decem: nonus a nouem: remus a remoueo: ſecius a ſecus: humanus ab humo: trimus ſeu trinus a ter: caſeus a coacto: opilio ab oue: cæmentū a cado vel a cædo potius: ſumen a ſue: fomes ſeu fomenium a foueo: ceritus a cerere: vomer a vomendo terram: iunior a iuuene ſeu a iune: pædor a pedos græce quod eſt puer: pætus a peto: iumentum a iuuo ſeu a iugando: humor ab humeo: viginti ab bis & decem: mobilis a moueo: gradiuus a gradu ſed eſt indifferens. Ad hæc breuiantur contra ſuam poſitionem ſcilicet dicax a dico: ſopor & ſoporo a ſopio: ſtabilis a ſto. ariſta ab areo: lucerna a luceo. monachus a monos: quod eſt ſolus quaſi ſolitarius acerbus ab acer: a, um, aruſpex ab ara. uadum a uado is: ſtabulum a ſtabis: omaſum ab omine: arena ab areo. noto notas. a noſco, nato natas, a no, nas, fides a fio, titulus, a tutando, ſodalis a ſuadeo, uaricoſus a uaro, uitium a uito ſeu vintio, ouo, as, ab, o, uoce lætantis, manus a mano, as, vel a munio, domus a doma græce quod

eſt teſtum:dux ducis a duco.oſella ab offa:ſigillum a ſigno:tigillum a tigno farina a farre : diſertus a diſſero: abes ab abſum : quater quaternus a quatuor , aceruus ab aggere quaſi aggeruus : numiſma a numo : fragor fragilis a frango:ſagax a ſagio,is,anus ab annis : oculus ab occulo,is, fatuus a fatum:odium ab odi : lotium a lotum:nemus a nemine : coma a como,is, vir a vireo vel a vi : aqua ab æquo ſeu a qua iuuamur vt ait Feſtus ſiquidem a ſi & quidem : femur a fœmine : mamilla a mamma:italus ab Italia : proſeucha a proſeucho.i. attendo , elegus græce ideſt miſerabilis:curulis a curru:ligula a lingua:bubulcus a bubus : genui a gigno potui a poſſum,poſui a pono.

De Regula.

REgula vt legi : nam per regulam omne præteritum biſſyllabum producit primam vt vidi: præter hæc.ſ.bibi,dedi,ſteti,tuli,fidi a findo:ſcidi a ſcindo : ſic habentia vocalem ante uocalem vt fui, rui. Item præterita geminantia primam ſyllabam eandem corripiunt & ſecundam vt peperi : niſi impediat poſitio vt momordi. vel accentus vt cecidi a cædo media producta.

Omne ſupinum biſſyllabum producit primam vt natum:præter datum a do : ſtatum a ſto : quitum a queo: itum ab eo : ratum a reor : litum a lino : rutum a ruo: ſitum a ſino : inde deſitum media correpta:ſatum a ſero:citum a cieo:ſecundæ coniugationis nam a cio quar

tæ producitur. Supina plurium ſyllabarum venientia a præteritis quæ mutant ui:in,tum. producunt penultimam ſupini vt amatum, cupitum, auditum. Item quanta eſt prima ſyllaba præteriti tanta eſt eorum quæ formantur ab illo vt legi, legeram, vtinam legiſſem: quum legerim: quum legiſſem: quum legero, legiſſe. quæ omnia producunt primam. Item quanta eſt ſyllaba præſentis tanta eorum quæ ab illo formantur vt lego,legebam,legam,lege,legito,vtinam legerem: vtinā legam:quum legam:quum legerem,legere: quæ omnia breuiantur: niſi ſequatur poſitio vt fero ferrem:aut mutetur litteratura vt poſui,genui,coegi: quæ breuiantur licet veniant a longis. Item participium præteriti & futuri in rus: & verbalia & quicquid a ſupino eſt ſequitur quantitatem ſupini præter ambitus,a,um,quod producit penultimam: ſed ambitus ſubſtantiuum corripit. Nam participia in ans,rus,dus,tus,ſemper ſequuntur regulam a quibus formantur præter ſtaturus: & ambitus,a,um,ſic cognitus, agnitus.

De incremento nominum.

INcrementum ſeu crementū nominum dicitur quoties genitiuus pluralis creſcit ſuper genitiuū ſingularem & elongatur vt terræ terrarum:quando vero non creſcit nō dicitur crementū vt nemoris nemorum præter nomina quintæ quę ſunt æqualia & tamen elongantur vt diei dierum. A.E.O. in crementis nominū producuntur

vt muſarum, ſpetierum, dominorum: & dicitur incrementum nominum quum recti ſuperantur a ſuis obliquis. A. *incremento genitiui interdum producitur ut animalis: calcaris, titanis, pietatis. ſic audacis, nar, naris fluuius, pan, panos, interdum breuiatur vt iubaris, nectaris, hepatis. facis: ſic palladis, annibalis, archadis,* E, *incremento genitiui interdum prodicitur vt locupletis, ſyrenis, gabrielis, crateris, interdum breuiatur vt ſegetis: hebetis, arietis, parietis, abietis, aeris, ætheris: ſed mulieris eſt ambiguum uel potius corripiatur niſi per ectaſim elongetur.* I. *corripitur interdum vt patribus, ſalicis, ſtygis, virginis, carminis, militis, lapidis, interdum elongatur vt ſalaminis, eleuſinis, delphinis: ſic quiritis, radicis, vibicis, ſed ſtrigis & bebricis ſunt ambigua.* O. *in nominum cremento producitur ut ambobus, babylonis, ſermonis, maioris, vxoris, cuſtodis, velocis, interdum breuiatur vt dæmonis: hectoris, marmoris, rhetoris, compotis. præcocis.* V. *in cremento nominis breuiatur: ut intercutis: pecudis ducis: conſulis, præſulis, lygu ris: ſic verubus, lacubus, vbi ponitur. u. pro. i. nulla differentiæ cauſa teſte* Priſciano *: interdum elongatur vt ſalutis, pollucis, lucis, furis.*

De incremento verborum.

I*Ncrementum verborum dicitur quoties ratio declinandi ſuperat ſecundam perſonam præſentis indicatiui ut amas : amabam.* A. *producitur ut amamus : lega*

*mus,amabis,præter compoſita a do.as,quę in primis cre mentis breuiantur ut damus:circundamus, dabam, da bo:in alijs uero elongantur ut dabamus.*E.*creſcens pro ducitur ut amemus:legemus,niſi ſequatur.*r.*quia aliquã do producitur ut ameris,docerem, aliquando corripi tur ut legerem,legero.dederim,dedero, ſic amaberis, docebere:ſecunda incrementa elõgantur ut ſequereris.* I.*producitur in primis crementis quartæ: ut audimus: auditis.audiui:ſic laceſſiui:uelimus,uelitis, ſimus,ſitis:in reliquis breuiatur ut amauimus:audiuimus.legimus:plu ralia perfectorum & futurorum ſubiunctiui antiquitus producebantur ut amauerimus:dederitis penultima lon ga. ſed hodie rectius corripiantur ut aſſerit pylades.* O.*in omni coniugatione producitur ut amatote.legito te.*V.*breuiatur ut poſſumus:uolumus, quæſumus, licet uerius debeat proferri quæſimus: quia eius infinitiuum quæſere protulit ennius tertiæ coniugationis. Infini ta primæ,ſecundæ,& quartæ coniugationis in penulti ma elonganṭur:tertiæ uero breuiantur:ſed uerba ſecun dæ habentia,e, ante,o, antiquitus poterant eſſe tertiæ cõiugationis ut feruere,cauere, fulgere,a feruo is, ca uo is,fulgo is,nunc uero dicimus ferueo.es,caueo es,ful geo es,quorum infinita habent penultimam longam.*

*In dictione compoſita.i.finalis prioris partis corripi tur ut armipotens.cornicen:præter tibicen:ibidem, ubi qꝫ,tanticunqꝫ,quanticunqꝫ,pleriqꝫ,utriqꝫ.*Item *bis,bi,tri. ni,in compoſitione corripiuntur ut bipẽnis:niſi ſequatur*

poſitio vt biſſenus. Propria nomina niſi poſitione vel accentu vel authorum vſu reſtringantur indifferenter ponuntur præſertim in prima & media ſyllaba. Nomina compoſita a mache:ideſt pugna corripiuntur vt andromache:ideſt viri pugna:ſic ab ariſtos ideſt optimus vt Ariſtides.corripit primam:ſic a cratos ideſt robur vt Ariſtocrates ſic a poly:ideſt multum vt polyphemus quaſi multæ vocis ſeu garrulus ſic a philos ideſt amor vt philippus:ſic a phagos ideſt comedo: vt lotophagi:ab hecaton ideſt centum vt hecatombe ſic a lycos ideſt lupus vt lycaon:ſic ab hyper ideſt ſupra vt hyperboreus.ſic ab epi ideſt ſupra ut epigramma:ſic a genos ideſt genus vt diogenes:ſic a ſtratos ideſt exercitus vt philoſtratus:ſic a batis ideſt ambulans vt ſchœnobates quaſi funambulus:ſic ab agathos ideſt bonus vt agathocles,ſic a telos ideſt finis vt Ariſtoteles:ſic a cacos ideſt malus vt cacoetes quaſi malus mos:quæ omnia corripiuntur.At compoſita a protos ideſt primum elongantur vt proteſilaus:protomartyr ideſt martyrum primus:licet alij cauſa metri corripiant & recte:alij corripientes primam:producunt ſecundam:quidã utrãq; corripiunt compoſita a chir ideſt manus indifferenter ponuntur chirurgicus:ſic etiam compoſita a pyr ideſt ignis vt barbara pyramidum & flammas imitante pyropo: compoſita a theca ideſt tegmine longantur vt bibliotheca:compoſita a doros ideſt donum producuntur vt polydorus. Prædictæ quoq; regulæ ſeruiunt medijs ſylla

bis : nam media ſyllaba cognoſcitur etiam poſitione vt capillus:diphthongo vt tragœdia.vel vocali ante vocalem quæ in latinis corripitur ut gloria:& accentu ut tabula ubi media ſine mora profertur quia breuis eſt: fortuna uero producit mediam quia eſt longa:iccirco ſi quæras amiciſſimorum ex quibus ſyllabis conſtet dicimus primam eſſe breuem exemplo:ſecundam longam accentu,tertiam poſitione longam eſſe:quartam breuem accentu:quintam longam accentu: ultimam cognoſces ex regulis ultimarum ſyllabarum.

De exemplo.

Exemplo cognoſcitur ſyllaba ut ſi neſcias quanta ſit prima ſyllaba in hac dictione muſa, & quanta ſit media in hac dictione pecunia, illud Maronis. *Muſa mihi cauſas:& illud* Horatij. *Et genus & formam regina pecunia donat longas eſſe indicabũt.Maxime profecto conducit uati futuro in quibus ambigit recurrere ad exempla probatiſſimorum poetarum ut* Virgilij. Ouidij. Oratij.Lucani.Statij. Syllij. Tibulli. Propertij. Valerij *flacci.*Claudiani.Auſonij.*unde ſi plurimos uerſus memoriæ commendauerimus uix ipſis quidem regulis indigebimus.At ſi ſuperiori uia ſyllabæ quantitatem inuenire arduum uideretur:ſubieci regulas ad quas in dubijs confugere poſſis.*

De primis & medijs ſyllabis per uocales.

A.ãte.a.breuis ẽ ut phraates.abrahã nauſicaa mulier.

A.ante.e.breuis eſt ut paſiphae.phaeton.danae.inter dũ producitur ut aer,laertes,michael.

A.ante.i.ſæpe producitur ut lais,nais,thais,taygeta: ſic quoties.ai diphthongus græca ſoluitur a noſtris ut achaia: panchaia: ſic aulai,aurai, interdum breuiantur ut caicus,caiſtrus,calais,ſais ideſt minerua: ſic barbara ut caim,caiphas,naim.

A ante.o.producitur ut aon,nis,machaon,lycaon. ſic compoſita a laos.i.populus ut laocon.laodomia, laomedon:ſed phaon,chaos, pharaon, corripiuntur:licet arator producat pharaon.

A.ante.u. ſi non coeant in diphthongon producitur ut amphiaraus,proteſilaus.

De primis ſyllabis per conſonantes.

A.ante.b.corripitur:ut labo,as,hic labor.ſcabies:ptiſana.excipe labor uerbum,fabas,fabor,fabula, fabella, ſtabam, ſtabo,nabam, nabo, flabam, flabo,labes, tubes, tabeo, es, tabo, tabidus, pabulum. trabaca: ſic uerbalia ut fabilis.nabilis: præter ſtabilis, habilis:ſed flabra, crabro,flabellum,labrum, abraham, labicum ambigua ſunt.

A.ante.c.breuis eſt ut macer,acerbus,achademia.hic daca,æ,acer,pro arbore: excipe acer pro forti,dacus, gracculus poſitiõe uerius.thraca:uel thrace.ſeu thratia: facũdus,facũdia,machina,uacinia, thrachin q̃ eſt urbs:

gracito as:uerbum eſt anſerum. cacabo as media corre-pta uerbum eſt perdicum:ſic illa quæ. b.uel.p. habent ante.a.ut brachiũ,brachæ,pacis,paco,as,ex his breuiantur paciſcor.placet,baculus ſeu baculum.ſpatium. At uacillo as,cacus,pachinnus indifferenter ponũtur licet alij ſcribant pacchinnus per duplex.cc.quum producũt:hyacinthus uero licet non ſit huius regulæ tamen ſuper ſyllabam utranq; corripit:quidam ponunt macero as:ambiguum:ſed rectius corripitur quia uenit a macer.

A.ante.d.breuis eſt ut gradus,ador,padus,uadũ.ſpado,uas,dis,excipe radix,rado,radico,radicitus,ſpadix clades,caduceus, caducifer,gades,gaditanus, quadra, quadriuium, trado,traduco, uado, ſuadeo, ſuadus,a, um,gadir. At gradiuus,adria,adraſtus, ſaducei, adam ambigua ſunt.

A.ante.f.corripitur ut uafer.a.um. At aphrica:ſaphirus producuntur:daphne uero eſt indifferens:ſed paphũ raphanus corripiuntur:alij ſcribũt ſaphirus per duplex .pp.ſicut ſapipho & producuntur poſitione.

A.ante.g.breuiatur ut ago,magis,plaga pro rete ſeu pro regione,flagellum,fragilis,hic fragor, flagro, flagrum,tragœdia,excipe plaga pro uulnere,ſtrages, uagio,is,uagitus,ſagio,is,ſaga.fagus,mago,n,p,uagina.pagina,magalia,ſtragula,tragula genus teli. tragemata, flagitiũ,ĩdago a dago,pages,ĩde compages,fragor unde ſuffragor aris pagus.paganus,lagus,lageus,ſagana, agga,q̃ eſt uia in naui:flagito,agalma tis,cõtagiũ,conta-

gionis, coagulum,repagulum quæ carent ſimplici : fragum bragada,agger pro cumulo habet poſitionem.

A.ante.l.correpta eſt ut malus.a.um.hæc palus dis, palumbes,alo,is, ſalebra, pales dea. Excipe *ala. æ, hic ales tis,alipes,halo as,halitus, malo,mauis,balo as,palor aris,inde palantes ideſt paſſim uagantes,talis,qualis,qualus, hic malus arbor nauis, hoc malum pro fructu.alipham calices ſunt, aliphanum oppidum, ſcalae, alea,alecto,caligo nomen & uerbum,balæna,ſqualeo, ſqualor,talus,talaris,talio,mala pro mandibula, hic calo halec,malobratum,alopecia,talea.ſalenium.* At *pallatium & allia flumen per duplex.ll.producuntur, per ſimplex corripiuntur,ſed balliſta & pallium ſemper habent poſitionem.*

A.ante.m.in biſſyllabis elongantur ut fama, dama, hamus,amen excipe amo as,fames,chlamys,damus, cum ſuis,ſamos,tamen,Zama,thamus,camers, ſic polyſyllaba ut amarus,amaracus,amurca,amicus,caminus,amita,mamilla At *hæc producuntur.ſ.amitto,lamius ſeu latmius lamentor,lamina,amentum,mamertinum,ramentũ,amineum,uinum album quaſi ſine minio,Virgilius. Sunt etiã amineæ uites, alij legunt. Sunt & amineæ uites, & ſic eſſet ambiguum,bamura,damoctas,mamuzius,mamura, ſamaria.ſcamander uero eſt indifferens.*

A.ante.n.producitur in diſſyllabis ut canus cana um, ſanus,uanus,planus,anus ſecundæ declinationis propodice:excipe anus quartæ pro uetula,ſic cano nis,uerbũ.

canis animal,canon nis,manus,anas,tis,ſic compoſita ab ana,græce ideſt ſurſum ſeu per,ut analectica,ſic etiam polyſyllaba ut animus, maneo,danae,anubis, laniſta, anhelo,tanais,præter ea quæ ueniunt a longis ut canities a caneo,ſanitas a ſano,uaneſco a uano,lanugo a lana,ianitor a ianua:fanaticus,ſic ianus:anulus, canabis danubius granum,anachorita,panareolus, manius,n,p, mano as,manaes pro umbris,panis, panos, rana, trano as,nanus, ganeo, ſed planus pro ſeductore ſeu ſcurra uel pro impoſtore breuiatur,ſic ganea ſeu ganeum pro lupanari corripitur.

A.ante.p.breuis eſt ut capio,aponus fluuius ſeu fons pape,napus genus rapæ,napeæ apis,excipe apis,dis,pro deo,ſapis pro iſapis fluuius,hæc rapa:hoc rapum ſeu rapulū,uapulo,papilio,crapula,capadotia,aphrica apher ſaphirus,papi,ſapo onis,apœninus ſeu apœnninus,apidanus,ſaperda,papo,uapa,papas,apulia habet primam indifferentem & ſecundā productam uere,ſed apulus producit primam et corripit ſecundam.Alij ſcribunt pappo as,uappa,mappa,cappadotia,pappas,ſapphirus, lappa, appulus, & poſitione producerentur: ſed capetus.n.p: apluſtre,aprilis,lapathos,apricus indifferentia ſunt, at lapathes,this,papia lex.papinius producuntur.

A.ante.q.correpta eſt ut aqla:aquilo,aqua,aquinū, laqueus,laquear,excipe compoſita ut nequaq̄,quaq;.

A.ante.r.breuis eſt ut ariſta,haruſpex,arena, porū, paraſitus.paraclytus ſeu paracletus,ſmaragdus: excipe

caria,cares.lariſſa,lariſa,carex,careɫta.uarix,uarica,pa reo,clareo,areo,area,faris uel fare,glarea,carica, naritia,uarus,uarillus,parhiſius,caracv,naris, raro , quare ſtare,nare,flare,flarem : ſic adiectiua in rus,ra,rum,ut charus clarus:gnarus,rarus,larus,eſt auis:larius eſt la cus:ara pro altari,aridus.ſed arabia cum unico.r. breuiatur per duplex.rr.arrabia producitur poſitione bar rhus per duplex tantum,baris,idos,& barium ſunt diuerſæ urbes darius rex, caria, ſmaragdus tria hæc ab alŷs ponuntur ad placitum.

A *ante.s. in diſſyllabis producitur ut caſus. naſus: phaſis:excipe caſa,baſis,quaſi,praſon,latine porrũ.praſinus ideſt uiridis:thaſos inſula,polyſyllaba etiam corripiuntur ut aſia tertia pars orbis:aſylum,maſurius, præter caſeus,baſium,aſia pro palude,paſithea, raſina ſiue rheſina,aſopus,aſecla,raſilis,naſica,iaſius.*

A.*ante t.correpta eſt ut pater,ſatus,hoc latus , quater,plato,platea.ſtatera,ſcateo.ſtatim pro illico.*Excipe *ater,a,um,atramentum,atrium , atys,atagen , ſaturnus. ſtator,laterna latus,a,um,ſtatim a ſtando ideſt iugiter, catholicus,latona,fatur,hoc fatum.fatidicus, flatus,quaternus,quatinus,frater.crater,gratus.natura natus,natalis ſtaturus,ſtratum ſllatũ,ſllataria,uates,uaticinor, uaticanus,gratia,grates,grator,gratulor , clathros.* Item *nomina habentia.m.ante.a.ut mater,matrix, matertera. matuta,materia,maturus,aut.r.ut pratum,crater, cratera,atella,atina,atellana,* At *platanus,plato,latro, blatero,ſtatim*

ro,ſtatim

ro,ſtatim.crathis dis,catena,attas,ambigua ſunt.ſed matinus,matella,matheſis,mathematicus,ratus,a,um, ratis, blatio,catus,a,um,ſtatum,corripiuntur: blatta vero & brattea catus animal,quatuor, poſitione producuntur.

A.ante.u.conſonantem breuis eſt vt auis,cauillum,cauillatio,pauimentum,grauis,lauo:excipe gnauus,auius, a,um,nauo,nauus,a,um,gauiſus,mauors,mauis, ſuauis, ſuauium,prauus.dauus,pauo,nauis,nauigo,dauid:dauidicus,nauita:ſic etiam ſi ante.a.præcedat.l.præeunte muta vt flauus, clauis, clauus, clana, lauinum poteſt eſſe ambiguum.

De primis & medijs ſyllabis per vocales.

E.ante.a.in græcis quæ per.ei.diphthongon ſcribuntur apud nos mutant,ei.in.e.longũ vt calliopeia, calliopea deiopeia,deiopea:ſic æneas,citherea,medea, galathea,amalthea:ſic alexandria,alexãdrea:ſic platea,chorea,malea:quæ tria ponuntur etiam indifferenter. Sed ea quæ græca per epſilon ſcribuntur corripiunt.e. ante.a.vt theatrum,bòreas,artocrea,baleares: & ſimilia.

E.ante.e. breuis vt eſt leena, nemee.es.ſed nemea eſt ambigua.

E.ante.i.quando,ei,diphthongus gręca ſoluitur a latinis ſemper producitur vt priameius,baccheius,perſeius theſeius,cythereius,phineius:& cætera poſſeſſiua:ſic deiopeia,deianira,deiphobus,deidamia:ſic echeneis.

E.ante.o. breuiatur in dictionibus quæ ſcribuntur per epſilon vt theodorus,cleopatra,neoptolemeus: quæ

vero ſcribuntur per.e.longum producuntur vt eous, eoa,eoum.

E.ante.u.corripitur vt creuſa:tartareus : quæ vero græce per ei.diphthongon ſcribuntur:quam nos in.e.lõgã vertimus elongantur ut alpheus,choreus,ſpondeus.

De primis ſyllabis per conſonantes.

E.ante.b.corripitur vt hebenus,hebeto,hebur, lebes trebia,hebræus,nebula:excipe ſcbetus,crebenus,debilis, debeo,debilito, ſebum,trebula.thæbe,hebe:ſic imperfecta biſſyllaba vt flebã,nebam,rebar,rebamur ſic rebor flebo:ſic datiui quintæ vt rebus:diebus:ſic etiam ſi ante .e.prꝫſint duo conſona vt gleba,creber,crebro,crebeſco flebilis,flebunt. At ebrius,ebrietas,nebris ſeu nebrida,bębrycia,gebennæ:ſunt ambigua:ſed hebeſus.rhebus ꝛebe deus:nomina elongantur:phœbus vero & præbeo,plæbes,œbalus,œbalia:diphthongon habent.

E.ante.c.breuiatur vt ſecus, lechæus,echinus, echineis, pecus. Excipe ſetius ſecurus,echo, vecors,recula, pro parua re,ſpecula pro parua ſpe. theca cum ſuis vt bibliotheca:mecum,tecum,ſecum,vecors,lecythus,cecubum,imbecillis. at œconomus,fœcundus,ſæculum, cæcus,fæcis,græcia,mæchor,præco,præconium,præceps, præcordia, œchalia, præcipuus, parœtia, diphthongon habent.

E.ante.d.producitur in diſſyllabis ut credo,cedo ceſſi, cedes nomen,hic pedor,pedo is:excipe pes pedis:ce

do pro dic,edo ideſt comedo,nam edo ideſt dico,vel ex tra do,producitur,corripitur pedum,ſed cedrum eſt am biguum polyſſyllaba breuiantur vt ſedeo,ſchedium,me= deor,medicus,& ab eo medicamentum.Ex his demun= tur ſedulus,ſedulitas,ſeditio,ſeduco,deditus,medica, herba.medicamētum a medis populis veneficis,cedicus, n,p,media prouincia,medea,n,p,pedico medimnus,ſic quæ ueniunt a longis ut credulus,ſeductor,edictum.At ædus,ædilis,ſædo as,dædalus,pædagogus,æditimus, thæda,præda,rhæda thædet,prædium,prædor aris prædator diphthongum habent,reduco,& recido a ca do,& rudo etiam inueniuntur ambigua.

E.ante.f.breuiatur vt nefas,epheſus,ſtephanus, exci= pe refert imperſonale,cephiſus,cephenus.

E.ante.g.corripitur vt lego is,ego:excipe lex,rex,in obliquis pegaſus equus,egates,legitimus,regula,regia, regina,regale,regulus,tegula,rhegium,egregius,dego is,lego as,legatus.At ægyptus,æge vrbs,ægeus,ægis dis,ægon,ægoceros,ægyſtus,ægloga,æger,ægrotus, ægiale,ægina,diphthongo producuntur.

E.ante.i.elongatur ut peior,ſed de hoc dictum eſt.

E.ante.l in diſſyllabis producitur ut uelum,chelæ, peleus biſſyllabum,zelus,felis. Excipe chelis,ideſt ly= ra,velim,gelo,as,gelu helice,celox,ſcelus,celer,ue= lut,ueluti,lelex,elegus,helix,telon,n,p,nam telon.i.lon gum producitur,melos eſt indifferens ſecundum quoſ= dam ſed potius producitur græce: cōpoſita a meli quod

eſt mel breuiantur vt melimella: ſic etiam compoſita a melas quod eſt nigrum vt melilothos, melampus: ſic cætera polyſyllaba vt gelidus, elegia, elementum, ſelibra melior: ex his demuntur ſpelunca, ſpelæum, helios. i. ſol & compoſita vt heliopolis, heliades, helitropium, heliſabet, elogium, helias, lælius, pelias pro haſta achilis, heleborum ſiue helleborum, deleo, delitię, delicatus, delibutus, delinquo, deliquo as, delictum, elyſium, zelotipus, delubrum, delius, theloneum, pelamys, peluſius, peligni, velabrum, thelephus, thelegonus, thelemachus. At *pelion mons & electrum ponuntur ambigua: ſed rectius producuntur. prælium autem & clœlia habent diphthõgon: ſic bælua triſyllabum.*

E. *ante.* m. *corripitur vt premo, memor, ſemen, femur, gemens, emo is, nemus, themis: excipe remus nauis remigio, remex, gis, rhemus populus: ſic creſcentia in genitiuo vt demens, tis, ſemen: quæ deriuantur a longis vt emineo: ſic temet, memet, temetum, crementum, incrementum, eminus, emanuel, hemina, hemus, demum: ſic compoſita a demos ideſt populus vt demoſthenes, democritus, nemo, ſemĩo, ſemis, ſemita, ſemodius, hemis, hemicyclus, emathia, romulus, a roma, ſed remus: a rumis: ideſt mamma, corripitur, temo, emolumentum, ſchema, thema: ſic demus, ſtemus, nemus, a neo nes: vel a no, as. flemus, remur: & reliqua habentia. e. ante. m. cuiuſcunq; coniugationis tam in primis q̃ in medijs vt amemus: alij volunt temetum & abſtemium poni ambigue.* At *dæmon, dæmonium, hæ-*

mon,hæmonia, hæc fœmina, cœmentum, cœmiterium, æmulor, æmulus, clæmens,æmathia,præmium, diphthongo ſcribuntur.

E.ante.n.producitur *vt lena,denus,lenis: excipe feneſtra, menander,menalippus, meneſtheus,penus, penas, penitus, penates, penetro,xenium:& compoſita a xenos ideſt hoſpitium ut xenodochium:enim coniunctio: enyo,enipeius,menapis,phreneſis,menedemus.* Sic etiam *ſi præcedat.b.vt bene,benignus,vel.g.vt genus,gena genium:vel.s.vt ſenex,ſenones,vel.t.vt teneo,tenus,vel.u. vt venio,venus,venafrum,venetus, venia, venenus.* At *hæc producuntur ſcilicet venum a veneo:ideſt vendor, venor,aris,venator,tena,tenia,ſena ciuitas,ſenio, ſenus, a,um, denarius, vena, ſtrena,ſtrenuus, ſiue ſtrennuus, enoſigæus græce ſed latine ennoſigæus cauſa metri.at ſcaena, tænarus, baenacus, paena, caena, diphthongon habent.*

E.ante.p.breuiatur *vt nepos,nepa,lepus,epos, crepida,tepor,ſcpelio:excipe ſcpio,ſepes,epirus,ſepia, cephiſus,repo,irrepo:ſed repente,repentinus corripiuntur:repens vero eſt indifferens.Seruius tñ breuiat, epacta eſt ambigua vel potius corripitur.vepres aũt & peplũ ſunt ambigua.At præpes,ſepe,hepar,hoc cæpe,hæc cępa, cæpha,æpolus,præputium,æpi,æpia,diphthongon habẽt.*

E.ante.q.breuis *eſt vt equus animal,neq; nequeo:excipe neq̃,nequaq̃,nequior,nequicq̃,nequitia,nequis, nequa,nequod, nequid, ſequanus, ſequanicus, equiculus,*

ambigue,deq́ elongatur,lucillus,ſuſq́ deq́ fuere inquã oĩa ludus iocuſq́. At *æquo as,et quæ inde ſunt diphthõ gũ hñt vt æquor,æquus,a,um.ęqualis,æqtas,ſic quęq́.*

E.ante.r.corripitur *vt ſeries,feretrum,verædus, herus,ſera quæ claudit hoſtium,ſerum pro liquamine lactis,mereo,vereor,ſero is,metrum,peritus,meroe:excipe beros feralis,ferię,feriatus, herodes,herodotus, cherulus,eruca,ceruſa,ceroma,clerus,erugo,erugino,as, erigone,ſeres populi,ſericum,ſero,ſerio aduerbia, hęc ſeria,ae,uas fictile,ſeria ideſt grauia quæ ſunt contraria iocis,pera,perula ſacculi genus:pero nis ;nereus,flerem, fleres,rere,reris,nerem,neres,rerum,ſpero as,ver,veris, ſerus,a,um,meriones,geriones,tereus.uerax,uero,teron, u,p,ueratrum,ueruca,chere,neritos,erumna,neris mons eſt:eridanus,cærinthe,thera inſula,beryllus,berytus,feronia,eryphile,uerona,cerete tis,ſic compoſita a xeros ideſt ſiccus ut xerampelinæ:xerolibya ideſt ſicca lybia, xerolophus ideſt ſiccus tumulus,eretum, nerio, nerienis ideſt vxor martis licet verius corripiatur:alij dicunt, q́ nerio,beryllus,eriphile,cerimonię ſunt ad placitum verus,a,um,producitur,ſed hoc veru breuiatur.* At *hęres: hęreditas,hęreo, hoc æs æris,& compoſita & deriuata ut æripes, æreus, cæruleus,quęro,cæra,mæreo,ſphæra,plæriq́,hęreſis diphthongon habent.*

E.ante.s.*producitur ut theſeus:theſaurus:excipe cõpoſita a re vt reſigno, reſipiſco,ueſulus,theſis, chteſiphõ et ueſeuus ſiue ueſuuius ſiue ueſuius per ſyncopen eſt in*

differens. Ieſus *autem verus deus & homo redemptor noſter eſt ad placitum:ſed potius debet ſcribi iheſus triſyllabum & corripit primam et producit ſecundā* Meſ*ſana vrbs ſiciliæ nobiliſſima & antiquiſſima,regni, caput,patria noſtra:licet apud græcos ſcribatur cum vnicos,s,quod ſi ſequeremur haberet primam indifferentē: vſus tamen prevaluit & ſcribitur cum gemino.ſſ.* Oui*dius primo faſtorum:hunc numidę faciunt:illum meſſana ſuperbum.*Sillius *italicus libro.xiiij.*Incumbens *meſſana freto:minimumq; reuulſa.*

E.*ante.t.producitur ut meta:metropolis : quaſi mater ciuitatum,feteo:excipe metallum,metuo, meto,is,fretum,geticus,tetrino,tetigi,tetendi,tetricus,betulus,betula,heteron cum ſuis:metaurus,metaphora,metreta: etiā coniunctio tetrarcha,thetis dis:eſt mater achillis : ſic ſi præcedat,p,ut peto,is,aut,u,ut ueternus,uetus,ueto : ſic ethruria,ethruſcus:licet poſſint produci propter liquidam & mutam:ſic pretiæ uuæ:pretium,geta,tethis, tethyos vxor oceani eſt indifferens licet ſæpius producatur : getulus habet primam & ſecundam indifferentes: pletus unde repletus producitur:ethos.i.mōs breuiatur. æthos,pro cauſa habet diphthongon.ſic prætereo:præter,prętor,ætas,lætor,lætum,pætus.*

E.*ante.u.cōſonantem producitur ut leuita,euander, leuus.i.ſiniſter:excipe leuis pro nō graui.ſic leuo as,eleuo.i.inaltū tollo ſeu īminuo,breuis,breuitas,ſeuerus. at leuis propolito et terſo,leuo as.i.cōplano et polio leui*

go quaſi leue ago,leuitas quæ eſt aſperitati contraria, euum,ſæuus,ſæuola diphthongon habent.

De ſyllabis per vocales.

I. ante.a. breuis eſt in illis quæ a græcis ſcribuntur per iota vt tragœdia,comœdia,naumachia, gigantomachia:& ſimilia:ſic elegeia:quinq; ſyllabarum quæ ſemper corripit duas primas. Ouidius. venit odoratos elegeia nexa capillos.Idem flebilis indignos elegeia ſolue capillos ſed theologia,aſtrologia,aſtronomia, orthographia,chyrurgia,hierarchia,monarchia,etymologia, ſophia,philoſophia : & ſimilia producunt penultimam licet apud poetas corripiant eandem:vt dicemus de accentibus.At illa quę apud gręcos ſcribũtur per.ei.diphthongon abſq; dubio elongantur vt argia,langia, lampia,thalia, hippodamia.deidamia,laodamia, hieremia: elegia quando eſt quadriſyllabum. Statius. Inter quas vultu petulans elegia propinquat:ſed latria,magia,dulia,hyperdulia,eugenia:idolatria vero & angaria videntur ambigua.At Maria virgo virginum mater chriſti:peccatorum aduocatrix:quia græce ſcribitur per iota corripitur a claudiano & ſequacibus:catholici vero producunt canentes in eccleſijs quotidie. Sancta Maria ora pro nobis media producta:ſic etiam gręci enuntiãt: hoc quoq; dictat cõmunis vſus quem penes arbitriũ eſt & vis et norma loquẽdi cyane nympha duas primas ſyllabas ambiguas habet Cyaneæ vero ſcopuli primã lon

gam & ſecundam ambiguam retinent verius.

I. ante. e. modo breuis eſt vt hiera, hyena, modo longa vt pierus, pierides.

I. ante. i. breuis eſt vt denarij, delitijs: & cętera talia.

I. ante. o. producitur in illis quæ apud gręcos per ei. diphthongon ſcribuntur vt arion, amphion, clio; hyperion, ixion, orion, pandion, enyo, echion, Io, pro filia inachi elongatur ſeu eſt indifferẽs: ſed quando eſt vox bacchantis corripitur: quę vero per iota ſcribuntur correpta ſunt vt iollas: dione & ſimilia.

I. ante. u. longa eſt in illis quæ apud græcos ſcribũtur per ei: diphthongon ut ſperchius, arius, darius, chius, a, um; dia inſula. At illa quæ ſcribuntur per iota breuiantur vt archadius, boetius ſeu bœotius: chius inſula: ſic etiam illa in quibus ei diphthongus ſoluitur vt baccheius, priameius, æneius theſeius, ephireius: quę diphthõgus interdum vertitur in. e. longum: vt theſeus. a, um, ſic Ouidius Metamorphoſeos. octauo. Soluere deſierat theſea laude tributum: alij legunt pendere.

De Primis ſyllabis per conſonantes.

I. ante. b. corripitur ut liburnum: liber pro codice: tributum. ſic Iuuenalis. præſtare tributa clientes cogimur non autem præſtant vt paſſim legebatur: excipe hyberno as, hybernus, fibula, tibia, tibicen, ſcribo, quibo, ibam, ibo, libo, as, libũ, ſibilo, as, ſibilus, in plurali ſibilos & ſi-

bila,liber,a,um,libertus libertinus,libertas,liberalis,li-bro as,libella a libra,ibis auis,hybrida,tybur,tyburnus: hæc tribula uel hoc tribulum eſt genus uehiculi, uibur-num,libethrus ſeu libethra:libanus pro monte:hoc liba num pro thure:liber pro baccho & filio & pro haben-te libertatem ſcibo,ſcibilis:fibra uero ſicut uibro eſt in-differens:hic tribulus genus ſpinæ corripitur:ſed uibex cis,producitur:at gibbus gibboſus habent poſitionem.

I.*ante.c.breuis eſt ut uitiũ,dicax,dico,as vicarius, ſi cilia,ſiculus:excipe ficus,ficoſus,ficedula quæ habet ſe-cundam indifferentem conuiuium,picus,pica,vicinus,ui cinia,uicus,uica,mica,ſpicus, ſpica,trica, nice.i.uictoria vñ nicopolis.i.ciuitas uictoriæ litiũ:*vities *uicenus, uice ſinus tricenus triceſinus dico is,ſpiculum,tricæ,trico as, picẽs, picentinus:ſicut ſica ſicarius:quę ab alijs ſcribũtur per duplex.cc.ut ſicca,ſiccarius, icaria,icarus, icarius, ico cis,icon nis,pro imagine,ſicelis ſicanius.* At *ſicanus corripitur ſeu eſt indifferens ſicut ſycheus,lychas,cyclas lyceus,cyclops quæ ambigua ſunt.*

I.*ante d.producitur vt ſydus,idolum,fido is,ſtrideo rideo.idẽ gñis maſculini tydeus qđ eſt biſſyllabũ quia, eus,eſt diphthõgus,ſido is,dido is.i.in diuerſas ꝑtes do.* Vir.in.vij.*diditur hic ſubito troiana ꝑ agmina rumor, licet legatur deditur:excipe idẽ in genere neutro,didici idume,idumæus,hydaſpes,gnidos,didyme,didymus, di dymi mõtes,cydoniũ,cydonius,a,um,ideo,quidẽ, fides, fidelis,fidis,fidicula,fidelia,fidius deus,rhidiũ,idoneus*

uideo,uidebã,uidebo,uidua:ſic compoſita ab bis & ter ut bidẽs,biduũ,tridens,triduũ:at cydon,n,p,fidenæ, di dius,phidias,hydrops,hydrus,hydra,hydria:ſũt ãbigua

I.ante.f uel.ph.producitur ut griphes,typhis:excipe cyphus,nyphates:ſic compoſita a bis,& ter,ut bifurcus, biformis,bifrons,bifidus,trifidus,trifurcus,triformis.

I.ante.g.corripitur ut ligur ſiue ligus,ligo,as, figulus:migro licet poſſit eſſe indifferẽs:Maro,migrãtes cernas excipe viginti,uiceſimus,triginta,bigę,trigę,frigeo frigus,frigo,frigutio,pyga,pygardus,caprea ſilueſtris, ſeu auis:fligo vñ cõfligo,figo,digero,digeſtus, ſygeus, ſic quũ p̃cedit,ſt,ut ſtigo,inſtigo,ueſtigo,ſtrigoſus, ſigaliõ at tigris ſtrigilis ſtriges gyges cygnus ãbigue ponũt

I.ante.l.producitur ut filius:hoc bilũ,bilis, nilus, miles,milia,pila pro telis romanorũ,pilo as.i.deſpolio: vñ expilo,cõpilo,pe.pro.excipe ſilenus,cylindrus,cylidrus bilibris,bilinguis,trilibris,trilinguis,trilex pilus:vñ pilo as.i.pilos detraho:ſic expilo:depilo media correpta, cylix,filix,ciliũ milium,prolegumine,ilaria,phylira:ſic cõpoſita a philos ut philomela philippus,pila qualudũt pilos,pilius,pylene,ilerda:hoc lilybęũ uel hęc lilybe:nõ dicitur in maſculino lilybæus:lilæa vrbs,milo:itẽ quã do præcedit,s,vt ſileo:ſylogiſmus quod alij per duplex .ll.ſcribunt,ſilurus,ſilex,ſiler,ſeligo,ſiliqua,vel,t,vt ſtilus:ex his demitur ſila mons:tyle ſiue tule:pſilotrum,at miletũ,iliſos,ilithyia,tilia,pilatus,philoctetes, ambigua ſunt:licet frequentius corripiantur.

I.ante.m.producitur in diſſyllabis ut ſtrimon, limax, cimex, limus, trimus, rima: excipe mymas mons nimis nimium ſimul, ſimon, ſimus, dimas: ſed thimum ſiue thymus & bimen ſunt ambigua: hymenęus vero corripitur. polyſyllaba etiam breuiantur vt timauus: cyminum, ſimilis, chimera. At ſimius ſiue ſimia ambigua ſunt: ſed chimerinos ideſt hyemalis producitur ſicut iſta.s. hymera: cimerius, ſimulus, cymothoe, cimodoce, nimirum, mimalion ſiue milanion: ſymethia, primitiæ: & cætera a longis venientia.

I.ante.n producitur vt vinum, linum, linea, binus: excipe lino is, linio, lito, linus.n.p. inula, inuum oppidum tinea. ſic habentia.c. vel.m. vel.s. ante, i. vt cynaras: cynedus, citus, ciconia, cinis, cinamomũ, cynicus, minyæ, mine. minerua, minium, minor, minus, minor aris, minuo, is, miniſcor. vnde remanſit reminiſcor: ſinus pro ſinu maris et veſtis, ſinapis, ſinopis, dis, ſynagoga, ſynhedra, ſino, is, ſine præpoſitio, ſinueſa: excipe ſinum pro vaſe: mina pro genere ponderis ſeu menſuræ, minos, minotaurus, inclino, acclino, ſynas dos ſeu ſynada pro oppido, ſinis, crinis ſcriniũ: aliȷ ſcribunt ſynnada & cinnamomũ cũ duplicato.nn. q̃dã ẽt volunt ꝙ tinea & hinulus ſint ĩdifferẽtes.

I.ante.p.corripitur vt bipennis: ſic compoſita ab hyper vt hyperboreus: ſic ſtyps in obliquis pro nummo: typhoeus: excipe vipera: ſiparium vel ſipharum: ripa, ſtipo as, ſtipes, tis, ſtipendium, gryphus, typhon onis, pipo. as, pipilo, hipocrita, ſcipio, iphitus, typhis, ſipus vrbs, rhiphei

montes,ſipho onis,cipus,at ſcrupulus ſeu ſcripulus ſeu ſcrupulum,triplex,cyprus ſunt ambigua:pipio corripi-tur:hippomanes vero hippocamelus,hippotades:& cæ-tera compoſita ab hippos poſitione longantur, ſic hæc hippo,hippus.Iuuenalis. Solam *hippo per accuſatiuum nec legas hipponam propter metrum.*

I.*ante.q.breuis eſt ut liqueo es,liqueſco,liquo,as,ſi-quidem:excipe liquor liqueris:ſed liquidus & liquor li quoris ſunt indifferentes nam & a liquo as, & a liquor liqueris deriuari poſſunt:ſic etiam liqueſco:Ouidius pri mo ponti.* Si *me a perpetuis liqueſcant pectora curis.*Lu*cretius* Craſſaq; *conueniunt liquidis & liquida craſſis: liquetius fluuius unde liquetia flumina producitur.*

I.*ante.r.producitur in diſſyllabis dirus,uirus.i.uene num:ſcyros,uires mirus,ſpira,ira,lira pro ſulco:ſyrus et tyros hæc duo inueniuntur ambigua:uiroſus autem a ui rus:producitur ſic uirulentus: ſic uireſco a uiribus. ſed uiroſus a uiro & uireſco a uireo breuiantur ut mulier uiroſa ideſt uiri appetens:excipe hæc quæ breuiantur.s. myron,pirus arbor:pirum fructus:uir in obliquis : lyra pro cithara,quiris,ſtirax ſic polyſyllaba ut ſyracuſæ:ty rannus,uireo,uiriatus,uiridis,dirimo,hirundo, hirudo, piretrum.* At *hæc elongantur.s.ſtiria,tyria,ſyrius pro ſy dere,cyrene,ſpiritus,tyrinthius,nireus, mirificus , dira-chium,ſyrenes,cyriacus,tyreſias,piræus portus athena-rum.ſed deriuata a chir.i.manus partim breuiant ut chi ragia.partim producunt ut chirurgicus,chironomon:ſic*

etiam deriuata a pyr.i.ignis.partim corripiunt ut pyra pro rogo pyracmon,pyropus,pyrois,partim producunt vt pyramus,pyramis,dis, pyralis , pyrata,at pyrene est pyreneus ſunt ambigua.

I.ante.s.elongatur ut uiſus,riſus,chryſis,niſus,n,p,excipe miſer,miſertus,miſeratus,miſereor:cum ſuis:niſi coniunctio:ſiſimbrium,ciſium,iſocrates,diſertus,ptiſana,ptiſanarium,criſis,biſon,ptyſis,ſiſer,iſaurus,iſaura,iſara, & compoſita ab his & ter ut biſulcus:triſulcus:ſed phyſis, phyſicus ambigua ſunt.

I.ante.t.breuis eſt ut iturus,iter,item,lico as, britannia,uitium:excipe lis,tis,glis,tis,dis,tis,in obliquis britones:clitella,dito as:pyto ciuitas,dithyrambus:litigo as: itur & cõpoſita ut ambitur:ambitus,a,um, nitor verbũ: phytõ ſiue pyton:titan,titillo as,ſcitis a ſcio,ſcito:ſcitor aris,ſcitus,ſcitur,pytiſma ſeu pytiliſma:tityrus,ſitis a ſum. clitorius,clitũnus,cliton,triton,palus vñ tritonia pallas itis,ſithon,ſithonia,Zithus genus eſt potiõis,pythagoras, trituro,tritum,triticum:ſic ſi præcedat.m.ut mitis, mitigo,mitra,uel.r.ut ritus,rite,rito:vñ irrito:uel.u.ut uitis uita,uito as,vitupo ex his breuiãtur uitulus:uitellus,mytilene,mitella,mitilo:ſed britannus uitrũ,uitreus, bithynia bithynus:italus:habent primã indifferentẽ:italiã vero hodie productio Marõis exẽplo:at fritillus,ſcythia: corripiuntur:pituita aũt habet primã & penultimã indifferentẽ. Item producitur thitonus : thytonius ityreus pſittacus uero littus:littera poſitionem uere obtinent.

I.ante.u.conſonantem producitur ut ciuis, riuus, cliuus, uiuo, friuola, priuo as, liuor, diuinus: excipe compoſita a bis & ter ut biuium, triuium, triuia pro diana, triuicus, niuis, niualis.

De ſyllabis per uocales.

O.ante.a.breuis eſt in his quæ a græcis ſcribuntur per omicron ut oaxes: thoas, coaſtræ: in his uero quæ ꝑ omega longantur ut troas dis.

O.ante.e.longa eſt in his quæ græce ſcribuntur per omega: ut typhoeus, aloeus, quę hn̄t omega in penultima & eus: diphthongō in ultima: ſic Lucanus. Cōditus inarimes æterna mole typhoeus. Idē. Impius hanc prolem ſuperis īmiſit aloeus. Et ꝙ hæc deſinant in eus: diphthon gon patet: quia emittunt accuſatiuum in, a, nam nullum nomen ſecundæ declinationis emittit accuſatiuum in, a: niſi in nominatiuo terminetur in, eus, diphthongon: hinc Ouidius quas quoties perflat ſpirare typhoea credas, Virgilius tamen per ſyneresim iunxit in diphthongon dicens inarimes iouis imperijs impoſta typhæo producitur etiam boetia quam uis deberet ſcribi bœotia: ſic euboia ſiue euboea. At in his quæ a græcis per omicron ſcribūtur breuis eſt ut ſimoentis, pyroentis.

O.ante.I.producitur in his quæ ſcribuntur græce ꝑ omega ut zoilus: troilus, ſtoicus, lagois: ſed in his quæ ſcribuntur per ōmicron corripitur ut ſimois: pyrois: troia uero biſſyllabum & euboia triſyllabum producuntur: quia habenti, i, duplex inter duas uocales tro-

ius.a.um.eſt triſyllabum & producit primam quia gręce ſcribitur per omega.

O.*ante.o.breuis eſt ut laocoon: hippocoon, demophoon, bootes.*

O.*ante.u.longa eſt in his quæ græce ſcribuntur per omegá qualia ſunt poſſeſſiua in ous, oa, oum. ut argous, cous, ſardous, herous, eous: ſic achelous: at in his quæ ſcribuntur per omicron breuis eſt ut alcinous, antinous.*

De *primis ſyllabis per conſonantes.*

O.*ante.b.producitur ut nobilis, gobius ſiue gobio, nobis, uobis, obijtio cum duplicato, ij, priore conſonante poſteriore uocali, & eſt quatuor ſyllabarum et primam producit poſitione.*Excipe *hęc correpta ſcilicet obes ab obſum, obeſus, obelus, obeliſcus, obolus, obaudio obumbro & ſimilia habentia uocalem poſt.b. ſic etiam quæ ante.o. duplicem conſonantem habuerint ut probus, a, um, probo as, cum ſuis, globus, ſoboles, probrum, obex, hæc duo ambigua ſunt.*

O.*ante.c.breuis eſt ut uoco as, oculus, iocus, proceres: excipe ocium, poculum, phocis, dis, iocaſta, locuſta, phoca, phocus, n, p, iocundus non dicitur ſed iucundus, uox in obliquis, ocyor, ocyus a gręco, cocytus, procerus, a, um, uocalis, oceanus, procurro: procedo, procido a cædo, proculco, procumbo, procubo, procio is, ideſt prouoco ſeu produco: at proco as. i. laſciue peto: procio ideſt*

peto

peto ſocus,ſocillo : ideſt nutrio, procello as.i. percutio: primam corripiũt:ſed procuro,ſocale ambigua ſunt:oc culo,is,& occo as,poſitionem habent.

O.ante.d.elongatur in biſyllabis ut rodo,is, lodix, ſodex,nodus,codex,podex,prodo is:ideſt procul do & quaſi longe proijtio ſeu deſero ſeu proditionem facio:ex cipe modo aduerbium:hic modus:odor,odoro, rhodus, ideſt roſa pro ciuitate ſeu inſula:ſic in polyſyllabis vt hodie:fodio:rhodope,ſodalis,modeſtus,modius, poda lirius, odium,moderor,modulor, podagra, rhodanus, præter prodeo,is,ideſt ultra eo.proderam,prodero pro deſſe,prodigium,prodigo is, ideſt conſumo vltra mo dum:prodigus,a,um,prodigitas,produco,prodeſt: do dona,dodoneus,clodius,clodia.

O.ante.f.breuiatur vt ofella,ſtropha,profugus,pro fugio,is,profugiũ:excipe profitio,profero,profore,ſcro pha tophus:ſed profundo is,proficiſcor ſunt ambigua.

O.ante.g,producitur vt cogo is,cogito as:excipe to ga,rogo as,rogus, bogus,n,p, logos ideſt ſermo vnde dialogus,aretalogus,uogeſus,progne eſt indifferens ſeu ambigua quod eſt idem.

O.ante.l.corripitur vt colo is,uolo ſtola,ſcola,coli na hoc ſolum pro terra,oleo,colon:ideſt membrum: co loſſus vnde Apoſtolus ad coloſſenſes ideſt rhodienſes a coloſſo,ſolis ſtatua ingenti:excipe ſolus,a,um,olim,bole tus:colyphia,proles,proletarius,dolium,moles,molior, molimen,nolo,ſolor,ſolatium,ſolamen,prologus, coly

rium,colo as,ſpoletum,ſpoletinus,ſolarium ſolers,ſolertia, bola, nola, loligo, olearos, olenus, olenius, ſolia nomen mulieris,proluo,is, prolongo,as, prolato,as, proloquor:prolabor,eris,coleus,ſol,ſolis,ſoles in plurali bolanus.n.p.ſed dolon & polycletus ambigua ſunt: prolixus,colyambus ſiue choliambus:tmolus mons ciliciæ.Vir.ij.geor. Tmolus aſſurgit qbus & rex ipſe phaneus:vbi eſt ſpondeus ratione principij pedis more græco:nec debet legi timolus aſſurgit:quĩ;mo,grece ſcribitur per omega:rectius Tmolius aſſurgit:ſed Oui.in.vi. Met.ait Deſeruere ſui nymphæ vineta tmoli:vbi eſt ſpõdeus in quinto: & ſecunda ſyllaba ſpondei producitur poſitione duarum conſonantium ſequẽtis dictionis quod fieri ſolebat vt hic patet:hæc moly huius molyos herba eſt ab Homero celebrata:vnde Ouidius.xiij. Metamor. Moly uocant ſuperi nigra radice tenetur:polypus, polydamas:a' poly.i.multum:& ſic deberent corripi,iccirco rectius ſcribuntur per duplex.ll. cauſa metri ſic pollypus:pollydamas,pollydamanteus:etiam poteſt ſcribi pulypus & pulydamas per,u,quia græci ſolent mutare,o, in,u,longum: Maro. Venit & upilio pro opilio cauſa metri. Item ſollers, ſollertia, ſollennis, ſollennitas, collyrium,collyphia:quia collix eſt panis ſubcineritius: habent poſitionem.

O.ante.m.producitur vt nomen,omen,omentum, comis huius comis:hæc pomus:hoc pomum, vomer. como is,co:neſſor:aris,cominus, pomilio ideſt nanus. Excipe

homo:omaſum,tomacula,tomus,atomus,tomita,tomitanus,ſtomachus,ſtomachor aris,dominus, dominor aris, comedo:hæc coma:como as,glomus,glomero as, domo as,uomo is,omitto is,comes tis,comitor aris, momordi: nomas dis,gomorra,gomorreus,bromius,homelia, homerus,chromis.n.p.dromo.n.p.dromos ideſt curſus:cometes:uomica vero eſt indifferens,

O.*ante.n.breuis eſt vt bonus.a.um. ſonus, onager,* Excipe *nonus.a.um.zona,nonæ,pronus,phonaſcus,monycus,ionas:ſic quæ habent:c.vel.d.vel.p.ante.o.* vt *conus,conopeum,conor aris,donum,pono is,pone præpoſitio vel aduerbium.* At *conon onis,proneſum,pronepos proneptis,donyſia, corripiuntur:ſed monos eſt indifferens:nam monycus longatur ſed monachus corripitur: vt diximus de deriuatione.*

O.*ante.p.breuiatur vt opis:opem,ope, opes, ſcopos, tropi,tropicus,propitius:hic populus: propago nis, pro progenie,oportet,ſoporo as.*Excipe *hęc populus pro arbore:propago de arboribus,dropax,ſcropha, tophus, popeanũ,propugno as,propalo as,propono is,propello is,ſed propero as,propertius,propontis dis,corripiũtur: nã propino as,poples,propago as,hæc tria ãbigua ſunt producũtur etiã quæ hñt.c.ante.o.vt copulo as, copia, ſcopa,copo nix,ex his excipe ſcopus vnde ſcopulus, cophinus,ſcopas.n.p.ſcopon quæ breuiantur: ſed ſopio is, & ſopitus longantur ſic opis nympha: ſemiſopitus vere corripit ſo:at oppido aduerbiũ:hoc oppidũ,oppior iris,*

poppiſma,ſtloppus:ſic etiam opportunus opportet ſecundum quoſdam:poſitionem habent.

O.ante.q.*corripitur vt coquo is,loquor,quoq; coniunctio:excipe quoq; in ablatiuo : ſic quoq; nomen ſiue aduerbium:quoquo,alioqui,notabis compoſita vt proloquor proquiro.*

O.ante.r.*breuiatur vt morior eris:hæc ſoror, ſororius,a,um,mora,uoro as,hic torus,coranus,n,p,chorus, cora oppidum.ſcoria:excipe corus ventus, os oris, mos moris in obliquis moroſus,morigeratus,coram præpoſitio:thorax,ſorex,ſtorax,morio onis,pro ſtolido, morus arbor:ſora ſoracte ſiue ſorax,oro as,orator,ora regio: hora temporis ſpatium:horum,dorias,doris,noram,noris,doricus,noricus,orythia,orythus,quorum, corycus, corytius,corytus pro pharetra,dorion, porus, corallus ſiue corallium:ſic quæ habent.*l.*uel.*r.*ante.*o.*ut lorum, ploro as, floris, cloris gloria,lorica,prora, roris, roro as,moram pro moueram: orion vero eſt ambiguum: ſic etiam corallium.*

O.ante.s.*longatur tam in primis q̃ in medijs vt gloſa,proſa,roſidus a rore,moſes,oſor,nemoroſus, annoſus inuidioſus:excipe oſiris,poſui, coſæ, alter moſes, moſa, moſella, proſopon,proſeucha,proſymna, doſis ideſt datio:roſa,roſetum,coſyra vero eſt indifferens:ſic etiam proſerpina.*

O.ante.t.*corripitur vt notus pro vento:nothus pro ſpurio:pote aduerbium:botulus ſeu botellus:hæc nota*

ꝙ.noto as,botrus,quotus,a,um: excipe dos tis,cos tis, in obliquis,doto as,poto as, totus,notus,a,um, noteſco, notifico,uotum,fotus,lotus,ſic cætera ſupina cum ſuis deriuatis vt motus,commotus,ſemotus,lotos, lotophagus, plotus a quo plautus,protheus:ſic habētia duplicem cõſonantem ante.o.ut ſcotus,ſcotia, clotho, protinus ſiue protenus,prçter protos cum ſuis vt monoptoton:ſic proteruus,proteron,crotallus,croton vrbs, crotopus, quæ corripiuntur. At protos ideſt primus producitur cum ſuis ut protogenes,protomartyr,prototomus:ſed gothus quotidie ambigua ſunt,licet alij ſcribant quotidie dum producitur.

O.ante.u.cõſonantem breuis eſt vt nouus,a,um,ouis, bouis,uoueo.Ouidius:excipe ouum,prouideo,prouidus prouenio,prouentus,prouoco,prouoluo,proueho, prouincia:ſic præterita cum ſuis ut uoui,uouerã, noui noueram,foui,foueram,fouiſſem,fouerim,fouero,fouiſſe.

De ſyllabis per vocales.

V.ante.a.& cæteras vocales breuiantur in latinis ut ſua,duæ,ſui,luo,ſuus,apud græcos rara eſt:ſed ſi reperiatur,erit longa:quia ab illis ſcribitur ꝑ diphthongõ.

De.u.in primis ſyllabis per conſonantes.

V.ante.b.corripitur vt rubeo es, ruber.a.um. cubo

as,dubius, iubar:excipe ſuber,huber,hubertim, hubertas,puber,pubertas,pubes,glubo,rubrica,ſubula, ſubulo,iubilum:ſic quæ habent.b.ante.n.vel.u.vt bubo, bubalus,nubo,hæc nubes,bubaſtus oppidum,bubaſtis ideſt diana, præter, bubulcus, ſubulcus, ſubucula, innuba, pronuba: at connubium & rubigo ſunt ambigua: ſed lubricus,lubrico as, licet poſſint eſſe ambigua propter liquidam cum muta:tamen potius breuiantur:hoc tuber eſt genus fungi & producitur ſed hic tuber eſt genus pomi & corripitur.

V.*ante.c.producitur vt luceo,duco,lucus, tucetum, iucundus,mucidus,ſocatus.*Excipe *lucrum,lucellum,lucumo,ſucerda,lucerna,ducenti,duceni, lucror: ſic quæ habet. c.vel.d.vel.n.vel.r.ante.u. vt cucuma quod eſt vas tonſoris,ducis,nucis,crucis,trucis:ſic cuculus ſeu cucullus,cucumis,cucurbita:duco as,vnde educare:ex his deme cucurio,cucubo,nuceria,bruchus,ſuco as,at ſucus, lucrum,luceres,lucrinus:ſunt ambigua.*

V.*ante.d.producitur vt ſudo as,trudo is,cudo is,ludo:excipe pudet,pudor,pudicus,pudicitia:rudis prouirga,rudinus ideſt ennius ex rudijs oppido:hoc rudus: ruderis:hæc ſudes dis,quæ eſt pertica ſeu genus teli militaris:ſtudeo,rudimentum,tudærtum, rudens tis:ſic rudo licet* Perſius *producat Seruius tamen dicit* ꝙ *rudo is, habet primam naturaliter longam & per ſiſtolen.* Vir*gilius corripit vel eſt indifferens ſicut compoſita a' tudi in præteritis.*

V.ante.f.producitur vt vſens:ſed rufæ oppidum corripitur:at buffo,ſubruffus poſitionem habent.

V.ante.g.elongantur vt ruga rugæ, lugeo, mugio mugil ſiue mugilis:excipe tugurium,rugio,& quæ habent.f.vel.i.vel.p.ante.u.vt fugio, fuga, iugum, pugil, Præter fruges,iugera,pugio:hic & hæc & hoc iuge.i. continuus,iugiter ideſt continue,frugalis,fugi & ab eo venientia vt fugeram fugiſſem fugerim fugero fugiſſe. At bugloſſa,iuglans,pugilar ſunt ambigua.

V.ante.l.corripitur vt culex,culina prius colina:excipe puleium,dulichium,culus,culeus, iulius, iulianus, vligo,thule ſiue thyle:ſic quæ habent.f.vel.g.vel.m.ante.u.vt fuligo,mulus,mula,mulio:ex his demitur gula, fulica ſiue fulix,mulier,muliebris:ſed pulex,vligo,fulica indifferenter poni ſolent.

V.ante.m.producitur vt fumus,pluma, lumen, humanus,humor, humidus.a.um.iumentum, ſumo is: excipe humus,humilis,rumis.i.mamma,rumex,ſumus, humerus:ſic habentia.c.vel.n.vel.t.ante.u.vt cumera, crumena, cumulus.numerus,numa,numiſma,numantia, numanus.n.p.tumeo,tumulus,tumultus.Ex his deme numē, numus,ſtruma,cumæ,cumanus.

V.ante.n. elongatur tam in primis quam in medijs ſyllabis vt luna:funus,cunæ,munus,prunū, iunior quod deriuatur a iune eſt autem.iunis minor iuuene,hinc iunix iunicis:ſunt enim iunices vacæ ætate viridiores.vnde Perſius, Quum tibi toti vnicum in flammas omenta

liqueſcant,lugdunum,oportunus,fortuna:excipe cuñeus cuneatus,cuniculus,tunica,druna.

V.*ante.p.breuiatur vt lupus,lupercus,cupio, pupugi:excipe cupa,upilio,bupalus: ſic etiam illa in quibus præcedit,n,ut nuper vel,p,vt pupus,pupillus,pupa, pupilla ſiue pupula,vel,r,ut rupes,ſic ſcrupus:ſcrupeus:ſed ſcrupulus ſiue ſcrupulum ſiue ſcrypulus ſeu ſcrypulum: ſtuprum:cupreſſus,ambigua ſunt,at puppis,ſtuppa, iuppiter:ſupparus,ſiue ſupparum poſitionem habent.*

V.*ante.r.longa eſt vt murus cura,purus: ſura ſures, curio,prurio:excipe curulis:nurus muria,furor,furia,furioſus,furiò,furibundus,ſpurius,curius,cures populi durius flumen curetes vero pro populis cretæ producuntur:ſed pro populis dalmatiæ corripiuntur:alij vero dicunt ꝙ curetes & ſurius ambigua ſunt.*

V.*ante.s.producitur tam in primis quam in medijs ſyllabis vt luſus,vſus,muſa,arethuſa,puſio:excipe fruſino:ſuſurro ſiue ſuſurrus:puſillus,a,um,ſyracuſius ſiue ſyracoſius,ſuſanna,buſiris uero eſt indifferens.*

V.*ante.t.longa eſt in diſſyllabis vt nuto,as,nutus,tutus pluto:ſcruta:excipe rutum a,ruendo unde rutrum et rutellum:puta aduerbium:puto,as,hic putor,oris: vtiꝙ vtinā,vtica,cutis,cuticula,frutex,fruticoſos, uter. a.um. hoc lutum:luteſco,luteus,proinde inſtaura carmen Iuuenalis in ſatyra ſexta:ſic dum redijt terramꝙ luto ferit in teſtino. At putris,vtris,utraꝙ,vtrūꝙ:hic muto,onis,ambigua ſunt licet frequentius corripiatur. Polyſyllaba*

tum ſuis deriuatis breuiantur vt puteus:puteal,mutilus, rutuba,vterus,rutilus,rutulus,butyrum,mutina. Ex his *deme mutuo,as,mutio,is,glutio,is:futio,is.i.effluo: futilis,puteo,es,putidus,putidulus,ſutilis,tutela,vtilis,vtor, potio,a poto:iuturna,muteo,nutrio,luteus. a.um. luteolus.i.ruber:proinde inſtaura carmẽ* Iuuenalis *ſatyra.x.* Incude *& luto vulcano ad rhetora miſit pro luteo ꝑ ſynereſim:ſic* Maro:*Murice iam croceo mutabit vellera luto:pro croco luteo vt exponit* Seruius:*buteo onis,auis eſt:ſic ſtruthius & ſtruthio,onis,lutius,mutius , brutius: a.um.*Sed *putridus:putreſco,rutilius,gluten,glutino,as glutinum ambigua ſunt.*

V. vocalis *ante.u. conſonantem producitur tam in primis:quam in medijs ſi nulla præceſſerit conſonans* vt *vua* : vuidus:*nam ſecus corripitur* vt pluuia : *fluuius,iuuat , adiuuat* . Excipe *pluui : iuui cum ſuis* vt *adiuui: compluui.*

De *medijs ſyllabis.*

MEdia *ſyllaba dicitur quæ ponitur inter duas extremas quot vis ſyllabarum:ea breuiter ſex modis dignoſci poteſt ſcilicet poſitione:*vocali ante vocalẽ: *diphthongo:accentu,regula:& exemplo.*

Poſitione *longatur ſyllaba ſi duę conſonantes ſequātur* vocalem vt *pupillum:ſi vero ſequatur muta cum liquida fit indifferens* vt *cathedra.*

Vocali ante vocalem *quæ in latinis ſemꝑ corripitur*

vt ſtudium ſic tegea & nemea quæ formant adiectiua quadriſyllaba ſcilicet tegeæus nemeæus. Virgi. Adſis o tegeæe fauens oleæq; minerua vbi eſt pæon tertius vt ait Seruius.

Diphthongo ſyllaba producitur vt comœdia: interdum ſequente vocali breuiatur vt romphæa ideſt framea q̃ ponitur pro lancea ſeu pro gladio vtrinq; acuto.

Accentu graui corripitur ſyllaba vt dominus in penultima ſi vero fuerit acutus producitur vt fortuna in penultima ſed de accentibus infra.

Regula nam per regulam omne præteritum geminatum corripitur vt cecidi a' cado ſic peperi a' pario ſed cecidi a' cædo producit penultimam ſic pepedi a' pedo at de regula vide ſupra ſuo loco.

Exemplo vt ſi neſcias quantæ ſint duæ mediæ in dictione matutinus exemplo epigrammatarij vatis vtraſq; longas perpendes. Vel matutina ſi mihi fronte venis.

De. a. ante. b. in medijs ſyllabis.

A. ante. b. corripitur vt ſyllaba arabus calabria vero poteſt eſſe indifferens ſed amabo aduerbium & barabas. n. p. in proſa breuiantur in metro vero ſolent producia lij ſcribunt barabbas quia bar interpretatur filius ab ba ideſt patris excipe nomina in, bilis, vt amabilis, laudabilis, & ſimilia quæ producuntur. Ex his demito inhabilis inſtabilis circundabilis. Producuntur etiam no-

mina in bundus, vt errabundus, amabundus.a. verbis primæ coniugationis tantum quia ab alijs breuiantur vt gemebundus. Producuntur etiam nomina in, bulum, vt venabulum, tintinnabulum, vocabulum, atabulus ventus ſic etiam datiui & ablatiui in, abus, vt mulabus: ſic etiã præteritum imperfectum primæ coniugationis & futurum indicatiui vt amabam amabo, præter dabam dabo cum ſuis Simplitia dum, componuntur elongantur vt labor, eris, ſic elabor eris, Breuia vero corripiũtur vt probus improbus, amo peramo.

A. ante c. breuis eſt vt monachus, alacer, abachus, amaracus, trinacria eſt ambigua. Excipe opaco, as, opacus, cloaca, ſyracuſæ, ſolopachium, nouacula: meracus: ſic deſinentia in, ulus, la, lum, vel in, tius, vel in, ceus: vt vernaculus. a. um. fornacula, cœnaculum, ientaculũ, umbraculum, gubernaclum per ſyncopen: ſic ſpectaculũ apud propertium gallinatius, muſtatium, piſtatium, arbor, roſaceus, betaceus, violaceus, muſtaceus, ordeaceus: ſic etiã obliqui plurium ſyllabarum vt minacis, mendacis, mendatium, fallacis inde fallatia. Ex his deme colacis: & barbara vt ſiphacis, pharnacis quæ etiam ponuntur ambigue: corripiuntur etiã ſtyrax, acis, atracis dropax acis athax, acis, fluuius eſt ſmilax biſſyllabum ſeu ſimilax triſyllabũ genus hederæ ſeu eſt taxũ, cãdax, acis. n. p. reginæ æthiopum, ſalmacis, at aiax, acis, iracũdus paſtinaca, portulaca, tonacula, phæacus, cochlaca eſt lapis rotundus, bęnacus ſarracũ ſic appellatiua tertię ut ſagax, acis

fornax,acis:quæ producuntur:iacchus habet poſitionē.

A.*ante.d.corripitur vt palladi:cycladis,achademia archades:excipe cicada:ſed eadem ablatiuus : & troades ſunt ambigua.*

A.*ante.f.breuis vt colaphus.*

A.*ante.g.producitur vt imago:indago as:hæc indago in is:propago,as,præſago as:& p̄ſagio is:ſuffragiũ, ſuffragor,aris:excipe compoſita a phagos , & a vagus vt lotophagus,montiuagus:ſic compoſita a,frango vt naufragus:lumbifragium, crurifragium , coxifragium: ſic terminata in agoras vt* Anaxagoras*: pithagoras,mã dragora:ſic pędagogus:pantagia,andrago,anaglypha aſtiages,lalage,ſynagoga,aſparagus,podager,onager, pelagus,abdenago, aruiragus,vertagus,atagena,maſſagetæ,indagus,a.um*. At *chiragra, podagra , agragas: ſunt ambigua licet ſæpius corripiantur.*

A:*ante.l.breuis eſt vt* Italus,*menalus,tantalus,abeſalom quadriſyllabum cum.m.in fine:non autem abſalon triſyllabum:excipe nomina neutra tertiæ in,alis, vt toralis,animalis:ſed maſculina corripiuntur vt* Annibalis *aſdrubalis.* Aliqua *tamen producuntur vt* Martialis, Iuuenalis:*ſic etiam deriuata vt borealis, auſtralis , genialis , exitialis : carnalis canalis , trabalis, penetralis ambaruale: ſic etiam ſardanapalus , aqualiculus , magalia , mapalia,ſandalia,cephalonia , exhalo,as ,* Omphale *:propertius in tertio :* Omphale *intantum formæ proceſſit honorem.* At *pharſalia ,* Italia, *atalante,*

ſtimphalides , coralium ambigua ſunt.

A.*ante.m. corripitur ut thalamus , calamus.*Excipe *Syridamus.n.p.tymiama,examino,contamino:ſic exeuntia in,amen,vt examen,foramen,ſpiramen:ſic armamentum,armamentarium:ſic infamis:præter balſamum cum ſuis.*Di*ctiones diſſyllabæ producuntur dum componuntur vt clamo conclamo pono , compono : quia a longis: ſed adamo,perlego,attamen corripiuntur:quia a, breuibus ſunt at dictamus ſeu dictamum herba producitur: ſic barbara redacta ad noſtram declinationem ut* Adã *adamus,abrahamus:ſic amamus:præter damus cũ ſuis in præſenti dumtaxat vt circundamus : reliqua autem verba cuiuſcunque coniugationis in quolibet modo propter incrementum longantur:vt circundabamus , amabamus,docebamus,legebamus.*

A.*ante.n.breuiatur vt clibanus,libanus, apidanus. eridanus,emanuel,taprobane,drepanum,balanus , hippomanes,laganus,raphanus,dardanius quia a, dardano.*Excipe *deriuata vt montanus,paganus,villanus : ſic nomina gentium vt romanus:hiſpanus, ſamaritanus : ſic nomina locorum vt garganus:vaticanus:ſic propria vt traianus:vulcanus,afranius,bianor, alcanor , tigranes: ſic aliſanus,carmanus,euaneſco,euanui, lucania , lemanus,amanũ:aquitania,aquitanus,bacchannalia, miſceuania,meuania,gauranum:ſic nomina tertiæ vt iordanis: immanis,inanis : ſic lupanar:aranea , araneolus,diana, meſſana:alanus:ſic terminata in,an,creſcentia in geniti=*

uo ut titam titanis,titania,at pellicanus,cyane,oppianus quĩtianus ſunt ambigua:ſed ſicanius corripit,ca,ſicanus uero producit eandem: aliȝ etiam longant penultimam oppiani,quintianiq́ȝ.

A.*ante.p.breuis eſt ut gauſape,alapa ſandapila,ſatrapa:excipe ſynapis,meſapus:priapus,iapyx,iapygia,iapis dis,iapida.Neapolis,anapus ſiue anapius fluuius,iſapis fluuius.* Lucanus. *Cruſtumiumq́ȝ rapax, & iunctus iſapis iſauro:non autem ſapis,cynapes flu. At ſerapis huius ſerapis,& ſerapidis & ſeraphis quod fuit cognomen oſiridis habet,ra,ſyllabam indifferẽtem:ſicut tę rapneus. propter.p.mutam & n.interdum liquidam.*

A.*ante.q.breuiatur ut tanaquil. excipe nequaquam & utraq́ȝ in ablatiuo cum ſimilibus.*

A.*ante.r.corripitur ut barbarus,traris,biſmarus,cythara,icarus pater erigones & dædali filius,icarius pater penelopes:excipe amaracus,auarus amarus margarita ſiue margaritũ,aaron,baleares:caphareus, phalarica. mortariũ,thiara,caluaria piſcis & mons,angario,as,megarus ſic deriuata vt ſolaris,lunaris,appollinaris,vulgaris,lupanaris.ſcholaris nõ primitiue vt vulgus vtitur:ſic obliqui tertię vt calcaris,torcularis,præter cæſaris,boccaris,boſtaris,amilcaris,iubaris,nectaris:capparis:ſic cõpoſita vt diſparis,cõparis,quæ breuiantur. At finita in, rius,ria,rium, producuntur vt ſextarius,aquarius, vicarius,temerarius,ſtlataria,carnarium, mulctarium, diarium,ſacrarium,armarium,granarium, cocleare & ſimi*

lia:ſic etiam denominatiua ut antiquarius,peculiare, auxiliare,talare:ſic incrementa uerborum & nominum ut amaberis,bonarum:ſic amare,dominari, niſi ueniant a, do uel daris ut circundare,peſſundari. Denarius *eſt indifferens, tenarius uero breuiatur, compoſita ſequuntur ſimplicia ut clarus præclarus.*

A.*ante.s.breuiatur ut carbaſus,petaſo,pegaſus,ceraſus,paraſitus,gymnaſium : excipe parnaſus ſiue parnaſſus omaſum,agaſo,occaſio,colocaſium,amaſius, amaſia, ſic deriuata ut inuaſor:perſuaſor,abraſus : quæ præcipue ſunt a.ſupinis,propria ſolent eſſe communia uel potius correpta ut* Damaſus.

A.*ante.t.corripitur ut cyathus,calathus affatim,præſertim primitiua ut ſabbatum , apoſtata.* Excipe *egates, penates,uiriatus.n.p.theutates,tyridates,trebatius aratus leucataluptatũ,cyrratus,phanaticus,pyrata, obſtaturus,gregatim,certatim,grabatũ,tifata,teate ſic etiã propria in ates,ut achates,mitridates,præter ſocrates, antiphates,euribates,hippocrates,zelates:ſic philoſtratus:et ſimilia ſic ſchœnobates:ſed noĩa ſatiẽtia genitiuũ in,atis, producuntur ut maieſtas,maieſtatis,pietatis:præter anatis:ſic etiam illa quorum nominatiui ſunt in,a, ut ſchema,atis,chariſma,atis.* Alij *tamen dicunt ꝙ anatis , affatim,ſocrates,ſocraticus ſint ambigua:ſed rectius : corripiantur.* At *denoĩatiua ꝑticipia,uerbalia:ſupina producuntur ut barbatus incolatus,bimatus, amatus armatus: peccatũ,cantatũ:præter datus cũ ſuis:producuntur etiã*

nomina in,tium,vt palatium,ſolatium : ſic etiam incre-menta uerborum in,atis,vt amatis:doceatis,legatis au-diatis:præter datis cum ſuis:producuntur etiam deriua ta a,primitiuis longis vt præfatus: præfatio : creatura, aratrum vero licet deberet eſſe commune tamen ſemper producitur:ſed lapathos:nabathens ambigua ſunt.

A.*ante.u.conſonantem lõga eſt vt ignauus:ignauia, cadauer,papauer.* Excipe *patauium : & compoſita ab auo vt atauus abauus,proauus:aduerte reliqua compo-ſita vt concauus:ſed batauus eſt indifferens : præterita elongantur vt amaui,cantaui.*

De.*e.ante.b.in medijs ſyllabis.*

E.*ante b.,producitur vt chorebus : excipe terebyn-thus,helleborus,herebus,terebro,as,terebrum, terebra terebellum , cerebrum , cerebellum,celeber, theleboe, archebolus: ſic finita in,bundus : vt gemebundus : tre-mebundus : ſic tenebroſus,ſalebroſus,latebroſus, mulie bris funebris : latebræ , tenebræ,ſalebræ,ſcatebræ, il-lecebræ palpebra.prædicta licet videantur ambigua: tamen vbiq; breuiantur.*

E.*ante.c.producitur vt veruecis,verecundus.* Exci-*pe Seneca ſcnetio:ſic compoſita a' correptis vt dedecus, ſeminecis:ſic compoſita a deca ut endecaſyllabum:ſic un decim,eneco,reſeco,deprecor,dedecet.*E*zechias.* At *im becillis,execror,phereclus,phalecus,ambigua ſunt.*

E.*ante.d.producitur ut lycomedes,uredo,albedo:ex cipe eſſedum,lebedum,empedocles, remedium,ueleda:*

ſic noīa

ſic nomina in,edus,ut tenedus:in,eda,ut andromeda:in edon,ut laomedon:ſic menedemus qui conſtat ex pæo ne tertio ut ait Donatus.ſic compoſita a' pede ut compe dis,ſuppedito,impedio,expedit:ſic uenientia ab edra, ideſt ſede ſeu baſi ut exhedra,ſenhedra,cathedra,clepſe dra.ſic compoſita a correptis ut uenundedi:edo, come= do:ſic melchiſedech & ſimilia propria: At comedi,pe= pedi in præterito producũtur.ſed macedo,ficedula,une do ſunt ambigua licet unedo corripiatur uerius:caledo nius a' ſylua producitur.

E.ante.f.uel.ph.corripitur ut elephas. Excipe uenefi cus uenefitium:ſed compoſita cum fatio & fio ponuntur indifferenter ut tepefatio,tepefio,liquefatio,liquefio,ma defatio,madefio,rubefatio,rubefio & cætera talia.

E.ante.g.breuiatur ut elegus,egregius,attegiæ quæ ſunt umbracula ubi mauri habitant.Excipe cetegus, & compoſita ab egi,ut redegi,perlegi,compegi,& ſimilia: ſic collega,collegium,& cætera a' lego as, ſic categoria ideſt predicamentum apud logicos, triſtega. ideſt trica= meratus locus:peregrinus eſt ambiguum.

E.ante.l.producitur ut camelus,phaſelus, uidelicet, Excipe angelus,euangelium, Euangeliſta, ſic propria ut eutrapelus, ſteleneus,menelaus,thymele, ſemele, ſic græca in,teles,ut Ariſtoteles, ſic ſicelis,ardelio,ſepelio, obelus, obeliſcus, periſcelis, uindelicus,xerampelina, hecatebeletes,alleluia, cybele,ſed cybelle per duplex ll, producitur,iſraelita,quadriſyllabum ut legatur,ae,iun=

ctim producitur: at iſraelita pentaſyllabum corripitur a' iuuenco.

E.ante.m.elongatur ut racemus, diadema, gloſſema, diaſtema, uindemia, hinc uindemiator, ſeu uindemitor, apud poetas pro uindemiator: excipe hyēs in obliquis hyemo, as: ſic uehemens quando eſt triſyllabum, elementum, elemoſina, ſolemus.n.p.ptolemus, triptolemus, telemus, telemachus, gethſemam, alemanus, alemania, archemorus. At *eremus græce producitur quia per, ita, quæ conuertitur in, e, longum ſcribitur: interdum tamen ſolet breuiari ut in euphemia apud Sidonium ſic etiam in eremo aſtipulante uſu quum interdum diphthongi græce apud nos ſoleant corripi nedum, ita, ſed prohœmium producitur diphthongo: abſtemius uero eſt indifferens.*

E.ante.n.producitur ut auena, catena, uerbena: excipe iuuenis, iuuenilis, ingenium, ingenuus, orchomenos, eumenides, helenus, helena, iphigenia, quatenus, hactenus, armenius, hymenæus, abdenago, nyctimine, achimenides, parmeno, parthenope, hebenus, clymene, olenos, echinæis, boryſthenes, achemenius, degener, berenice, ſtelenus ſic aduena, phœbigena, demoſthenes, archigenes et ſimilia. Origenes *tamen deberet corripi licet uſus producat, neriene eſt indifferens. porſena uero breuiatur ſed porſenna per duplex, nn, poſitione producitur, domicœnium diphthongum habet.*

E.ante.p.corripitur ut intrepidus, telephus, decrepitus. Excipe *decepi, aſclepius, aſclepiades, præſepe, preſe-*

pium, ioſephus a' ioſeph: nam dicit Priſcianus noĩa bar bara habentia acutum accentum in fine declinata latine eundẽ retinent: & penultimam producunt ut adã, adamus, abrahã, abrahamus, ioſeph, ioſephus: alij ioſippus.

E. ante. q. breuiatur ut obſequor, obſequiũ, diequarti, diequinti, aduerbialiter apud Auliũ gellium. lib. vi.

E. ante. r. corripitur ut cineres, cerberus, cremera, hiera, hiericum, hiericos: niſi duæ breues coeant in unam lõgam. ſic Manilius. Hiera ſyracuſas. ſic Lactantius impia hieruſalem. Ver. tamen longauit, e, ante, r, dicens Silueſtris hiera: excipe trieteris, trieterica, abdera, cithera, citheron, citheriacus, ſeuerus, auſterus, galerus, ſincerus, procerus, hiberus, homerus, pãthera, crater, crateris, chymera, megera: ſtatera. ſic hęc in obliquis. ſ. bi, er. cremeſter caracter brachioneſteralter alteris, phyſcter, ſoter, clyſter, luter, ſtater. ſic mulier ĩ obliquis licet uerius corripiatur. reliqui uero obliqui breuiãtur ut uerberis, carceris, ætheris, ueteris, alterius, ſic inferus, ſuperus, patera, iterum, uterus, bucerus, querquerus, poſterus. ſed terminatorum in rium partim corripiuntur ut gliceriũ, miniſterium, magiſterium, deſiderium. partim producũtur ut nycterium, myſterium, pſalterium, dicterium, ſoteriũ baptiſterium. ſic proprio in erus, ut gualterus, rugerus, præter pierus, ualerius, craterus. compoſita redolent naturam ſimplitium ut ſpero, deſpero, at machæra, arcæra, neæra, cythæron habet diphthongon, ſynterefis producitur licet alij ppam ſcribant ſynderefis quia quoties

apud græcos ponitur,n,ante,t, profertur ſono ipſius,d. ſcribitur tamen per,t,ut pantu pronuntiant panda, Item producuntur uerba ſecundæ coniugationis ut docerem docere:ſic etiam in prima & quarta ut ameris,audieris niſi ſit præteritum aut futurum ſubiunctiui quæ breuiantur ut amauerim,amauero,audiuerim,tertia uero dumtaxat producit futurum indicatiui paſſiui ut legeris uel legere de quibus conſulito uerborum incrementa, alij dicunt ꝙ citherea & perſeuero ſint ambigua.

E.ante.s correpta eſt ut epheſus,hæreſis,uideſis. Excipe poeſis,carcheſium,galeſus,haleſus,marpeſus,lyrneſus,mileſius,magneſia,tarteſius,theumeſus,phileſius,dioceſis,ſintereſis,theoreſis,eccleſia,ithaceſius,proneſon,megaleſius, ſic compoſita a' longis ut obeſus,ambeſus, adeſus:At matheſis,pleureſis,phreneſis ambigua ſunt. Ieſus uere eſt triſyllabum,unde iuuencus ait Simul accipiebat Ieſus.

E.ante.t.producitur ut facetus , moretum , uinetum, areta uxor alcinoi:cacoethes quadriſyllabū ut ſit diphthongus.Excipe impetus , phaeton , phaetuſa, amethyſtus,hecatebeletes,hebeto,as,hebes,hebetis,hereticus,nepeta,arethuſa,trieteris , trieterica , pometios oppidum, macetæ,maſſagetes, uegetus , ſic compoſita a' breuibus, ut cornupeta,cæmpeta, ſic nomina tertię ut pietas,ebrietas,uarietas,& ſimilia, ſic etiam obliqui tertiæ ut interpretis, ſegetis,arietis,parietis:ex quibus demito daretis, chremetis,thaletis,philoctetis,hermetis,agnetis, magne

tis,debetis,quietis,locupletis. Item corripiuntur hæc ſcili cet piretrum, feretrum,pharetra , triquetra, epitethon, ſyntheton,cacoſyntheton,antitheton,chryſendetum,antithetum,oganotheta,taygetus,iapetus,lampetiæ, ſic panaretus,aretalogus non ab aretos,ideſt uirtus ſed ab aretos,ideſt placitus,& logos:ideſt ſermo quaſi placita loquens:ſic uenetus: Venetiæ urbs illuſtriſſima gentium togatarum,totius Italiæ decus,infidelium & pyratarũ terror.adriatici maris regina,alterq́ mundus. ſed a' Franciſco petrarcha longatur Venetia pro regione quia aliter non ſtaret in heroico. Aliqua ex prædictis habentia liquidam poſt mutam poſſunt eſſe ambigua ut pharetra ſed interpretor ſemper breuiatur. At moneto,locupleto, et ſimilia producuntur ſed uietus,temetũ ſunt ambigua.

E.ante.u.conſonantem producitur vt ſueuus,paraſceue.longæuus habet diphthongon. Excipe compoſita a' breuibus ut leuo , eleuo ſic etiam compoſita a' bene & male ut beneuolus,maleuolus,non autem beniuolus,maliuolus,ſic beneuentum.

De,i,ante,b,in medijs ſyllabis.

I.ante.b.corripitur ut Annibal,partibus alibi , ſenſibilis,credibilis & ſimilia. Excipe compoſita quæ ſequũtur ſimplicia ut prælibo,ebibo.Oribaſus etiam elongatur,quia græce ſcribitur per,ei,diphthongon quæ uertitur in,i,longum.

I.ante.c.breuiatur ut angelicus,mordicus, conſpitio, is,& conſpicor:aris,deponens:ſpi,ſyllabam. corripiunt:

ſic deſpitio & deſpicor: ſuſpitio & ſuſpico, et reliqua ue niētia ab aſpitio: ſed conſpico, as, & conſpicor deponēs ſpi ſyllabam producunt ſic inſpico & inſpicor et cętera uenientia a' ſpica. Nomina propria in, icus, *breuiantur ut fœdericus, domĩcus, theodoricus: ſic barbara ut alari cus. alij autē elongant ſic, Claudianus. res alaricæ tuas.* Excipe *hæc quæ ſemper producuntur. ſ. umbilicus, apri cus, amicus, pudicus, mendicus, ſolopichyum. phœnicop- terus, palici, febriculoſus, apitius, extrico, intrico, deuici, caprificus, ceruical, cornicula, cornicor, aris, aritia, ſeticu lus, ueſica, ueſicula, lorica, lectica, maryca, mirica, formi- ca, formicinus, urtica, poſtica, poſticum, antica, anticum, ti bicen, lumbricus, rubrica, pedico nomen, & uerbum, mul titium, laſerpitium, conuicium quaſi conuocium, redimi- culum, nouicius, equiculus, euticula, tegeticula, craticula canicula, cuniculus, labicum, triuicum, uſtica, naſſica, cay- cus, radicis, radicitus, prædico, cis, qualicunꝗ, quanticũ- ꝗ, tanticunꝗ. ſed ubiꝗ eſt ambiguum. compoſita a' nice .i. uictoria producuntur etiam ut olympionices, polini- ces, beronice, theſſalonica, andronica.* At *uaticanus, dori clus numicius berbrycis orichalcum phœniceus: ſunt am bigua.* At *hæc breuiantur. ſ. amycus. n. p. ſic mylicus, ru- ſticus, monycus, ibycus, autolicus, eutychus, ſtoicus, urbi- cus, gallicus, maſſicus, atticus: perſicus, getulicus, ponti- cus, germicanus, quiricus, pacificus: & cætera talia.* Obli *qui ab adiectiuis, & fœmininis in, ix, producuntur ut fe licis, pernicis. i. uelocis, lodix, lodicis, trilicis.* Ex his de-

me ſalicis. iſtricis, natricis, maſticis, piſtricis, laricis: coxē- dicis, onycis quæ corripiũtur. ſi uero ſint obliqui a' maſculinis in, ix, breuiantur ut calicis, ſalicis: ſic filicis ex his deme ſandicis, ſpadicis, bōbicis, ceycis, phœnicis, ui- bex uibicis quæ elonguntur. ſed pernix, cis, a' perneo, as, unde perniciosſus breuiatur. ſic etiam obliqui a' nomi natiuo in ex ut uerticis, ſilicis, at parricida, patricida, matricida, homicida, naturaliter breuiari debēt ſed poe tæ aſtipulāte carmine producunt. Nomina *a' uerbis ter tiæ coniugationis in, lum, corripiuntur ut diuerticulum ſed a' quarta producuntur ut periculum, redimiculum. in diminutiuis corripiuntur ut uerſiculus.*

I. *ante. d. corripitur ut cupidus, liuidus, ſtoicidæ, mi tridates, calydonius. excipe abydus, abydenus eidem me ridies, ſyridame, alibida, eligidium, acidalia. ſic patro- nymica a' nominibus in, eus, diphthongon ut theſides, co ronides aliter breuiantur ut priamides, belides, tamen elongatur in patronymico maſculino, ſic & lycurgides. ſic etiam propria in des, ut ariſtides, lycorides, phereci- des, dryantides. ſic etiam nomina & uerba in, do, ut hic cupido, hæc formido, libido, crepido, formido, as, formi datus confido collido. ſic faſtidio faſtidium faſtiditus, cō ſidero deſidero ſic deriuata a' cædo ut concido occido trucido hinc matricida patricida homicida quæ uerte- runt. e longum in i, etiam productum in quibus ſecun- dæ ſyllabæ deberent corripi propter i finale prioris partis: & tamen producuntur a Poetis ut diximus,*

ſic etiam compoſita a, ſido vt ſubſido : inſido: conſido. ſed euripides:chelydrus:quotidie:chelidonia:ibidẽ:ſũt ambigua. compoſita ſequuntur ſimplicia vt rideo: arrideo perfidus a'fide corripitur:ſed infidus a'fido is: longatur:dauid in recto & ĩ obliquis poteſt eſſe ambiguus compoſita a'correptis corripiuntur vt ſedeo:obſideo.

I:ante:ſ:vel:ph:corripitur vt periphas:antipho:antiphus:cayphas eſt ambiguus. excipe ſeripho:aliſanus aliſani calices:aliſanum oppidum:meliphilla.

I:ante:g:breuis eſt vt prodigus: præſtigiator:excipe ſalpyga:depygis:vectigal:auriga:quadriga: leſtrigon: faſtigium:caligo:& reliqua tertiæ in: go:vt origo:rubigo:ſic caſtigo:inſtigo:veſtigo: caligo: as:ſic deriuata a' longis vt configo:collido:veſtigium: ſed a'breuibus deriuata corripiuntur vt alligo:as.

I:ante,l,breuiatur vt agilis:maſſilia vrbs galliæ,attila rex. Excipe maſſylia libiæ regio,dactylotheca:manilius:oileus:pantilius:pamphylia: venilia:agileus: ſextilis:quintilis:ſubtilis:aprilis:ædilis:aſylum: expilo:ideſt expolio vt diximus in,i:ante:l:in primis ſyllabis:exilis: ſic neutra in:e:tertiæ declinationis vt monile:cubile:ancyle:mantile:ſedile:conchile ſiue conchiliũ: crocodilus: ſiue crocodillus:pugilares ſiue pugillares:mirmilo ſiue mirmillo:cordilus. argiletum,petilia:veſpertilio:aſylas maſſyllus:ſic denominatiua vt ſeruilis: hoſtilis: herilis, Ex his demuntur hæc quæ breuiantur.ſ.humilis: parilis:agilis:dapſilis:nubilis:vtilis:peſtilis:futilis:ſutilis:al-

bilis:ſic amabilis:fertilis:& cætera in:bilis, At *ſeruilius galilæa,eryphile:rutilius.ambigua ſunt.*

I:*ante,m,corripitur vt optimus, callimachus,polymeſtor,redimitus,excipe opimus, ariminum, diſcrimen,diſcrimino,as,patrimus, matrimus,quadrimus , rudimentum,pauimentum,opimius,ſublimus,illimis.ephimerida, achimenides,archimenides.n.p.entymema,velimus,poſſimus ,ſic primæ perſonæ indicatiui quartæ vt audimus,ſic nomina neutra a' verbis quartæ vt mummen. molimen,fulcimen,farcimen,ſuffimen,mummentum,veſtimentum,apprime producitur,ſed inquimus corripitur,quia eſt anomalum.*

I,*ante,n,breuiatur vt terminus, circino,as, circinus, inquino , deſtino .* Excipe *caminus , ciminum ſiue cuminum,catinus ſiue catinum,ſalinum,vicinus, vicinia, feſtinus,mancinus,martinus, albinus,ſupinus,omnino,paupertinus,ſelynis,puluinar, antoninus, lacinia, hercinia, inteſtinum,confinium,echinades genuinus, appenninus, lauinum, ſalentinum, ſic obliqui a'trachin, & ab acinax,ſic deriuata vt bouinus,lupinus,aſininus, quirinus, diuinus,auſtrinus,cedrinus,repentinus, altinum, petrinum,caſinum, vrbinum,ſpoletinum, vterinus, vergineus,caudinæ,matinus, matutinus, lucrinus, locrinus, arpinum,velinus,leontini,volſcini, preneſtinus, aretinus, bizantinus , & reliqua venientia ab habentibus,t, vt a'tarento,tarentinus, ſic adraſtine, neryne,ſic obliqui veniētes a'nominatiuis productis vt,phorcin,phorcinis*

ſalamin, ſalaminis, delphin, delphinis. ſic etiam nomina tertiæ habentia i ante n ut affinis, confinis, reliqua tertiæ corripiuntur ut nomen nominis, agmen, is, ſic etiam uncinus, acinus, craſtinus, fucinus, lycinus, myrrhina fruſino ariminum, diutinus, priſtinus, hornotinus quatinus protinus chryſtallinus glaucinus, praſinus, amygdalinus apirinum, chymerinos ſic nuncine, hæccine, nundinæ, fagineus, oleaginus, ſerotinus, cominus. ſic deriuata a' lapillis, pannis, coloribus, & a' plæriſque rebus ut adamantinus, biſſinus, coccinus bombicinus ſandycinus amethyſtinus hiacynthinus, ianthinus, trinundinus & ſimilia quæ breuiantur at echinnus erinnys, pachynnus: poſitione producuntur. Sed clandeſtinus, mediaſtinus etiã elongantur. Item nomina in, na, longantur ut regina, ſentina culina popina farina ſagina, hemina, collina, aruina, cortyna libitina piſcina, ex his, corripiuntur, bucina, fœmina, pagina machina proſerpina lamina, trutina, ſarcina, mutina, fiſcina, fuſcina, elemoſyna patina: ſic compoſita a' cano ut cornicina, tibicina: ſic illa quæ ſequuntur naturam maſculinorum ut aſina. ſic ſophroſina, euphroſina, catina, gauſapina, ſtatina. At hæc ſunt ambigua ſcilicet amineum, ſardima, trulinium, ticinium euxinus iſmaragdinus reſina ſcatina. Verba corripiuntur ut perẽdino as, concino, is, præter diuino, as, ſupino, as, feſtino, as, propino, as, opinor, aris, ſagino, as, inclino, as, prodino, is, ideſt prodeo.

I. *ante. p. corripitur ut ſonipes, œdipus. Excipe mani=*

plus,obſtipus,colyphium,conſtipo, ſcryphos, ſcryphi euripus,meliphilla,enipeus,leliſphagus,ideſt ſaluia herba magnipendo apud Horatium *producitur quum i in fine dictionis compoſitæ debeat corripi,at cayphas, diſciplina,euripides ſunt ambigua.*

I.*ante.q.producitur ut iniquus,obliquus, antiquus, utriq;.excipe reliquus.a.um.reliquiæ, ſiliqua , aliquis, aliqua & cætera compoſita a' quis.ſic undiq;,utiq;, eliquo as,ubiq; eſt indifferens.*

I.*ante.r.breuiatur ut zephirus,martyris , ſatyra,delyrus ſeu perdelyrus ideſt diſſonus a' lyra inſtrumento. excipe deliro as,ideſt deuio,a lyra ideſt ſulco,quē græci dicunt aulaca, lirare eſt ſulcare hinc* Auſonius. Et *ſi pierias patitur lirare ſorores:* Nūquam *ipſe torquet aulaca non autem aulica ut paſſim legitur:* Item *elongantur ſapphirus,papyrus epirus,epirota archimagirus collirium coſyra,camiros,corcira, cercira delirus q̃ſi a recta uia declinans ſuſpiro ſuſpirium nimirum podalyrius, ſemi, ramis equiria oſiris.* At *butyrum buſyris thentira ponuntur indifferenter.*

I.*ante.s.corripitur ut elyſius:*Excipe *paradiſus maurisius eliſeus melchiſedech ocriſia amethiſos dionyſius, anchiſes laliſio aphrodiſius laryſia cephiſus gauiſus, aruiſium,donyſa,crimiſus amphiſa,amphryſus elyſa helyſos,aliſius laliſos chariſius paralyſis.ſic deriuata a longis ut deriſus inuiſus cābiſes quē ſacra pagina appellat*

nabucadenoſor ſed acriſius, phariſeus, ſunt ambigua, moyſes producitur a' prudentio, latine dicitur moſes, alij ſcribunt laryſſa, elyſſa, & ſic poſitione producuntur.

I. ante. t. breuiatur ut digitus, leuitas, atis, ſemita, proſelitus, iuſtitia, petoritum, irritus, a, um, ideſt uanus ſeu caſſus. excipe propria nomina uel a' proprijs ſumpta, uel propria loci terminata in, ita, ut tabita, iſraelita, margarita, ſeu margaritum, cœnobita, heremita, leuita, anachorita, ebderita, elamita, ſic hasbite, luſitanus, tesbites, ſamaritis, ſodomita, cocytus, orythia, amphitrite, ceritus, idololythus, nolite, nolito, uelitis, malitis, ualitudo ſeu ualetudo, ophites, æboſita, gaditanus, plæbeſcitum, argitis, potitius, onytes, galeritus, inſcitia, hyarpita, amicitur: ſic denominatiua ut maritus, auritus, ceritus, turritus, cenſitus, laceſſitus, abderitanus, ſic ſatientia genitiuũ in itis, ut ſamnitis, quiritis. ſic catamitus, uiritim, irrito, as, ideſt inſtigo, irritor paſſiuum irritamen, irritamentũ, irritatio beritus, inuito, inuitor, inuitus, tomitæ, oblitero uel potius, oblittero, as. ſic propria in, tes, ut therſites, polytes. ſic recutitus. ſic uenientia a' quarta coniugatione ut ſalitus, auditus, aſcitus, auditorium, conditus a' condior, mentitus, ambitus, a, um. ſic ſupina in, tum, ut auditum, cupitum, petitum, ſeruitum, dormitum, dormito, as. ſic largitus, oblitus, partitus, præter, ſeruitus, ſeruitium, tuitus, intuitus. ambitus nomen quartæ ſic compoſita cum ſupinis correptis ut aditum, aditus. ſic aduerbia ut cælitus, humanitus, quæ breuiantur. ſed patronymica quibus ad

ditur ſyllaba producuntur ut oceanitides, ſagaritides. ſic aconitum, ignitus, hermaphroditus, ſuppoſititius. At hęc ſunt ambigua. ſ. tauromimitanus, amphitryon, erythreus, illythia, orythia, pituita, fortuitus, heraclitus, aquitania. ſic polimita, lecytus, quia iota & ypſilon apud græcos ſunt uocales dichronæ, ideſt bitemporeæ & tenentur in differenter ſed latine potius producuntur.

I. *ante. u. conſonantem producitur ut ſaliua, oliua, gingiua, conniuo, ſeu connimeo, rediuiuus, in penultima. excipe ſemiuir, nimue, bijuges, biuium, triuium & ſimilia: ſic rediuiuus in ſecunda, ſic ſimbriuium. ſic compoſita ut noctiuagus, ubiuis.*

De. o. *ante. b. in medijs ſyllabis.*

O. *ante. b. corripitur ut mobe, excipe october, ambobus, duobus, ariſtobolus, dolobella, iacobus quatuor ſyllabarum. licet alij faciant triſyllabum & corripiant. allobrox eſt indifferens.*

O. *ante. c. breuis eſt ut colocaſium, apoca, apocope. excipe tyrocinium, latrocinium, patrocinium, negocium, præfoco, as, ſuffoco, quæ duo, aliqui uolunt eſſe ambigua. Item producito obliquos a' nominibus in ox, ut uelocis, ferocis, atrocis, ſolocis: ex his demito pręcocis, cappadocis, celocis, ſed patroclus, democritus ſunt ãbigua.*

O. *ante. d. breuis eſt ut exodus, ſinodus, methodus exodium, thermodoon quadriſyllabum. excipe thermodon triſyllabum, nebrodes, emodus, pyrrodes, palinodia herodes, orodes, erodios, epodus, cuſtodis, cuſtodia, eodẽ*

eſt indifferens,compoſita a' longis producuntur ut rodo,abrodo,is.

O.ante.ſ.uel.ph.corripitur ut *ſarcophagus, apoſtrophe,œnophorum & ſimilia compoſita.*

O.ante.g.breuiatur ut *ęgloga,prologus,aretalogus theologus,allobrogos,excipe ſynagoga,pædagogus,paragoge,iſagoga,anagoge,ſyllogiſmus.*

O.ante.l.corripitur ut *ſoboles,indoles,obolus, laureolus,capreolus,caſeolus,araneolus,ingemolum. excipe conſolor,ætolus,ætolia,pactolus,tymolus, cymolus, cimolis,cemolos, gelophos,ſubſolanus:& compoſita a' poleo græce.i.uēdo,ut bibliopola,pharmacopola, mauſolus,idolum,idolatria,*Mediolanium,*capitolium,prę ſtolor,ſed aliqui corripiunt idolum & præſtolor.*

O.ante.m.breuis *eſt ut ſalomon, atomos, ebdomos. excipe ithome, aromatis, periſtroma, periʒoma,axioma, condiloma, ignominia, abominor, amomum, cinamomum, glaucoma, gæometra, tauromitanus uero eſt indifferens.*

O.ante.n.producitur ut *lacona,ionia,ſymphonia,ſimonis, obſonor, obſonium, perſona,laconis,homonis tritonia,antiphona,quia ſcribitur græce per omega,licet uſus eccleſiæ corripiat.*Item *longantur quæ habent in nominatiuo,i,ante o,ut gurguliōis,licet figurate corripiantur ut contionis,niſi,io, ſit tantum una ſyllaba.*Ex*cipe aponus,miconos,cothō,onis,icon,iconis, ædon,nis, telegonus,antigonus,antigone,chelÿdonia, caledonius,*

ſardonius,ſcorpionis,phemonoe:concionator, mygdonius,dionyſius,lycophronis, leoconotos, trigonus, hermione,aphronitum,antedonis,mamona,erichtonius,matrona fluuius,pannonia,nebrophonos,ionium,eurymone,dæmonis,eryſithonis,amithaonis,memnonis, ſindonis,diaconis,uaſconis,britonis,lingonis,amazones, teutonici,macedonis,argonauta,miconius,auſonius,harmonicus,harmonia:ſythonia æmonia,agamemnonis:parethonius,chalcedonis, uagionis, lacedemonis, ſed reliqui obliqui tertiæ producuntur ut Catonis, *calidonis, damonis, ſermonis,crotonis,amidonis, caulonis, colophonis,babylonis,heliconis,cytheronis,naſamonis,tritonis,& cætera talia.At ædonis,ægonis,orionis, ſáſonis, ſáxonis,biſtonis,biſtonius,arionis,ſidonius,trigonis, geriones,ambigua ſunt.*

O.ante.p.corripitur ut calliope:meropis: excipe pyropus:proſopos:proſopopeia:aſopus:crotopus:ſinopeus: ſinope,europa:cyclopis:canopeum:canopus:æſopus .ſic hyſopus herba licet Macer *corripiat:iope:iopas: epopeus:glaucopis:cleopylus. At hydropicus: dolopis: ſunt ambigua.*

O.ante.q.breuiatur ut præcoquus:eloquor:eloquiũ: excipe quandoque,alioqui quod ſæpius producitur.

O.ante.r.breuis eſt ut helleborus:lepus:leporis:hoc decus:decoris.ſic indecor:indecorus:decoro:as:ideſt honoro.excipe hic decor:decoris:hoc decorum pro honeſto: decorus.a.um.decoro:as: ideſt orno .ſic ſonorus:

canorus,odorus,honorus,polydorus,diodorus,iſidorus pelorus,aurora,lepor ſeu lepos leporis, diores,antoris, belorus,cythorus,ſic dominorum,laboris, honoris,calo ris,furoris,floris,altoris,& cætera talia, præter arbo= ris,eboris:memoris,rhetoris,pectoris,marmoris, æquo= ris,robur, roboris, bicorporis,ſic quædam propria vt hectoris:amyntoris,ſed adoris , & promontorium ſunt ambigua. At *hæc verba producuntur,ſcilicet adoro,as, ſic ſcoporo,vaporo exoro,laboro,minoro,ignoro, colo= ro,deploro,honoro,& ſimilia.*

O.*ante,s,elongatur vt animoſus,annoſus,ſaxoſus,la pidoſus, exoſus , & cætera in oſus,ſic metamorphoſis, quia græce ſcribitur per omega.excipe ambroſius,am= broſia,cynoſura,euphroſine,mnemoſyne,leucoſia, æbo= ſita,ſyracoſius,licet dicatur ſyracuſius, ioſeph eſt indif= ferens.*

O.*ante,t,producitur vt ſacerdotes, amotus,a, um, exoticus, quia græce ſcribitur per omega,ſic œnotris, œnotrius.*Ver.*œnotrij coluere viri,vbi duo, ij.in vnum longum abeunt in ſcandendo,ſic repotium,mlotis,mlo ticus,excipe compoſita quorum ſimplicia corripiuntur, vt omnipotens,antidotum, monoptotum,ſic herodotus, deiotarus,zenodotus,leoconotos, apothecæ hippothus, acrota nomen proprium.*

O.*ante,u,conſonantem breuiatur vt ludouicus.* Ex= *cipe compoſita quorum ſimplicia producuntur vt cogno ui,agnoui,ſic controuerſia.*

De,*u,ante*

De.u.ante.b.in medijs ſyllabis.

V.ante.b.corripitur ut coluber, titubo. Excipe ſaluber uolubilis ambubaiæ deglubo exubero anubis Iuuenalis ſatyra ſexta. Plangentis populi currit deriſor anubin non autem anubis ut populi lugentis ipſum anubin ut ibi mos erat apud Perſium etiam legatur exuperat grauis halitus non exuberat quia carmen non ſtat ſic etiam apud Sillium Is fuit exuperans aſtu non autem exuberans quia uerſus reclamat At lugubris ulubræ connubium ſunt ambigua compoſita a' longis longuntur ut obnubo.

V.ante.c.producitur in adiectiuis & ſubſtātiuis primæ & ſecundæ declinationis ut caducus.a.um.pannutius.a.um.ſambuca, eruca lactuca curuca ueruca marrutia marrucinus fiducia ophiucus māduco ſambucus pollucis eunuchus compoſita a' longis elongatur ut pelluceo, reluceo cætera corripiuntur ut uolucer indutiæ.

V.ante.d.producitur ut fortitudo hirudo teſtudo: excipe uenientia a' breuibus ut pudens impudens diſpudet repudium repudio pecudis dryudæ erudio eruditus tutudi ſed contudi obtudi ambigua ſunt.

V.ante.f.breuiatur ut carnufex pro carnifex.

V.ante.g.elongatur ut lanugo ſugo is, excipe cōiūx in obliquis ſic coniugo coniugium & cætera a iugo compoſita ut bijugis: ſic refugit in præſenti, ſic pupugi, prefugium: ſuffugium.

V.ante.l.corripitur ut catulus, ſtrangulo, appulit,

garrulus:excipe adulor,aris,adulator,cleobolus, traſy bulus archebulus amulius,edulis,edulium,adoleſcens, ſed adoleſcens,adoleſcentia corripiuntur. item producitur portulaca,hic & hæc tribulis & hoc tribule, tribunal,curulis;peculium quod producitur a priſciano: licet alij corripiant ſpecular a ſpecu producitur,ſed ſpeculor corripitur apulia producitur licet apulus corripiatur,at getulus,cuculus ſunt ambigua: licet alij ſcribant per duplex,ll,cucullus : pro ueſte : & cuculus pro aue per ſimplex,l,item corripiuntur ſotular ſeu hic ſotularis,ideſt calceus,Zebulon, ſpeculum, ſpecula,bibulus; ſic obliqui ut præſulis,exulis,nebulonis,& ſimilia.

V.ante.m.producitur ut acumen, legumen : excipe columen,incolumis:ſic deriuata a' tumeo ut intumet,detumet contumax,contumelia,cruſtumium,cucumis,cruſtumeri, Columella,autumo,emolumentum,cucuma,irrumo,lucumo:documentum,monumētum, indumentum quod prudentius, & arator elongauerunt contra Priſcianum dicentem nomina in, mentum, eandem retinere ſyllabam ante,mentum,quam habent in penultima præteriti imperfecti ut indumentum ab indui ubi,u,breuiatur, ſed ueſtimentum a' ueſtiui longatur:argumentū autem licet ueniat ab argui tamen producitur quia antiquitus dicebatur argumentum pentaſyllabum.

V.ante.n.elongatur ut lacuna,opportunus, ieiunus pecunia,lugdunum:excipe albunea.

V.ante.p.breuiatur ut upupa,uitupero, quadrupes

uolupis,excipe marſupium.corrupi.

V.*ante.r.producitur ut ſecurus,ſilurus,iniuria,penuria:excipe tugurium,bituri,camurus, purpura, purpureus,centurio,centuria,centuriatus,mercurius, luxuria maſurius lygurinus,ſabura: ſic meditatiua ſeu rectius deſideratiua ut lecturio,eſurio,micturio: ſic luxurio:ſic lemures:ſic obliqui a' nominatiuo in ur, ut ſaturi,lyguris murmuris,gucturis.* At *ligurio ſcaturio,cucurio producuntur:ſic lemuria,ab* Ouidio*:ſic telluris:ſed marmurius eſt indifferens.*

V.*ante.s.elongatur ut meduſa,creuſa,ceruſa,arethuſa:*Excipe *ebuſus,hieruſalem,peruſinus,blanduſia,canuſium,canuſinus,a.um.brunduſium ,ſyracuſius: licet alij ſcribant per,o,ſyracoſius:quia græce ſcribitur per omicron quod apud latinos ſæpius in,u,uertitur: uoluſius n.p.* At *uenuſinus,ſyracuſæ ambigua ſunt*

V.*ante.t.producitur ut cornutus,matutinus: ſic refuto,confuto quia teſte pompeio ueniunt a' ſatum: mutata a,in,u.*Excipe *arbutus,intercus in obliquis . minuticus, diuturnus,defrutum ueluti, recutitus: & compoſita a' quatio ut percutit,concutit:ſic diſputo,alteruter.* At *cõglutino,reglutino,as,preputium ſunt ambigua.*

V.*ante.u.conſonantem corripitur ut proluuies, diluuium, ſimpuuium,exuuiæ,colluuies.*

De ultimis ſyllabis.

FInita in,a,producuntur in uerbis ut lauda,canta.ſic etiam in aduerbijs ut ultra,fruſtra,antea,poſtea,prę ter,ita,quia,puta:Præpoſitiones in,a, etiam producuntur ut erga,infra,citra: ſed ultra inuenitur ambiguum. Interiectio in,a,purum corripitur ut eia Valerius flaccus in octauo.Ferret ad aurigerę caput arboris eia per ipſum. Sidonius tamen producit. At interiectio in,h, elongatur ut ah,uah.Coniunctio in,a,longatur ut prę terea,interea,quæ etiam poſſunt eſſe aduerbia ſicut ſiqua,nequa,quæ producuntur.Nomina in,a,breuiantur in nominatiuo,accuſatiuo, & uocatiuo utriuſq; numeri ut muſa,hectora,o muſa,templa.Præter monoſyllaba ut mna,& nominatiuos græcos quos poetæ interdum pro ducunt ut hypermeſtra,nemea,tegea,rhea:Item producitur uocatiuus a' nominatiuo in,as,tam primæ q̃ tertiæ declinationis ut o ænea,o palla a' pallante non a' palla de.Item ablatiuus in a,longatur ut a' muſa: unde galbana raſa apud Iuuenalem non eſt ablatiuus,ſed accuſatiuus, & ideo breuiatur nam hoc galbanum eſt genus ueſtimenti.Item nomina numeralia in,ginta, ſunt ambigua ut triginta licet frequentius producantur:ſed in,gẽta,ut quadringenta corripiuntur. Nomina litterarum in omni terminatione ponuntur ad placitum ut,a,b.

Finita in,b,corripiuntur ut ab,ob, barbara producuntur ut iacob,quia ad latinam declinationem traducta,eandem ſyllabam producunt ut iacobus.

Finita in, c, producuntur vt dic, duc, fac, proinde apud Ouidium debet legi, Phylli fac expectes: licet alij dicant fac, eſſe ambiguum, ſed lac, nec, donec, corripiuntur. At hic pronomen, eſt indifferens, aduerbium vero producitur, ſicut illic, iſtic: & reliqua. Hoc ſi Priſciano credimus corripitur, & ſcribebatur ſic hocce, & ablata vocali per ſynalepham duplici, cc, producebatur: vnde recentiores ſic ſcribant illud Maronis in ſecundo æneidos. Hocce erat alma parens: ſed rectius tribus litteris produci inuenio: hoc.

Finita in, d, corripiuntur vt ad: quod, ſed, licet alij ſcribant ſet per, t.

Finita in, e, breuiantur in nominatiuis & ablatiuis latinis vt monile, mare, patre, Platone. excipe ablatiuos & vocatiuos græcos i, e, vt euphrate, achate, calpe, præneſte, ſed hæc calpis huius calpis latine breuiatur in ablatiuo calpe, ſic preneſte, vnde Iuuenalis, calpe relicta, idem, gelida preneſte ruinam. Vocatiuus tertiæ latinus corripitur Propertius fregit achille domos. Ouidius triſtis oreſte tuæ, rectius legatur latine Oreſta Martialis crude thyeſte tua, ſed rectius legatur thyeſta. Vergilius Cōiugio anchiſa veneris dignate ſuꝑbo, ſed correctius legatur anchiſe vt vult Priſcianus in hoc loco, nec recipiatur regula ſeruij, nam hic anchiſa corripit vocatiuū in, a, licet ipſe inducat carmen Horatij contra ſe. Ouidius rector polydecte ſeryphi, vbi melius legeretur polydecta. Nomina fœminina græca primæ declinatiōis

In omnibus caſibus producuntur vt penelope: tyſbe: ſic tempe in plurali ídeclinata. Item producitur ablatiuus fame: quia antiquitus declinabatur hæc fames huius famei: ſicut nomina quintæ quæ ſemper elongant ablatiuum: vt die: ſpe: antiqui terminabant genitiuum quintæ in: e: longum. Ouidius Vtq; fide pignus pro fidei: tabe vero eſt indifferens. Genitiui & datiui ſingulares: & nominatiui & vocatiui plurales primæ declinationis diphthongo producuntur vt huius muſæ huic muſæ hæ muſæ o muſæ. Verba in: e: breuiantur vt lege: legite: excipe imperatiuum ſingularem ſecundæ coniugationis vt doce: mane: ſed vale: caue: ferue: vide: interdum corripiuntur: quia antiquitus fuere tertiæ coniugationis, Monoſyllaba producuntur. ſ. me: te, ſe: præ. de: ſed te: pte: ce: in compoſitione breuiātur vt tute: tutemet ſuapte: hiſce. Item aduerbia quæ comparationem non recipiunt breuiantur vt pene: rite: vtpote: impune: forte: ſicine: hicine: hocine: fortaſſe: vnde: inde: mane: age. ecce: ſæpe: quippe: nempe: here pro heri. At regifice. magnifice: quare: hodie: ferme: pridie: quotidie producuntur: fere eſt ambiguum. Aduerbia ſuperlatiua elongantur vt optime: maxime: ſic poſitiua aduerbia vt recte: iuſte: ſane: valde: quæ a' datiuis nominum formantur: vt ſancto ſancte verſa: o: in: e: longum: præter bene: male: quæ etiam in compoſitione ſeruant: e: vt beneuolus. maleuolus. Apprime producitur: licet alij velint eſſe ambiguum. Ne prohibentis eſt ambiguum. Næ affirmantis

habet diphthongũ. Ne interrogantis corripitur vt nun quam ne reponam: Ohe: veh: pape elongantur: ſed ve pro vel. namq; : neq; : q;, pro: & : corripiuntur item: q; ratione finalitatis ſeu quia eſt monoſyllaba poteſt corripi ſeu produci teſte Seruio.

Finita in: g, ſiqua inueniantur producuntur vt veſperug.

Finita in: h: producuntur vt vah: veh: proh: loth: ioſeph: ruth.

Finita in: i. elongantur vt legi: patri: ſinapi: orphi vbi ei: græca diphthongus verſa eſt in: i: longum. Excipe datiuos & vocatiuos græcos vt huic palladi: o. amarilli: ſic minoidi: paridi: phyllidi: o phylli: o iri: typhi, tybri: thebai: daphni. Si vero vocatiuus in: i: veniat a nominibus in: ius: proprijs producitur vt Ouidi. Vergili. Mercu. Terenti. At mihi: tibi: ſibi: ibi: vbi: cum ſuis indifferenter ponuntur: ſed niſi: & quaſi verius corripiuntur. Solet interdum: i: natura: longum corripi ſequente vocali abſq; colliſiõe: Vergilius. Credimus an qui amãt ipſi ſibi ſomnia fingunt. Item theſei: orphei: & ſimilia deſinunt fere ſemper in: ei: diphthongum iunctim vt theſei biſſyllabum: rarius diuiduntur: vt Terei: nerei: nota q; ni pro niſi elongatur: ſic etiam vti: veluti: ſicuti: cui monoſyllabum: nam biſſyllabum interdum corripit: is vt alij dicunt.

Finita in: l: breuiantur vt animal: mel: vigil, pol: conſul: excipe ſal: ſic propria vt gabriel: michael: raphael:

ſrael, vbi fit ſpondeus contractis ae, in vnam ſyllabam per ſyneresim, nil, tanaquil, ſol, heliol, heliul, phul.

Finita in: m: corripiuntur vt idem. ſic, Ennius inſigni ta forent tum milia militum octo, at hodie eripitur ſemper cum ſua vocali.

Finita in: an: tam græca quam latina producũtur: vt pæan, titan, excipe accuſatiuos a' nominibus in a, vt oſſa oſſan, deidamia, hanc deidamian, licet Ouidius produxerit electram cæſuræ gratia. Item breuiantur aduerbia, vt forſan: forſitan: an ſic verba vt cantan pro cantasne.

Finita in: en: longantur vt lyen: ſyren: ſic accuſatiui a' nominibus primæ vt anchiſen, alciden. ſic a: fœmininis vt penelopen: nymphen: ſic accuſatiui tertiæ vt diomeden. Neutra vero breuiantur vt nomen: crimen: ſic etiam illa quæ in genitiuo vertunt: e: in: i: penultima breui vt pecten, pectinis, ſic flamen, pollen, ſic etiam illa quæ dicuntur per apoſtrophen vt men ten, uiden, ſic tamen quæ eſt coniunctio: At en aduerbium producitur.

Finita in, in, producuntur in nominatiuo, vt delphin ſiue delphis: ſalamin ſiue ſalamis, & in recto vtrunque producte vt ait Priſcianus. Excipe accuſatiuos qui corripiuntur vt thyrſin, daphnin, iſin, cyprin, parin, capin: procrin, & cætera talia, ſic audiſtin, min, in, exin, ſatin. At ſin, quin, coniunctiones producuntur.

Finita in: on: elongantur vt agamemnon, leon, quæ

apud græcos ſcribuntur per omega, quod in obliquis vertitur in omicron vt pyracmon,pyracmotos.excipe illa quæ per omicron ſcribuntur vt ilion,barbyton,ſic accuſatiui in, on,a' nominibus in eus diphthongon ſeu in:us:ſecundæ inflexionis vt orpheō,menelaon, ſic egō, at non aduerbium producitur, ſed nemon & helicon ſunt ambigua ſeu potius elongantur.

Finita in:o:ponuntur vt placitum vt ſermo,amo,legendo,ſed græca exeuntia in,on,detractatione:n,litteræ,per,o,breuem proferuntur vt agamennon, agamenno,ſic apollon:apollo,pluton,pluto.vnde Statius Conclamant danai ſtimulantq; agamenno volentes. Nomina græca fœminina in,o,producunt in quocunq; caſu vt io,alecto,clotho,oclotho,genitiuus etiam græcus maſculinus producitur vt androgeo: atho. Item datiuus & ablatiuus latinus ſecundæ producuntur vt huic domino a' domino.Item monoſyllaba elongantur vt do:no: os:flo:ſto:o:proh:pro. Aduerbia ponuntur ad placitū vt crebro quando,ſero,ſedulo, profecto, mutuo, ergo, ſed raro,falſo,vero,quo,certo,verius producuntur. At hæc breuiātur.ſ.illico:cito:modo quomodo poſtmodo: cedo:pro dic:denuo quod alij dactylū alij creticū faciunt quia componitur ex:de:& nouo.Item ego:duo:ambo:corripiuntur hodie licet fuerint ambigua.

Finita in:r:corripiuntur vt legar:calcar:pater:imber cū ſuis.excipe iber celtiber:aer:æther:crater: cara cter: panther:ſtater:ſic torcular:puluinar:teſte beda:ſic hæc

monoſyllaba.ſ.cur, fur, cor, lar, far, hyr, uer, nar, par cũ ſuis, reliqua monoſyllaba corripiuntur vt per, vir, ter, fer, cum ſuis.

Finita in, as, producuntur vt amas, muſas, cras, ne phas, meas, pietas, excipe græca facientia genitiuum, in, dos, vt pallas arcas, plias, lampas, mœnas, phœbas, ſed græca maſculina longantur vt æneas, gyas, periphas, præter græcos accuſatiuos plurales qui breuiantur, vt troas delphinas, ſed per ſyncopen erynnas pro erynnias producitur apud Statium.

Finita in, es, elongantur us dies, fides, penelopes: pa tres, doces, ames, verres, n, p, chremes, fames, lues, merces, es, ab edo teſte Seruio. excipe es a' ſum cum ſuis, vt ades, prodes, ſic corripientia penultimam creſcentis genitiui vt miles, ſeges, interpres, inquies, licet in obliquis e, producat ſicut primitiuum quietis quod penultimã lõgat. ſed abies, ceres, par, es, aries, ſpes, res, pes, cũ ſuis, vt tripes, ſonipes, producuntur. At græca pluralia corripiũ tur, vt troades, archades, troes, ſic penes præpoſitio, & cacoæthes: nominatiuus ſingularis, item, es, producitur innumeris vt toties, quoties, centies, millies, quæ ſi Bedæ credimus breuiantur, ſed non fere creditur illi.

Finita in, is, corripiuntur vt ignis, patris, legis, inquis amantis, excipe datiuos: accuſatiuos, & ablatiuos vt mu ſis omnis, ſic creſcentia in genitiuo penultima longa vt ſamnis, tis, quiris, tis, ſic græca mittentia genitiuum in, inis, vt ſalamis ſiue ſalamin ſalaminis, delphis ſiue del-

phin delphinis, eleuſis ſiue eleuſin eleuſinis, ſic etiã græca mittentia genitiuum in, entis, vt pyrois pyroentis, ſimois ſimoentis, ſic dis, lis, uis, glis, gliris, ſic etiam ſecundæ perſonæ ſingulares idicatiui quartæ vt audis, venis ſic ſanguis teſte Priſciano quia faciebat ſanguen in recto ſic monoſyllaba cum ſuis compoſitis vt vis, mauis, malis, quamuis, ſis, adſis, velis, nolis, fuxis, ſcis, fis, ſed poſſis, neſcis, bis, ſunt, fere ambigua, is ab eo lõgatur. At is. mis, tis, pronomina breuiantur ſic quis nominatiuus, ſatis ſed quis in plurali producitur. Item poetæ ſæpius elõgant præteritum & futurum ſubiunctiui vt audieris, dederis ſed hodie potius corripiantur. Cis præpoſitio breuiatur a' probo. Victorinus. & Seruius producunt. Vis in nominatiuo & genitiuo prodcitur.

Finita in os, producuntur vt mos, dos, ros, os, oris, nos, vos, veſtros, dominos, lectos, ſic quæ habent penultimam in genitiuo longam vt nepos, nepotis, excipe os, oſſis, ſic habentia penultimam breuem in genitiuo vt compos, tis, impos, & græca in os, quæ ad ſecundam declinationem referuntur vt ilios, leſbos, delos, ſic genitiui græcorum in, os, a' nominatiuo in, is, vel in as, vel in eus, diphthongo vt mæotis, mæotidos, pallas, pallados, orpheus, orpheos, ſic tereos, proteos, ſic thetyos, ſpyngos, at græca quæ tertia declinatione actica emittunt genitiuum in o, vt cos huius co, apollos, apollo, athos, atho, androgeos, androgeo producũtur ſic etiam illa quæ apud græcos faciũt gtũum in: oos: latine vero ĩ, ois, vt minos,

minois,ſic heros,herois,tros,trois, in accuſatiuo in, on, vt minon,heron,ſic athon vel atho.

Finita in,us,breuiantur vt doctus,amamus,intercus, tis,ſecus,tenus,patribus,diebus, excipe monoſyllaba vt plus,grus,ius,thus,ſus,rus,mus,pus,ſic quæ producunt penultimam creſcentis genitiui vt virtus, tis, tellus,ris, incus dis. palus. dis. ſic græca mittentia genitiuum in, untis.vel in, odis. vel in,u, vt amathus. amathuntis.ſic hydrus.trapezus,melāpus,melampodis,œdipus œdipo dis,panthus,panthu,ſic gtī græci vt calipſo. huius cali pſus:manto.mantus.ſappho ſapphus.item alcinus.alcio nis,elongatur,ſed alcinous.breuiatur. item androgeus producitur quia græce dicitur androgeos.& vertitur, os:in us:longum.item producitur omnis genitiuus ſin gularis & noī tiuus & actūus & vocatiuus pluralis quartæ declinationis vt huius manus hæ,has,o manus.

Finita in,t,breuiantur vt amat.caput niſi incidat po ſitio vt amant,vel diphthongus, vt aut, vel ſyncope vt obijt pro obiuit:fumat pro fumauit.

Finita in,u,x,z,elōgantur omnia vt genu,pax,acaz nam dictiones externæ in q̄cūq; litteram deſinant pro ducunt vltimam,vt iacob,ioſeph,henric,& ſimilia.

Finita in:y:breuiantur vt moly,ſic in:ys.vt chlamys excipe ſatientia genitiuum in:yos,vt thetys tethyos.

De muſis atq; locis eiſdem ſacris.

MVſæ dicuntur latine indagatrices ſeu cantatri ces : appellantur etiam camœnæ quia cantant,

amœne, ideſt ſuauiter: uocantur item heliconides a' monte helicone in bœotia. Et parnaſides a' monte parnaſo in phocide. Et aonides ab aonia regione quæ eſt confinis phocidi. & pierides a regione macedoniæ: uel propter filias pierij a muſis in certamine uictas, & cytheriades a' monte qui dicitur cytheron finiens prope thebas, & pympliades ſiue pympleæ a fonte macedoniæ, ſeu a' pympleo monte archomenorum, & theſpiades a' theſpia: oppido heliconi uicino. & pegaſides a pegaſo equo alato e ſanguine meduſæ edito: qui ungula fodiẽs aperuit fontẽ qui dictus eſt hippocrene quaſi equi fons, a' quo muſæ nuncupatæ ſunt hippocrenides, qui fons etiam latine dicitur caballinus: græce uero aganippe quaſi ualde equinus, unde & muſæ dicuntur aganippides: & libethrides a' fonte macedoniæ. & caſtalides a' fonte caſtalio in radicibus parnaſi: & mnemoſynides a' marte mnemoſine, nam finxit antiquitas iouem complexum mnemoſynen per nouem diebus procreaſſe nouem filias, quæ ex pierio monte ſaltabant in heliconem hoc eſt intellectus humanus & memoria diu interſe complexi excogitauerunt ſcientias, quæ ex pierio, ideſt ex cerebro deuenerunt ad heliconem ideſt ad libros ubi ſcribuntur: item ipſis muſis adijciunt apollinem decimum, quia humanæ uocis decem ſunt inſtrumenta, ſcilicet quatuor dentes, duo labia, lingua, palatum, guttur, & pulmo. Muſarum prima dicitur clio, ideſt gloria ſeu fama. nam canit res geſtas & hiſtorias, unde græce

dicitur hiſtorica,& eſt conſtituta in orbe lunari Secunda appellatur Euterpe,*ideſt bene delectans. nam ipſa docet muſicam. diciturq; græce tibicinaria, & fingitur eſſe in circulo iouis.* Tertia *uocitatur* Melpomene *ideſt meditationem fatiens ſeu modulate canens. hæc inuenit tragœdias & cantus, unde græce tragica dicitur, & in orbe ſolari conſtituta eſt. Quarta nominatur* Thalia *quaſi capacitas ſeu a' germinando & florendo. hęc inuenit* Comœdias, *& cantandi tempora, unde græce dicitur comica, & in orbe terræ atq; in ſilentio conſtituta eſt. Quinta dicitur* Polymnia *quaſi polymneia ideſt multam memoriam fatiens: uel a' multitudine laudationum hæc inuenit rhetoricam, & ſulcos & ſegetes, gręce rhetorica, & in orbe Saturni eſt conſtituta. Sexta dicitur* Erato, *ideſt amabilis ſeu inueniens ſimile. hæc amores canit & connubia: græce dicta eſt amatrix: et in orbe martis locatur. Septima uocatur* Terpſichore, *ideſt delectãs ſeu diſcernens & dijudicans. hæc res iucundas & choreas canit: græce dicitur cythariſtria: & in orbe Veneris poſita eſt. Octaua profertur* Vrania, *ideſt cœleſtis: quia poſt dijudicationem eligere utile: caducumq; deſpuere cœleſte ingenium eſt. hæc canit aſtrorum motus & portenta polorum: græce nuncupatur aſtronomica, & in octaua ſpæra collocata fingitur.* Nona *dicitur* Calliope, *ideſt bona uox hæc heroica carmina canit, uates ornat: uocemq; ſerenat: græce dicitur poeſis: & in orbe Mercurij collocata aſſeritur.* Ratio *huius ordinis*

muſarum eſt quia in omni ſcientiā acquirenda requirūtur nouem ſine quibus nullus effectus plene percipi poteſt. Primum eſt uelle doctrinam ut noſtra fama augeatur. Secundum eſt delectari in eo quod uelis. Tertium eſt meditari cum diligentia, & inſtare ad id quo delectaris. Quartum eſt eſſe capacem illius cui inſt us. Quintum eſt memoriter tenere id quod capis. Sextum eſt inuenire de tuo aliquid ſimile ad id quod memineris ex amore circa illud. Septimum eſt iudicare quod inueneris an ſit bonum an malum. Octauum eſt eligere quod iudicaſti eligendo melius. & reſpuens peius, quod eſt quodam cœleſte. Nonum eſt bene concinneꝙ proferre quod elegeris.

De ſcanſione metrorum Horatij.

MOecenas atauis edite regibus. Horatius flaccus poeta uenuſinus uſus eſt in odis decem & nouem generibus carminum. Et in hac prima ode eſt metrum duodecaſyllabum, dictum aſclepiadeum ab inuentore aſclepiade. Conſtat autem ex ſpondeo, dactilo ceſura, et duobus dactylis. ſic mœce, ſpondeus eſt, naſata dactilus, uis ceſura, edite dactilus regibus: dactylus. eſt etiam alia ſcanſio ſecundum diomedem choriambica. ſic mœce: ſpondeus naſatauis choriambus, editere, choriambus, gibus pyrrhichius. item hæc ode dicitur monocolos. i. unimembris quia conſtat ex uno genere metri nam quando conſtat

ex duobus generibus dicitur dicolos, ideſt bimembris quando ex tribus dicitur tricolos, ideſt trimembris, quādo uero ode conſtat ex quatuor dicitur tetracolos.i. quadrimēbris.& quando ſit replicatio a' ſecundo uerſu dicitur diſtrophos, quando uero a' tertio dicitur triſtrophos ſic a' quarto tetraſtrophos.ſcripſit autē in hoc genere carminis Horatius *tres tantū odas.ſ.* Mœcenas *atauis,*Exegi *monumentum:*Donarem pateras.

Iam ſatis terris niuis atq; diræ. Hęc *ſecunda ode eſt dicolos tetraſtrophos,carmen eſt ſaphicum endecaſyllabum ab authore & a' numero ſyllabarū,ſcanditur aūt ſic ,iamſa,trocheus,tiſter, ſpondeus, riſniris, dactylus, atq; trocheus,diræ, ſpondeus.ſed uere deberet eſſe trocheus: at quia ultima ſyllaba eſt ad placitum in omni metro.iccirco recipitur ſpondeus,& ſic ſcanditur ſecundus & tertius uerſus, ſed quartus dicitur adonius ab inuentore,& ſcanditur ſic terruit dactylus,urbem, ſpondeus ſcripſit in hoc genere carminis poeta ſex & uiginti odas,in quibus ut ait* Quintilianus *ſolus* Horatius *eſt dignus legi:nam & inſurgit aliquando.et eſt plenus iucunditatis & gratiæ:in uerbis uarius:& in figuris ferociſſime audax.*Odarum *capita hæc ſunt.ſ.iam ſatis terris.*Mercuri *facunde.* Quem *uirum.* Vile *potabis.* Integer *uitæ,* Partius *iunctas.* O *uenus regina.* Poſcimus *ſiquid.*Perſicos *odi.*Nullus *argento.*Ne *ſit ancillę.* Septimi *gades.* Vlla *ſi iuris.*Rectius *uiues:* Otium *diuos.* Martijs *cælebs.* Mercuri *nam te.* Herculis *ritu.*

faune

ſaune nympharum. Non uides. Montium cuſtos. Impios parrhe. Pindarum quiſquis. Diue quem proles. Eſt mihi nonum, phœbe ſyluarum.

Sic te diua potens cypri. Hæc tertia ode eſt dicolos diſtrophos: & ſic ſcanditur. ſic te. ſpondeus: diuapo: dactylus: tenſcypri: dactylus: uel ſic: ſic te: ſpondeus diua potens: coriambus: cypri: pyrrhichius. Primus uerſus dicitur gliconicus ab inuentore. Secũdus uero eſt alſcepiadeus ut in prima oda diximus. & ſecundum hanc oden compoſuit duodecim, ſcilicet Sic te diua. Quum tu lydia. Matrr ſęua. Et thure & fidibus. Donec gratus. Vxor pauperis. Quantum diſtat. Intactis opulentior. Quo me bacche: Feſto quid. Intermiſſa uenus. Quem tu mel pomene.

Soluitur acris hyems grata uice ueris & fauoni. Hæc oda quarta eſt dicolos diſtrophos, & eſt metrum phaletium ſiue archilochiũ ab authore. Primus uerſus habet quatuor pedes heroicos licet quartus ſemper ſit dactylus finiens partẽ orationis more bucolici carminis, tres pedes ultimi ſunt trochęi. ſic ſoluitur: dactylus: acris hy: dactylus: ems gra ſpondeus: tauice, dactylus, ueris, trochæus & fa: trochęus, uoni, ſpondeus eſt, quia ultima ſyllaba eſt indifferens. Secundus uerſus dicitur archilochius conſtans ex duobus iambis, & pentimemeri, deinde tribus trocheis. ſic, trahunt: iambus, ꝗſic, iambus. cas, pentimemeris iambica eſt, quia eſt poſt duos iambos, machi, trocheus, næca, trocheus, rinas, trocheus ſiue ſpon-

deus.Et in tali genere poeta compoſuit hanc oden tantum.

Quis multa gracilis te puer in roſa.Hęc quinta oda eſt tricolos tetraſtrophos.Primi duo uerſus ſunt aſclepiadei.Tertius eſt pherecratius trimeter heroicus conſtans ex ſpondeo,dactylo,& ſpondeo.Quartus eſt glyconicus conſtans ex ſpondeo,& duobus dactylis.Et ſecundum hãc ſcripſit ſeptem odas.ſ.quis multa:O nauis, Dianam teneræ·Vitas hinnuleo:Quid fles.O fons blanduſiæ.Audiuere lyce.

Scriberis uario fortis & hoſtium.Hæc ode ſexta eſt dicolos tetraſtrophos: Primi tres uerſus ſunt aſclepiadei de quibus in prima diximus. Quartus eſt glyconicus ut in præcedenti. Et ſecundum hanc ſcripſit nouem odas.ſ.ſcriberis:Paſtor quum traheret.Quis deſiderio Albi ne doleas.Nolis longa.Extremum tanaim.Incluſam danaem,Diuis orte.Iam ueris.

Laudabũt alij clarã rhodõ aut mytelenen. Hęc ode ſeptima eſt dicolos diſtrophos.Primus uerſus eſt heroicus hexameter conſtans ex dactylis & ſpondeis indifferenter pro ut eueniunt.Secundus alemanicus tetrameter acatalecticus:cõſtatq; tribus primis dactylis,quarto ſpondeo:licet aliqui dicant hos pedes poſſe promiſcue poni quod raro fit.Et tali genere ter uſus eſt.ſ. laudabunt alij.Te maris & terræ.quid tibi uis mulier.

Lydia dic per omnes.Hæc octaua ode eſt dicolos diſtrophos. Primus uerſus eſt choriambicus ariſtopha-

nius conſtans ex choriambo & amphibracho ſeu bacchio: ſic. lydia dic h: choriambus eſt conſtans ex trocheo & iambo per omnes: eſt amphibrachus conſtans ex duabus extremis breuibus & media longa, quia ultima in omni metro eſt indifferens, uel eſt bacchius conſtans ex prima breui & duabus longis. Secundus uerſus eſt alchaicus choriambicus conſtans ex epitrito ſecundo qui conſtat ex trocheo & ſpondeo: & ex duabus choriambis: & ex bacchio: quo genere hic tantum utitur poeta.

Vides ut alta ſtet niue candidum. *Hæc nona ode eſt tricolos tetraſtrophos. Nam primi duo uerſus dicuntur alchaici ab alcæo poeta, & conſtant ex pentimemeri iambica quæ eſt cæſura poſt duos iambos: & ex duobus dactylis, raro in prima ſede intercurrit ſpondeus, et ſcanditur ſic uides, iambus, ut al, iambus, ta, eſt cæſura, ſtet niue, dactylus, candidum, dactylus: & ſic ſcanditur ſecundus.* Tertius *uero dicitur iambicus archilochius dimeter hipercatalecticus. nam primus pes eſt iambus ſiue ſpondeus. ſecundus eſt iambus tantum. tertius eſt iambus ſiue ſpondeus. quartus eſt iambus ſiue pyrrhichius, & ſuperabundat ſyllaba: ſic:* Siluæ *ſpondeus, labo, iambus, rantes, ſpondeus, gelu, iambus, q; eſt ſyllaba ſuperabũdans, ob quam dicitur hipercatalecticus. Quartus uerſus dicitur pindaricus ſiue alemanius dactylus conſtãs ex duobus dactylis, & duobus trocheis, uel primo trocheo & ultimo ſpondeo. ſic, flumina, dactylus, cõſtite, dactylus, rint: a, trocheus. cuto, ſpondeus, interdum*

*trocheus,rarius autem recipit iambum ſen pyrrhichium & in hoc genere metri ſcripſit poetas odas ſeptem et triginta.ſ.*Vides *ut:*O *matre pulchra:*Velox *amœnũ.* Mu*ſis amicus:*Natis *in uſum.*Icci *beatis.*Quid *dedicatum:* Parcus *deorum.*O *diua gratum:*Nunc *eſt bibendũ.*Mo*tum ex metello.*Æquam *memento.*Nondum *ſubacta:* O *ſæpe mecum.*Non *ſemper imbres.*Quid *bellicoſus.* Ille *& nefaſto.*Heu *heu fugaces.*Cur *me querelis,* Iam *pauca aratro.*Bacchum *in remotis.* Non *uſitata.* Odi *prophanum.*Anguſtam *amice:*Deſcende *cœlo.* Iuſtum *& tenacem.*Cœlo *tonantem.*Delicta *maiorum:* Æli *uetuſto.* O *nata mecum.*Cœlo *ſupinas.* Vixi *puellis.* Tyrrhena *regum.*Qualem *miniſtrum.*Ne *forte credas:*Quæ *cura patrum:*Phœbus *uolentem.*

Tu *ne quæſieris ſcire nefas quem mihi quē tibi.*Hęc *ode decima,ideſt continens decimum genus: nam poeta decem nouem generibus carminum uſus eſt in his odis: quorum in primo libro decem genera:in reliquis tribus ſingula:in epodo uero ſex genera reperiuntur.* Hæc au*tem eſt.monocolos,& habet metrum phaletium conſtans ex ſpondeo,dactylo,& cæſura: & iterum dactylo, & altera cæſura:inde duobus dactylis.uel aliter:ex ſpondeo & tribus choriambis & pyrrhichio:& tali genere uſus eſt ter, ſcilicet* Tu *ne quęſieris.*Nullam *uare ſacra:* O *crudelis adhuc.*

Mon *ebur neq; aureum.*Hæc *ode eſt dicolos diſtrophos.*Primus *uerſus eſt dimeter iambicus archilochius*

catacalecticus, conſtat enim ex amphimacro, & duobus iambis ſiue altero ſpondeo, ſic non ebur, amphimacrus, neq; au iambus, reum, iambus. Secundus eſt trimeter iambicus hipponactius catalecticus, habet enim quinq; iambos & ſyllabam, recipit tamen in locis imparibus ſpondeum, impares loci ſunt primus, tertius, quintus, ſic Meareni, det in domo, lacu, nar, Et tali genere vſus eſt ſemel hic.

Miſcrarum eſt neq; amori dare ludum. Hæc oda eſt dicolos diſtrophos Primi duo verſus conſtant ex tribus ionicis a' minori, ionicus autem minor conſtat ex primis duabus ſyllabis, breuibus, & duabus longis, ſic, Miſerarum eſt, neq; amori, dare ludum. Tertius verſus eſt conſtans ex quatuor ionicis a' minori, ſic. Animari, metuentes, patruæ, uer, beralinguæ, quod genus cenſuit Fabius ad firmius ætatis robur ſeruãdum. Et tali genere ſemel poeta vſus eſt hic dumtaxat.

Diffugere niues redeunt iam gramina campis. Hæc ode eſt dicolos diſtrophos, & habet tertium decimum genus metri: Primus verſus eſt heroicus & ſic, ſcanditur diffu, gereni, veſrede, unt iam, gramina, campis. Secundus dicitur dactylus archilochius dimeter catalecticus conſtans ex duobus dactylis & ſyllaba ſic, arbori, buſq; co, mæ, ſcripſit poeta tali genere hanc oden tantum, eſt autem ode cantus.

Horatij epodon liber.

Ibis liburnis inter alta nauium. Hic epodus eſt dico

los diſtrophos, & habet quartum decimum genus me‑
tri. Primus verſus eſt trimeter iambicus acatalecticus, conſtat enim ex ſex iambis licet interdum recipiat ſpondeum in locis imparibus. Nota q in metris iambicis propter eorum celeritatem quatuor pedes numerantur pro duobus, & ſex pro tribus & ſcribitur ſic Ibis, libur, nis in, ter, al, ta na, uium, ſecundus eſt dimeter iambicus archilochius acatalecticus qui conſtat ex quatuor iambis, admixto interdum ſpondeo in locis imparibus. Et ſcanditur, ſic. Ami, ce pro, pugna, cula: ſcripſit autem poeta hac metri compoſitione odas decem. ſ. Ibis liburnis. Aeatus ille. Parentis olim. Lupis & agnis. At o deorum. Quid immerentes. Quo quo ſceleſti. Rogare longo. Quando repoſtum. Mala ſoluta nauis.

Pecti nihil me ſicut antea iuuat. Hic epodus eſt dicolos diſtrophos, & continet quintum decimum genus metri. Prior verſus eſt iambicus trimeter acatalecticus ſiue integer conſtans ex ſex iambis, ſic, pecti, nihil, me, ſicut, antea, iuuat. Secundus eſt ſapphicus conſtans ex pentimemeri heroica, ſeu ex duobus dactylis & cæſura, & ex dimetro iambico hoc eſt ex quatuor iambis, ſedibus tamen imparibus recipit ſpondeum, ſic ſcribere, verſicu, los, amo, re per, cuſſum, graui, ſcripſit poeta hoc genere metri hanc ſolum oden.

Horrida tempeſtas cœlum contraxit & imbres. Hic epodus eſt dicolos diſtrophos, & exprimit genus ſextũ decimum, prior verſus eſt heroicus, ſic. Horrida tempe,

ſtas,ecç,lum,contraxit, & imbres, ſequens verſus habet quatuor iambos,recepto ſpondeo ſedibus imparibus,in vltima parte habet duos dactylos, & in fine ſyllabam ſic niues,iambus,ꝗ de iambus ducunt ſpondeus, qui intercurrit in locis imparibus,iouem, iambus, nunc mare, dactylus,nunc ſilu,dactylus, vbi ſyluæ eſt triſyllabum per diæreſim,æ eſt ſy llaba in fine,in hoc genere ſcripſit hanc oden tantum.

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis. Hic epo*dus eſt dicolos diſtrophos,continens decimum ſeptimum genus carminis,prior verſus eſt heroicus,ſic* Mollis *in,ertia curtam,tam dif,fuderit,imis,ſecundus verſus eſt dimeter iambicus acatalecticus, habet enim quatuor iambos recepto ſpondeo vt ſupradictum eſt.ſcripſit hoc metro duas odas tantum ſ.*Mollis *inertia.*Nox *erat et.*

*Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas.*Hic epo*dus eſt dicolos diſtrophos,continens, genus duodeuigeſimũ prior verſus eſt heroicus iteger,ſic,* Altera,*iam teri, tur bel,lis ci,uilibus,ætas,ſecundus eſt iambus trimeter acatalecticus continens ſex iambos recepto ſpõdeo ſedibus imparibus,ſic,ſuis,& ip,ſa,ro,ma vi,ribus, ruit,compoſuit hoc genere hanc ſolum oden.*

Iam iam efficaci do manus ſcientiæ. Hic epodus eſt *monocolos & habet metrum nonum decimum & vltimum, dictum hiponactium, iambicum, trimetrum, acatalecticum continuum.* Et *ſcanditur ſic:* Iam,*ef ficacido,manus.ſcien:tiæ.* Han*c oden tantum in hoc gene-*

re exarauit Horatius.

De lyricis vſitatioribus.

Phaletium pentametrum conſtat ex ſpondeo & dactylo tribuſq; trocheis, quidam in primo nunc iambum, interdum trocheum ponunt.

Saphicum pentametrum conſtat ex trocheo, ſpondeo dactylo: & duobus trocheis. Adonium *conſtat ex dactylo & ſpondeo.*

Aſclepiadeum dactylum conſtat ex ſpondeo dactylo, cæſura, & duobus dactylis. Glyconicum *conſtat ex ſpondeo & duobus dactylis.*

Tetametrum *catalectycum conſtat ex ſpondeo dactylo & ſyllaba ſeu cæſura, inde dactylo, & ſpondeo:*

Iambicum *ſenarium conſtat ex ſex pedibus, recipitq; iambum in omnibus locis, tribrachum etiam locis omnibus præter nouiſſimum, ſpondeum dactylum locis tantum imparibus, ſunt autem loci impares primus, tertius quintus. reliqui ſunt pares.*

Iambicum *dimetrum recipit iābum locis omnibus, locis dumtaxat imparibus ſpondeum ſiue anapeſtum.*

Anacreontium metrum ſuſcipit anapeſtum, inde duos iambos, & ſyllabam.

Trochaicum *metrum in locis omnibus recipiti trocheum, etiam ſpondeum locis omnibus præter tertium, currit autem verſibus alternis vt prior pedes hēat quatuor, poſterior pedes tres cum ſyllaba.*

De metro iambico, & ſcanſione eiuſdem.

METro iambico ab Archiloco inuento tragœdiæ & comœdiæ ſcribuntur, & primo ſine alterius pedis auxilio poſtea vero in prima ſede non ſolum iambum, verum etiam recipit tribrachum, ſpondeum, dactylum, anapeſtum, & proceleuſmaticum. In ſecunda vero ſede habet iambum, anapeſtum, & tribrachum, rariſſime autem dactylum, vel ſpondeum. In tertia vero ſede admittit iambum, ſpondeum, dactylum, anapeſtum, & tribrachum. In quarta retinet iambum, anapeſtum, tribrachũ ſicut in ſecunda. In quinta habet ſpondeum, anapeſtum, rarius dactylum aut iambum. In ſexta vero ſede ſemper habet iambum, rarius pyrrhichium, rariſſime trocheũ. Nota ꝙ apud Terentium & reliquos comicos in omnibus locis indifferenter locantur quinꝗ pedes .ſ. iambus, tribrachus, anapeſtus, dactylus, & ſpondeus, excepto vltimo vbi ſolus iambus fere inuenitur. At quia apud comicos metrum iambicum ſolet protendi vſꝗ ad decem pedes, idcirco in ſeptima ſede ponitur creticus ſeu amphimacrus conſtans ex duabus extremis longis & media breui, ponitur etiam amphibrachus conſtans ex duobus extremis breuibus & media longa qui pedes apud Terentium reperiuntur in trimetris, & tetrametris, vtuntur etiam comici ſyneresibus ſeu colliſionibus ſeu ſynaliphis. Item Terentius in prologis & in primis ſcenis vtitur trimetris qui interdum habent penultimam ſyllabam longam ſeu breuem, vtitur idem etiam tetrametris, qui dicuntur quadrati, intercurrunt etiã mono=

metri,& dimetri,nec non & trochaici qui in locis pari bus habent trocheum,tribrachum, iambum, ſeu dactylum,ſed in locis imparibus habent prædictos & etiam ſpondeum vel anapeſtum,ſeu dactylum.Idem etiam vti tur in ſermone perſonarum trochaico mixto cum iambo. Notabis etiam ꝙ in iambicis propter celeritatem. Monometrum habet duos pedes. Dimetrum vero quatuor,trimetrum ſex,tetrametrum octo pentametrum decem,hexametrum habet duodecim pedes,qui duo modi rariſſime inueniuntur apud comicos.Item metrum acatalecticum dicitur cui nihil deeſt, catalecticum vero eſt cui aliquid deeſt, hypercatalecticum autem appellatur vbi ſupereſt ſyllaba ſeu pes dimidius:brachicatalecticum eſt vbi ſyllaba vel tempus ſeu pes integer deeſt,quibus omnibus etiam comici vtuntur.

Figuræ in metro iambico reperiuntur ſicut diximus de figuris in heroico,exempli cauſa,primus locus iambici habet quinq; pedes vere.ſ.iambum, tribrachum,anapeſtum,ſpondeum,dactylum,ſecundus locus habet tres, ſcilicet iambum anapeſtum, & tribrachum, & ſic ter quinq; fiunt quindecim, tertius quoq; habet quinq; pedes ſicut primus quinquies quindecim fiunt.lxxv.quartus habet tres pedes ſicut ſecundus ter.lxxv.fiũt.ccxxv. Quintus locus habet quinq; pedes ſicut primus, quinq; es.ccxxv.fiunt mille.cxxv.& tot ſunt figuræ carminis iambici:quas profecto nunq̃ ponere dignatus eſſem,niſi Priſcianus in duodecim carminibus meminiſſet.

Sed vt pueri facilius percipiant iãbici carminis ſcanſionem, volui paucorum verſuum hic mentionem ſcandendo ſubiungere videlicet.

Sororem falſo creditam meretriculæ.

Genere andriæ Glicerium vitiat Pamphilus.

Trimeter eſt iambicus ex ſex pedibus conſtans, prior verſus ſcanditur, ſic ſoro, iambus, rẽfal, ſpondeus, ſocre, ſpondeus eſt ſiue iambus teſte beda, ditam, iambus eſt meretri, anapeſtus eſt, culæ, iambus. Secundus ſcanditur ſic: Generean: anapeſtus eſt per colliſionem driæ, iambus eſt, gliceri, tribrachus eſt, umuiti, dactylus eſt, atpã, ſpondeus eſt, philus, iambus eſt. Item.

Poeta quum primum animum ad ſcribendum appulit.

Eſt etiam trimeter iambus, & ſcanditur ſic, poe, iambus eſt taquum, iambus eſt, primani, dactylus eſt, per colliſionem, madſcri. ſpondeus eſt per colliſionem, bendap, ſpondeus eſt per coliſionem, pulit, iambus eſt. Item.

Vos iſtæc intro auferte, abite, Soſia.

Adeſdum: paucis te volo, ſo. dictum puta.

Trimeter eſt iãbicus. Prior verſus ſcanditur ſic. Vos iſt ſpondeus: æc in. ſpondeus eſt, traufer, ſpondeus eſt facta colliſione, tabi, iambus eſt facta colliſione, teſo, iambus eſt, ſia, iambus eſt, quia ſoſia habet mediam breuem. Secundus verſus ſic. Ades, iambus dum pau, ſpondeus eſt. cis te. ſpondeus eſt, volo, iambus eſt, dictum ſpondeus eſt, puta, iambus eſt, & ſic fiat in cæteris.

De decoro carminis heroici.

CArmen heroicum hexametrum humanis diuiniſq; rebus permixtum, vera cum fictis continens heroum virorumque fortium geſta commemorat, habetque gratiam & nitorem ſi in ſede vltima eſt dictio cuius poſitione prima longetur præſertim duarum ſimilium conſonantium vt totas ſplendeſcere terras. Aut quum triſyllaba dictio eſt media longa vt gentes frenare ſuperbas Aut quum ſecunda dictio eſt quadriſyllaba vt Rara cothurnato plauſere theatra Menandro, ſic Statius tertio ſyluarum. Rara profanatis inſpectant numina terras. Aut quum ſit anadiploſis figura, quum .ſ. dictio vltima unius uerſus, reperitur in principio alterius ut Ecce dionei proceſſit cæſaris aſtrum: Aſtrum quo ſegetes. Aut quum vna dictio in principio & in fine ponitur ut Multa ſuper priamo rogitans ſuper hectore multa. Aut quum vna dictio cum quodam affectu reperitur ut Italiam italiam primus conclamat achates Italiam læto ſocij clamore ſalutant: Aut quum ſit climax, ideſt gradatio videlicet quum ſint verba plurima quorum principia alijs verbis iunguntur ſic Ouidius. Mars videt hãc viſamq; cupit potiturq; cupita. Idem in .xij. meta. Sua viſcera traxit. Tractaq; calcauit, calcataq; rupit et illis. Aut quum ſit anaphora videlicet ſi ſæpius in principijs eandem dictionem ponemus ut Nate meæ vires mea magna potentia ſolus. Nate patris ſummi. Decorum interdum ſolet videri carmen ſi ſola nomina, aut ſola uer-

ba rite perſitiant ut Inſidiæ arma doli peſtis furor ira uenenum. Item *lilia narciſus uiolæ roſa nardus amomũ.* Item *Edocet inducit domat arguit, urget, agitq; decebit quoq; ſi nominibus ſingulis ſua epitheta iungantur ut* Terra *grauis, nemus umbroſum, nix alba, ferox lis, myrta cruentaq;, cerea poma, uolubile ſaxum.* Ornatur etiã *carmen quum rei res opponitur.* Ver. x. *Concurrunt hæret pede pes, denſuſq; uiro uir.* Sta. viij. *Iam clypeus clypeis: umbone repellitur umbo. Enſe minax enſis pede pes & cuſpide cuſpis.* Syllius. ix. *Clypeuſq; fatiſcit impulſu clypei atq; enſis contunditur enſe pes pede uirque uiro teritur.* Illuſtre *etiam carmen eſt quoties animi uehemẽtia accreſcit* Ouidius. vij. metamor. *Stantia concutio cantu freta: nubila pello. Nubilaque induco, uentoſque abigoq; uocoq;. Et ſyluas moueo iubeoque tremiſcere montes: ſunt etiam pulchrę comparationes aptæ ut de Ænea qui nullis precibus mouebatur. At ueluti annoſam ualido cum robore quercum. ſic etiam coniunctiones pluri‑mæ exornant carmen:* Ouidius. *Auræq; & uenti monteſq; amneſq; lacuſque. Interdum etiam, r, littera reddit carmen decorum & graue.* Ver. *Torquet agens circum & rapidus uorat æquore uortex idem Caucaſus hyrcanęq; admorunt ubera tygres. Nota q; in heroico utimur dactylis quum ĩpetum aut citũ aliquod denotare uolumus* Ver. *Quadrupe dante putrem ſonitu ferit ungula campum. quum uero aliquid graue ſignificamus utimur ſpõdeis. idem Luctantes uentos tempeſtateſque ſonoras.*

Horatius. O fortunati mercatores grauis annis: Hactenus ingenioſe lector quæ ſequaris dixi, deinceps quæ fugias exequor. Imprimis heroicum ſine cæſuri improbatur ut Sidera cœlũ tellus ordea carbaſa fluctus. item peſſimus eſt uerſus finiens in monoſyllabam ut procumbit humi bos ut ait Seruius: Aut ſi ponatur ſyllaba eadem in principio plurium dictionum ut caſus Caſſadra canebat. Aut ſi una dictio incipiat a' ſyllaba in quam finit anterior ut dorica caſtra. Item uitentur duæ dictiones biſſyllabæ in fine heroici ut ſolido bibat auro. Indecens præterea eſt uerſus ſi multæ dictiones incipiant ab eadẽ littera ut Machina multa minax minatur maxima muris. Aut etiam in unam terminent ut Magnanimæ thebæ certamine marte dedere. Vitandus eſt etiam concurſus uocalium ut Improbe amor conuerte animi indignantia habenas. ſunt etiam uitandæ plures figuræ ut eſt pleonaſmos, tapinoſis, amphibologia, cacophaton, cacozelia, tautologia: & quædam aliæ quas in principio ſecundi libri ſcripſimus.

De decoro pentametri.

Pentametrum conſtat ex quinq; pedibus, primis duobus dactylis uel ſpondeis uel mixtis, & cæſura longa: poſtremis duobus dactylis & cæſura quantacunque. Pentameter decorus dicitur quum poſt cæſuram primã ponatur dictio triſyllaba: inde duabus biſyllabis ſequẽ-

tibus ſic Tibullus. Et teneat culti iugera magna ſoli. Aut quum poſt eandem cæſuram: prima ſit biſſyllaba dictio, & in dactylo coniungatur cum triſyllaba ſequente ut Scipiades agitent bella cruenta manu. ſi uero in fine pentametri ſit dictio quinque ſyllabarum aut quatuor decorum eſt ut Contactum nullis ante cupidinibus.

At uitioſus pentameter eſt ſi ſenſus a pentametro in hexametrum ſequens tendit quod rariſſime fit ſic Auſonius: Concuſſus dixit quid tibi diuitiæ Nunc proſunt. Item indecorus eſt ſi poſt primam cæſuram ſit dictio cadens in ſynalœpham ut Catullus Nec deſiſtere amare omnia ſi faties. Item euitato ne uerſus uideatur proſæ ſimilis ut idem. Qui modo qui me unum atque unicum amicum habuit. Item turpis uerſus eſt quum prima cæſura partem orationis non perfitiat ut Inter noſtros gentilis oberrat equus. Caue ne ultima cæſura ſit monoſyllaba ut Illinc flent dryades ſic flet hamadrias hinc & ne in penultima ſit ſyllaba breuis propter mutam & liquidam: quia craſſum in ſe ſpiritum retorquebit ut Se nullos iurat habere libros. Nota ꝙ pentameter ſcribitur per t profertur per d græce nam more græco quoties n ante t ponitur, reſonat t in prolatione d, licet latini id minimi ſeruent. Notandum ulterius plures figuras a' poetis ſeruari non ſine multa carminis uenuſtate, ſicut eſt allegoria, ironia, parentheſis, periphraſis, hyperbole, metonimia,

metaphora, epentheſis, aphæreſis, ſyncopa, apocope, paragoge, tmeſis, non autem temeſis, nam eſt dictio biſſyllaba. & aliæ plurimæ figuræ uſurpantur a poetis.

De *poeta & eius offitio.*

POetam cui doctrinarum omnium cognitionem aſſignant ſolum ſapientem appellauit antiquitas quem diuinum appellat Plato, quod Horatius confirmat dicens illum eſſe poetam ingeniũ cui ſit, cui mens diuinor atq; os magna ſonaturum. proinde poeticam priſci primam philoſophiam dixerunt: qua ut ait ſtrabo ab ineunte ætate uiuendi modus: uitæ diſpoſitio, affectuum ſeries ac uiciſſitudines rerum diſponuntur: eamq; a' furore cœlico diuinoq; prouenire dixerunt quod etiam Ouidius aſſerit dicens: Eſt deus in nobis ſunt & commertia cœli: ſedibus æthereis ſpiritus ille uenit. idem Eſt deus in nobis agitante caleſcimus illo, ſpiritus hic ſacræ ſemina mentis habet: idem Impetus ille ſacer qui uatum pectora nutrit. Tibullus. Et ſacri uates & diuum cura uocamur. ſunt etiam qui nos numen habere putant. Strabo etiam ait. Grammaticos adoleſcentes poeticis cognitum eſt initiari diſciplinis, poetaſq; morum magiſtros nominauit uetuſtas. Deriuatur autem poeta a' pieo uerbo græco quod eſt fingo: unde poeta eſt uir ſapiens, fingendique peritus: cuius offitium eleganter uereque expreſſit Horatius dicens, Aut prodeſſe uolunt aut delectare poetæ: Aut ſimul & iucunda: & idonea

dicere

dicere uitæ: unde poetica ars eſt ueræ fictæque narrationis metrica ſtructura ad delectationem utilitatemque comparata: poeſis autẽ eſt contextus totius peracti operis ut æneis Vergilij: *Poema uero eſt diuinarum humanarumque rerum uenuſta ſubtiliſque metrica narratio: quod totum* Horatius *in epiſtolis luculenter effinxit.*

Os tenerum pueri balbumque poeta figurat,
Torquet ab obſcœnis iam nunc ſermonibus aures
Mox etiam pectus præceptis format amicis
Aſperitatis & inuidiæ corrector & iræ:
Recte facta refert: orientia tempora, notis
Inſtruit exemplis, inopem ſolatur & ægrum.
Caſtis cum pueris ignara puella mariti.
Diſceret unde preces: uatem niſi muſa dediſſet,
Poſcit opem corus, & præſentia numina ſentit.
Cœleſtes implorat aquas docta prece blandus:
Auertit morbos: metuenda pericula pellit:
Impetrat & pacem: & locupletem frugibus annum
Carmine dij ſuperi placantur carmine manes. hæc ille.

De accentibus.

ACcentus eſt ſignum per quod cognoſcitur integra uocum prolatio. Eſt autem accentus triplex ſcilicet acutus, grauis, & circunflexus. Acutus *accentus eſt quo ſyllaba eleuatur: & græce ſignatur uirgula aſcendente a' ſiniſtra parte in dextram, ſic ´* Grauis *accentus eſt quo ſyllaba deprimitur & notatur uirgula deſcendente a' ſummo in dextram ſic `* Circunflexus *uero eſt*

quo ſyllaba eleuatur deprimiturq́, & depingitur nota ex acuto & graui facta ſic. Nota q̄ hic conſideramus ſyllabam quantum ad altitudinem ſeu profunditatē:nō autem ad temporis longitudinem qua producitur a poetis ſeu corripitur. ſciendum ulterius omnem accentum tribus regulis contineri. Prima regula eſt q̄ omnis dictio monoſyllaba longa habet circumflexum ut dos, flos breuis uero habet acutum ut ad, id. Secunda regula eſt q̄ omnis dictio biſſyllaba habens priorem longam, circumflectit eandem ut Roma, ſanus: ſi uero habuerit priorem breuem, acuet eandem ut deus, meus.

Tertia regula eſt q̄ omnis dictio polyſyllaba habēs ultimam breuem & penultimam longam, tenet circumflexum in penultima ut fortuna, romanus, marinus, octauianus, amoris, legebat, cethegus, lectica. ſi uero habeat penultimam breuem in tertia a fine habet acutum ut dominus, tullius, iulius. Nam in dictionibus triſyllabis & tetraſyllabis ſiue deinceps, ſi penultima breuis fuerit antepenultima acuetur ut fabius, urceoli, capreoli, araneolus. Item propria ſedes acuti accentus uel erit prima ſi dictio habuerit primam breuem & ultimam longam ut amant: uel penultima erit eius ſedes: ſi tamen dictio habuerit penultimam & ultimam longas ut legebant: athenæ, mycenæ, ſacerdos: uel erit eiuſdem ſedes antepenultima: ſi tamen penultima fuerit breuis ut untiola. Nam latini non habent acutum in ultima niſi in qui-

buſdam cauſa differentiæ ut pene fere quod uix debe-ret fieri: eſt enim proprium barbarorum ultimas acuto accentu proferre. Accentus acutus ponitur ſupra ſyllabam breuem ſeu longam. Circumflexus uero ſupra longam dumtaxat. Et ſedes propria circumflexi uel eſt penultima ut natura: uel eſt ultima præſertim in abſciſsis ut arpinas, nam prius dicebatur hic & hęc arpinatis 5 recto ut infra dicam. Dictio polyſyllaba tot habet graues accentus, quot ſyllabas, excepta illa in qua eſt acutus uel circumflexus. nam in hac dictione Italicus ſecunda hoc eſt antepenultima acuitur. reliquę grauantur. Octauianus uero penultimam circumflectit, reliquæ grauantur.

Omnis dictio unum habet accentum prædominantem ſeu principalem qui eſt acutus ſeu circumflexus nulla enim dictio poteſt habere plures acutos aut circumflexos: nec unum acutum & alterum circumflexum: Et quum loquimur de accentu per antonomaſiam de acuto uel de circũflexo intelligimus: quia grauis accentus uix ſignatur. Sed ut dilucidius pateſcat accentuum quantitas, incipiemus a' dictionibus terminatis in, a.

Nomina latina finita in, a, propria ſeu appellatiua ſeu compoſita fuerint, ſi habeant penultimam longam: in eadē acutum ſeruabunt ut catilina agripina, regina, carina, homicida, parricida. Si uero breuem habuerint

penultimam: accentus erit in antepenultima ut transfuga concaua. Alia etiam uenientia ab, ei, diphthongo græca ſeruant acutum in penultima ut alexandrea, latine alexandria: ſic antiochia, nicomedia, elegia. Nonnulla priuilegio quodam, uſuq́ ſic uolente, quum deberent acuere antepenultimam acuunt penultimam in proſa, quamuis ſit breuis in metro ut ſophia, philoſophia, theologia, orthographia, coſmographia, aſtrologia, etymologia, genealogia, tropologia, melodia, phyſonomia, ſymonia, ſymphonia, pſalmodia & plura, quæ Priſcianus et confirmat dicens philoſophia et papia habēt penultimā longam ſicut fio ſolum in latinis ut idem ait ſic etiā hippodamia, maria, argia, lāgia, allegoria, armonia, epiphania, hierarchia, uſia, ideſt ſubſtantia ſic chorea, platea, nemea, galathęa, medea, lutia, et cætera talia penultimam acuentia. Cętera nomina acuunt ante penultimā et corripiunt penultimam ut iuſtitia, ſapientia, auſonia, iunonia, agricola, terrigena, iulia, claudia, tibicina, cuticula, dulia, hiperdulia, latria, urania, et ſimilia acuentia ante penultimam. ſed ſimilia participijs in, rus, producunt penultimam ut ſcriptura, litura. At participium a' uerbis in, eo, ſiue ſecundæ ſiue quartæ coniugationis ſit, habet i, breuem ante, tus, moneo monitus, habeo habitus, adeo aditus. Quæ uero habent, u, uel quamlibet uocalem ante, a, corripiunt penultimam ut mantua, capua, cecilia, danaa, ſic habentia, c, ante, a, corripiunt penultimam ut corſica, cretica, perſica, præter ueſica. Quæ uero habent

n:ante:a:producunt penultimam cum accentu acuto ut romana, campana, cumana, hiſpana, & hæc omnia in obliquis ſeruant talem accentum qualis fuerit in recto. Omnis nominatiuus in,a latinus corripit vltimam & acuit ante penultimam vt Italia, Phrygia, Lybia, *græcus etiam rectus corripitur, vt dogma, tis, poema, tis.*

Nomina in:e:quacunque uocali in penultima exiſtente, ibidem accentum ſeruant, & producuntur per omnes caſus ut monile, cubile, verbale, *ſingulare.* Aliqua *græca habentia vltimam longam, corripiunt penultimam, & acuunt antepenultimam, vt grãmaticæ, rhetoricæ, & aliqua producunt penultimam vt mycenæ, athenæ.*

Nominum in,i, terminatorum duo producunt penultimam, ſcilicet ſinapi & illitergi, quod eſt nomen oppidi: cætera corripiunt vt mancipi, nihili. Q*ui vero per ſe acuitur* vt *ait* Priſcianus, *ſed qui relatiue grauatur, interrogatiue autem circumflectitur.* Notandi *ſunt vocatiui per abſciſſionem prolati vt* Verg. Mercu. *in quibus ſeruatur accentus perfecti vocatiui antiqui qui ſunt* Ver*giliæ mercuriæ & acuebat antepenultimam quamuis fuiſſet breuis in metro, nunc* vero Vergili, *mercuri, domiti,* Ouidi, *& ſimiles ſunt* vocatiui *facti per apocopen, & acuunt penultimam licet ſit breuis in metro, vt dixi.*

Nomina in:o:præcedente:e:vel:i: vocalibus *penultimam corripiunt in nominatiuo & vocatiuo vt ganeo, aleo, labeo, mulio, & ea littera quæ in recto eſt penultima, in obliquis ſit antepenultima, & accentus tranſit ad*

penultimam longam vt labeo,labeonis,mulio,mulionis, interpoſita etiam quacumq; conſonante,ſeruatur, o longa in obliquis, vt carbo,carbonis,bubo, bubonis,ſed ſi, o:mutetur in,i,tranſit in ſyllabam breuem vt cardo,cardinis,ſic imago,caligo,magnitudo,carthago,rubigo,cupido,& ſimilia.

In:u:inuenitur vnum triſyllabum aptotum in ſingulari,in plurali vero declinatum vt ait Priſcianus,& habet penultimam indifferentem propter mutam cum liquida.ſ.tonitru,in plurali tonitrua,ſed cornu,veru, & ſimilia ſunt biſſyllaba & acuunt primam.

In al,ſi ſint appellatiua & neutri generis producūt penultimam,ſi tamen eorum primitiua producant eādē vt ceruix,ceruical,tribunus,tribunal,vectus,vectigal,ſi vero primitiua corripiunt penultimam, deriuata quoq; eandem corripiunt vt anima, animal,ſic ſal,ſalis,ſic barbara propria vt haſdrubal,alis,quæ omnia in obliquis caſibus in neutro habent,a, productam vt animalis,in maſculino vero breuem vt Annibalis.

In:el:penultimam corripiunt in recto,in obliquis vero producunt vt daniel, danielis,ſed michael in metro producit penultimam etiam in recto ſecus in proſa.

In:il:corripiunt penultimam etiam in obliquis vt vigil:pugil.

In:ol:vnum eſt græcum heliol pe.cor. & vnum latinum productum ſcilicet ſol.

In:ul:corripiuntur vt conſul,præſul.

In:um:corripiunt penultimam vt philortium, dortium, denominatiua producuntur in penultima vt roſetum, dumetum.

In:an:producunt penultimam vt acarnan, acarnanis pæan, pæanos.

In:en:ſi ſint nomina a' prima vel quarta coniugatione deriuata producunt penultimam: vt a' ſolor, ſolaris, hoc ſolamen, a' munio, is, hoc munimen, ſi autem a' ſecunda & tertia coniugatione fuerint, corripiunt penultimam vt ſedimen apud Priſcianum, regimen, præpoſita etiam, c, conſonante breuiantur vt tubicen, fidicen, præter tibicen.

In:in:producuntur in obliquis vt delphin, nis, ſalamin, inis, phorcin, inis.

In, on, quæ græce ſcribuntur per omicron emittunt genitiuum in onis, & corripiunt penultimam in obliquis vt canon, canonis, ſic dæmon lycaon, & ſimilia. Quæ item deſinunt in, os, & græce ſcribuntur per omega producunt penultimam in obliquis vt babylon, onis, ſic platanon, onis, daphnon, onis, ſinon, onis, caulon, onis, ſalamon, onis, & cætera talia. At thermodoon habet acutum in penultima, ſed thermodon per ſyneresim habet circumflexum in fine ut ait Seruius, quoniam acutus transmutatur ad finem & efficitur circumflexus: At ſarpedon quando facit ſarpedonis in penultima habet accentum græce, quando vero facit ſarpedonis acuit antepenultima latine, ſunt tamen aliqua quæ ponun-

tur indifferenter vt ſydon,onis,edon, onis,qui eſt mont Thraciæ.

In,ar,ſi penultimam producunt,accentu acuto notan tur,ut lacunar,puluinar,ſi uero habuerint penultimam breuem,producuntur in antepenultima vt torcular,ſed in obliquis penultimam producunt ut torcularis. At la quear in recto corripitur propter vocalem ante vocalem, in obliquis uero penultimam longam habet. Iubar vero breuiatur & in recto & in obliquis,ſed,cæſar & hoſtar in obliquis habent penultimam breuem, arar vero in obliquis & recto breuiatur, corripiuntur etiam barbara propria,vt amilcar,aris, gaſpar,aris,ra rius longantur vt balthaſar,aris.

In,er,ſi neutri ſint generis producunt penultimam vt papauer,cadauer,ſi uero fuerint maſculina vel fœmi nina,vel communia corripiunt eandem vt alacer, volu cer,mulier pauper, quæ in obliquis etiam penultimam corripiunt vt cadaueris, pueri,ſoceri. Priſcianus tamen dicit ꝙ mulier in obliquis producitur ſed uix tenetur. At hoc uer,veris,producit primam in recto & in obliquis.Nomina vero quæ græce per,e, longum ſcribuntur,in recto producunt vltimam & in obliquis penultimam vt crater,crateris,character, eris,ſtater,eris, & ſimilia.

In,ir,corripiunt penultimam tam in rectis q̃ in obliquis,& ſub vno accentu proferuntur vt ſemiuir,ſed duumuir,triumuir,decemuir,centumuir,in recto producũt

penultimam poſitione: in obliquis vero corripiunt, vt duumuiri.

In:or:terminata præcedente,i,vocali ſi ſint cõia corripiunt penultimam vt melior,doctior,quæ in obliquis eandem producunt vt melioris,doctioris,ſic etiã appellatiua maſculina, vel fæminina licet non habuerint,i, ante,or,vt odor,odoris, ſic amor, dolor,vxor, ſi vero ſint neutra vel propria corripiuntur vt æquor,oris,caſtor,oris,Anthor,oris,& quando declinatur Anthores oris,producit penultimam.Compoſita etiam breuiãtur vt tricorpor,tricorporis,marcipor,oris, quaſi marci puer.i.ſeruus,publipor,oris quaſi publij puer, ador eſt indifferens vel potius producitur vt adorea liba apud Vergi.ſed arbor,oris,corripitur,ſic memor, immemor, ſic hic decor,oris, penultima correpta, & deſcendit a' decoro,as,quod eſt honeſto, as,ſeu honorifico,ſed hic decor,oris,penultima longa eſt quaſi pulchritudo quædam,& deriuatur a' decoro,as,quod eſt orno ſeu pulchrum facio,vnde decorus,a,um,& hoc decorũ penultima producta:hic auctor per,c,eſt qui auget aliq̃d:ſed hic & hæc author cũ aſpiratione eſt factor operis alicuius vel ſuaſor,& in obliqs vterq; producit penultimã.

In,ur,corripiuntur in obliquis vt ſatur,ſaturi,iecur iecoris,vel iecinoris,alij dicunt iecor,iocinoris,ſic vultur,guttur,ſulfur,ſapifur,quaſi ſapiens fur:lepifur quaſi lepidus fur, & ſimilia.

In,as,producunt penultimam in obliquis cũ accen-

tu acuto, qui in nominatiuo eſt in antepenultima vt dignitas, atis, fœlicitas, atis. Nomina gentilia vt arpinas, aquinas, capenas, circumflectuntur ut ait Priſcianus, quia ſunt abſciſſa antiqui namq; dicebant hic & hæc arpinatis in recto, inde conciſa, ti, remanſit accentus priſcus ſuper, à, ſic etiam dicebatur hic & hæc noſtratis, et veſtratis in recto, unde noſtras, & veſtras tanq̃ abſciſſa circumflectuntur, ſic munit pro muniuit. Nulla tamẽ dictio latina circumflectitur in fine abſq; prædictis, nec acuitur in fine abſq; paucis differentiæ cauſa vt infra dicetur. Cætera abſciſſa habent acutum in fine vt huc, illuc, iſtuc, maledic, donec, pro quibus dicebatur huce, illuce, iſtuce, maledice, donecum quo vtitur Plautus ſic tuguri, pro tugurij, terenti pro terentie, ſaluſti pro ſaluſtie, acuuntur. Mittentia genitiuum, in, adis, breuiantur vt pallas, palladis, troas, adis, archas, adis, & cætera talia. Sed terminata in eas, & ias, producuntur andreas, helias, & ſimilia.

In: es: corripiũt penultimam in obliquis vt miles, itis, ſic alipes, ſonipes, hercules, gurges, ſtipes. Hæc producunt penultimam in obliquis ſcilicet locuples, etis, magnes, etis, hæres, dis, merces, dis, ſic græca nomina vt hic dares, daretis, lebes, etis, ſic etiam nomina quintæ vocali ante: es: poſita vt facies, faciei, dies, diei, ſi vero præcedat conſonans corripiunt penultimam in obliquis ut fides, fidei, ſpes, ſpei. At inquies corripit vltimam recti, ſed quies longat eandem, & in obliquis vtrumq; lõgat

penultimā, quædam corripiunt vltimam recti vt ſomes, termes, quædā vero elongant vt nubes, labes, de qbus videas in generibus noīum, græca corripiūt vltimam recti troades, archades, & ſimilia, quæ etiā breuiant penultimā in obliquis, ſicut paries, abies, aries, & ſimilia.

In: is: terminata ſi ſint adiectiua habentia neutrum in, e, producunt penultimam in obliquis vt hic & hæc ſuauis & hoc ſuaue, ſic nemoralis & hoc nemorale, ſpecialis, & hoc ſpeciale, ſic aliqua appellatiua ut ſecuris, ſinapis, ſic etiam lis, litis, glis, gliris, ſic græca quæ faciunt nominatiuum in, in, & in, is, vt ſalamin, & ſalamis, ſic eleuſin, delphin, phorcin. Cætera quæ ſunt biſſyllaba in recto corripiuntur in obliquis vt lapis, lapidis, ſic iaſpis, ſanguis, puluis, vomis, & ſimilia, impubis vero in recto & in obliquis producitur.

In: os: producunt penultimam vt ſacerdos, ſic lepos, nepos, ros, cuſtos, & huiuſmodi. Seruius dicit ꝙ bos eſt anomalum, & producit, o, in nominatiuo, & vocatiuo ſingulari, & in datiuo, & in ablatiuo plurali vt bos, bobus, in cæteris vero corripit. Aliqua tamen corripiūt penultimam vt compos, compotis, impos, otis.

In: tus, denominatiua penultimam producunt vt tribunatus, cōſulatus, magiſtratus, principatus, ſimiliter a' verbis venientia vt ſtratus, amatus, deletus, laceſſitus, cupitus, munitus, auditus, excipiuntur ſitus, quitus, ratus irritus, rutus, erutus, ſic nomina a' ſpiro, & halo vt ſpiritus, halitus, ſic compoſita ab eo, is, vt anditus, obitus

præteritus,ſic compoſita a do, & ſto vt datus, inditus, ſtatus,inſtitus. At ambitus quartæ declinationis corripitur,ſed ambitus,a,um, participium producitur. Citus vero eſt indifferens,nam a cieo,ſecundæ coniugationis corripitur,a cio vero quartæ producitur. Nomina tertiæ declinationis producētia penultimam genitiui,producunt etiam vltimam recti vt virtus, virtutis palus, dis,ſeruitus,tis,ſic ſalus,iuuentus,incus,dis,ſic monoſyllaba vt tus.crus,ius,mus. Corripientia vero penultimā genitiui,corripiunt etiam vltimam recti vt pecus,dis,in tercus,tis,ſic corpus,lepus,vulnus,venus,ligus. Item nomina ſecundæ declinationis corripiunt penultimam vt fraxinus,ſinodus,excipitur papyrus. Propria nomina et appellatiua maſculini ſeu fœminini generis ſi triſyllaba vel quadriſyllaba ſint,& habuerint,i,ante,us, corripiuntur vt Terentius, terentia, martius, martia, ſed ſi:a: vel:i:in penultima habuerint,eandem producunt vt terentianus,martianus, capuanus, hiſpanus, placentinus, Taurinus. At ſi habuerint,c, inter,i, &,u, corripitur vt percitus,ruſticus,gallicus,ſed bænacus,mediaſtinus,clā deſtinus,producunt penultimam. Deſinentia in,s, præcedente conſonante habent penultimam breuem in obliquis vt arabs,arabis,ſic cælebs,hyems,inops, municeps biceps, & ſimilia. Aliqua producunt penultimam vt plæbs,plæbis,hydrops,cyclops,quæ duo poſſunt etiam indifferenter poni. Aliqua corripiunt penultimam vt ethiops,pis,cecrops,pis:& ſimilia.

In, ax, finita penultimam corripiunt in recto ut pertinax, contumax, in obliquis producunt ut pertinacis, cõtumacis. Quædam tamen producunt penultimam recti et obliquorum ut phæax, acis, audax, acis, pax, pacis, fax uero breuiatur in obliquis. Græca uero partim producunt ut thrax, acis, ſic aiax, ſiphax, partim corripiunt ut pharnax, acis, ſic dropax, ſtorax, & cætera talia.

In, ex, corripiunt penultimam in obliquis ut murex cis, ſic opifex, aurifex, ſilex, ſorex, iudex, remex. Excipitur ueruex, ecis, ſic ſex, lex, rex, uibex, uibicis.

In, ix, producunt penultimam in obliquis ut lodix, cis, ſic fœlix, bellatrix, uenatrix, radix, genitrix, meretrix. Excipe bebrix, cis, ſic coxendix, cilix, formx, larix, natrix, pix, nix, ſardonix, uarix, ſic eryx, erycis hyſtrix phryx, ſtyx, ſtryx, ſic calix, filix, ſalix, quæ tria ut ait Priſcianus grauantur in fine.

In, ox, penultimam recti corripiuntur & in obliquis producunt ut celox, ocis, ſic ferox, atrox, uelox, ſed cappadox, præcox, cis, corripiunt penultimam in obliquis.

In, ux, producunt penultimam recti & obliquorum ut lux, cis, pollux, cis, ſed hæc breuiant penultimam in obliquis. ſ. crux, dux, trux, nux, coniũx uero in obliquis abijcit, n, ne putetur uerbum, et idcirco corripitur in obliquis. Quæ deſinunt in duas conſonantes in obliquis producuntur ſi ſeruant poſitionem ut arũs aruntis, cohors, tis, cædens, cædentis, tiryns, tirynthos, elmins, elminthos. Sed quę non ſeruant poſitionem breuiantur ut pelops,

pelopis, inceps, pis, hyems, mis, cælebs, bis, & plura præter plæbs plębis. Quę deſinunt in, t, in obliquis corripiũtur ut caput, tis, ſinciput, tis, & huiuſmodi.

De accentibus uerborum.

VErba in utroq; numero quum ad tres uel plures ſyllabas acceſſerint ut amabamus, ſic docebam, audiebam, producunt penultimam, ſic infinita ut amare, docere, præter infinitum, tertiæ coniugationis qui corripit penultimam ut legere. Omne pręteritum perfectum deſinit in, i, productam, qua mutata in, e, breuem, & accepta, ram, fit plusq̃ perfectum ut amaui, amaverã quod corripit penultimam, & accentus tranſit in antepenultimam ut docueram. ſed aſſumpta mus, fit prima pluralis ut amauimus, docuimus, penultima correpta cum accentu in antepenultima. Item omne uerbum diminuẽs in præterito ſyllabam præſentis producit penultimam in præterito ut facio feci, iatio ieci: ſic deriuata ut perfeci, deieci, excipe fidi à findo, ſcidi à ſcindo, dedi, bibi, ſteti, tuli. ſic habentia uocalem ante uocalem ut rui, fui. Præterita geminata corripiunt duas primas ſyllabas ut peperi: præter cecidi à cedo, & pepedi à pedo, quæ producunt penultimam: ſic illa quæ habent poſitionem ut momordi.

Pręteritum pluſquam perfectum in plurali acuit penultimam primæ & ſecundæ perſonæ ut amaueramus amaueratis: ſed in ſingulari acuit antepenultimam quãuis breuem in metro ut audieram, quod etiam facit au-

diuerã & tũc producit & acuit antepenultimã nam in quarta et tertia cõiugatione, u, inter duas uocales fit du plex, & producit pcedētē ut audiui, ſic petiui, cupiui, qe ui: ſed pręteritũ deſinēs in, ij, habet accentũ in tertia a' fi ne quia penultima eſt breuis ut audijt lenijt. At pono: co go, poſſum do, ſto, *in præſenti producunt primã in pte rito uero corripiũt eādē ut poſui, coegi, potui, dedi, ſteti.*

Fatio *habet primam breuem, ſed in compoſitis acuit penultimam in ſecunda & tertia perſona ut tepefacis, te pefacit: ſic uſucapis, uſucapit: ſic ſatiſdare fio in cõpoſitis acuit ultimã in ſecũda & tertia pſona ut tepefis, tepefit.*

Omne ſupinum biſſyllabum producit primam ut mo tum inde ſemotum Excipe *itum, quitum citũ a' cieo cies, ſic ſitum a' ſino, litum, datum, ſtatum, ſatum, ratum, ru tum, cum ſuis compoſitis.* Compoſitiones *cum uerbis ge neralem accentuum regulam ſequuntur ut conſolor adu lor, excudo emano: producunt penultimam: quia a' pri mitiuis longis deſcendunt: ſic etiam ſuffoco, præfoco, pro ducunt penultimam, quia uenũt a' ſub & faucibus un de* Ouidius *in ibin:* Præfocent *animæ gnoſia mella uiã. At de incrementis uerborum, cæteriſque aduerbum ſpe ctantibus in metricæ artis libello plenius diximus.* Ac centus *participiorum & pronominum eſt confuſus cum accentu nominis de quo ſupradictum eſt. ſed hæc nomi na acuunt penultimam licet in metro corripiantur, ſcili cet uigintiduo, uigintitres, ſic uicecomes, archicocus quę duo alij ubiq; corripiunt rectius.*

De accentibus aduerbiorum.

ADuerbia deſinentia in,e,er,i,ol,us, corripiunt pe-nultimam & ideo graui accentu ſignari poſſent ut ſedule, dulciter, ueſperi, ædepol, funditus. Quę uero deriuantur a proprijs, & quæ terminantur in,im, producunt ut tulliane, meatim. Amabo aduerbium acuit antepenultimam. ſed porro, uero, falſo, una, alias, fere, & cætera talia dicuntur acuere ultimam cauſa differentiæ ne putentur nomina: ſic pone aduerbium ne putetur uerbum: Tu autem lector amice notabis ꝙ nulla dictio latina niſi abſciſſa habet acutum in fine ue re. proinde latio idomati honeſtiſſime conſulerent claſſiarij ſi finales accentus ueluti barbaricos a' latinitate penitus eliminarent. At ſi meum eſſet exemplum uetarem omnino latina in fine acui: quum ſit proprium barbarorum contraq́; puram latini eloquij dignitatem: nam ꝙ aiunt fieri differentiæ cauſa: friuolum eſt, quia non in omnibus inter quæ cadit differentia, ſolet aſſignari differentia per accentum ut canis nomen ad differentiam. huius uerbi canis non mutat accentum, & ſic alia ſexcenta. Ad hæc neotericis dixiſſe contentus, cætera anteſignanis dicenda relinquo. Aduerbia diſcernuntur accentu: nam interrogatiue poſita acuuntur in penultima ut ubi fuiſti, infinite uero ſolent circumflecti ut neſcio ubi fueris, relatiue grauantur in fine ut iacebis ubi iacet auus. ſic etiam aduerbia monoſyllaba interrogatiue acuuntur ut ſic feciſti, relatiue grauantur

ut ſic

ut ſic feciſti ut iuſſi.Item omne nomen relatiuum relatiue ſumptum uel infinite grauatur ut tu es talis qualis eſt pater tuus:uel neſcio qualis ſis:ſed interrogatiue acuitur ut qualis eſt tu. Item,o,uocantis aduerbium acuitur optantis uero grauatur ut Huc *ades o petre.*O *mihi prę teritos referat ſi iuppiter annos, ſic eſt aduerbium ſimilitudinis ut tu patrem ſic te tuus expreſſerit filius & circumflectitur:interrogatiue uero acuitur ut ſic miſer laberis:adiurantis autem grauatur ut* Sic *tibi quum fluctus ſubter labere ſicanos.*

Compoſita ab inde & quando antepenultimam acuunt ut deinde, ſubinde, proinde,nequando,aliquando, & ſub uno accentu ſunt pronuntianda tamq̃ una pars orationis ut ait Donatus.*in cęteris uero non ſic nã alõge,abintus,deorſum,aduerſum,deinceps,derepente,pro palam,& ſimilia acuunt penultimam præſertim quum* Priſcianus *meminerit tantum de compoſitis ab inde & quando ꝙ acuant antepenultimam:& hoc fere in proſa, ſecus in carmine ubi acuuntur & producuntur,ego tamẽ in his ob poſitionem:hæreo poetis penultimam acuentibus.poſitio namq; eſt tantæ dignitatis ut quum a' poetis ſemper elongetur:a,cęteris quoq; produci mereatur.* Q*uo & qua interrogatiue circumflectitur ſeu acuuntur,infinite uero grauantur more grę co.ſed affatim,affabre,peregre,approbe, admodum, acuunt antepenultimam.*Apprime *uero et impune natura:ſed abunde poſitione penultimam acuunt,ſecus eſt in compoſitis a' capio*

& ſatio ut magnifatio, uſucapio, quæ acuunt antepenul timam licet breuem in metro, in his ut ait Aulus gellius a, tractim pronuntiatur. Similiter utroq; uerſum, ocidē tem uerſus inclinat ſibi præcedentia nomina, quemadmodum actutum deductum ab actu.i.celeritate.

Poſtq̄ ſeu iunctim ſeu ſeparatim dicatur habet acutum, iunctim ſic poſtq̄ res aſiæ priamiq; euertere gentē hoc eſt poſtq̄ uiſum eſt ſuperis euertere gentem, ſeparatim ſic poſtquam uiſum fuiſſet factum eſt, hoc eſt poſt factum eſt quam uiſum fuiſſet componitur autem poſtquā ex duobus integris ſcilicet poſt & quā quæ ſi per ſe proferantur acutum habent: in metro uero grauem: ſic anteq̄ ut antequam ueniſſes feceram Vergilius diuiſim dicit Ante pudor quam te uiolem aut tua iura reſoluam. Næ pro certe ſeu ualde grauatur ne prohibentis acuitur. Ne pro ut non circumflectitur.

De accentu præpoſitionum.

PRæpoſitiones dicuntur in fine acui: præpoſitæ caſibus grauantur, præpoſtere uero poſitę acuuntur monoſyllabæ, diſſyllabæ uero penultimam acuunt, niſi cauſa differentiæ ut pone & ſine quando ſunt uerba acuūt primam ſyllabam, quando uero ſunt præpoſitiones ſeruientes caſibus grauantur in fine uel etiam in utraq; ſyllaba ut ait Donatus: ſine autem poſtpoſita acuit penultimam. Vergilius. Te ſine nil altum mens incboat. Item circum præpoſitio acuit finalem. ne ſi penultimam acue

ret nomen ſeu aduerbium putetur. Omnis *præpoſitio di ctioni ſequenti annectitur & quaſi efficitur una pars: quamuis etiam per appoſitionem proferatur.* At ego *ſi meum eſſet exemplum(ut ante dixi)nullam partem orationis in fine acui aſſererē ueluti æoles qui fugiunt accentum in fine:& allegantibus antiquos, reſponderem, priſcos multa dixiſſe, quæ hodie a nemine uſurpantur, ita in hoc etiam non deberent audiri:ſed hæc claſſiarijs poſt me dedicenda remitto.* Cum *præpoſitio in quibuſdam pronominibus encletici uice fungitur ut mecum tecum,ſecum nobiſcum,uobiſcum in quibus accentus acutus uerſus eſt in grauem ut ait* Donatus *dicens præpoſitiones ſeparatæ acuuntur coniunctæ uero cum caſibus grauantur unde priſcianus ait ꝙ præpoſitio, cum, ſola habet anaſtrophen & in proſa oratione & apud poetas & poſt poſita pronominibus encletici uice fungitur, in alijs uero poſt poſita acuitur ut quicum,quocum,quacū,quibuſcum,& fit cauſa ornatus ut ait* Donatus,*quia proprium eius eſt præponi præterquam in prædictis pronominbus:ſed in relatiuis poſt præponi & poſtponi,non tamen inclinat accentum ad ſe ut in pronominibus,nam ꝙ* Terentius *ait i præ ſequar fit licentia poetica ut aſſerit* Donatus *in enucho, ſic etiam fit in alijs præpoſitionibus non compoſitis ut inter, circum, propter, quæ poſtpoſitæ acuuntur.*Vergil.xij.Q*uam propter tantos potui ꝑferre labores.*idem:Hic *corylis mixtas inter conſedimus ulmos.tenus etiā poſtponitur ſemꝑ*

uel cum ablatiuo ſingulari ut capulo tenus, uel cum genitiuo plurali ut crurum tenus: licet Seruius dicat eſſe aduerbium ſicut hactenus quod eſt aduerbium temporis, interdum loci.

De accentibus coniunctionum.

Coniunctiones ut plurimum ſeruant regulam accentum qui aduerbijs apponuntur in diſſyllabis & triſyllabis dictionibus: ſimiliter in compoſitis, ut ſunt encleticæ: in his etiã notatur poſtq̃ ex duabus integris. ſ. poſt & q̃ quæ ſi per ſe proferantur uel præpoſtere acutum habent accentum, in uerſu uero grauem. Item monoſyllaba optatiua grauantur. Ver. *Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus. Seruius ſup illud* Maronis, *Illius ergo uenimus, ait ergo eſt coniunctio ſed per accentuum mutationem in aduerbium tranſiuit, & ſola habet in fine circumflexum: licet alij dicant ergo eſſe nomen et pro cauſa ponatur, ego uero tenerem rectius ergo acuere primam ſicut & igitur.* Hæ *ſunt coniũctiones prępoſitiuę et acuuntur. ſ. ac, aſt, at, uel, nec, neq;, ſi, quin, quatenus, ſin, ſeu, ſiue, ni, cęterum, ſed, aut, uerum.* Aliquę *ſemper poſtponuntur ut aũt, uero, quoq;, quidem, enim, q;, ne, ue, ce, quæ quatuor encleticæ dicuntur. i. inclinatiuæ: nam dicit Seruius q; hæ quatuor quoties iunguntur alijs partibus habent accentum ante ſe, qualiſcunq; ſit ſyllaba quæ præcedit ſiue longa ſiue breuis, ut muſæq;, tantone, dixiue, huiuſce:* Priſcianus *uero ait tribus tantum accidere ſcilicet q;, ne, ue, ut remittant accentum ad extremam*

ſyllabam præcedentis dictionis quando ponuntur encleticæ,in quibus corripiuntur accentus,ſicut in his,ſcilicet vndiq;,demq;,itaq;,vtiq;,quia deberent acuere penultimam,& tamen acuunt antepenultimam,ſed,q;, ne, ue,non dicuntur encleticæ niſi ſeparatæ ſint, niſi dicamus,q; compoſitæ cum alijs amittant ſignificationem encleticæ,tamen vim ſuam ſeruẽt vtubiq;, pleraq;,vtraq;, quæ acuunt penultimam,ſicut etiam in quibuſdam compoſitis inuenitur vt calefacis, ſuaue rubens, vſucapis, quæ in penultima licet in metro correpta ſeruant accentum acutum,quum in antepenultima regulariter ſeruare debuiſſent,quoniam non ſunt partes diſtinctæ ſed in vna parte orationis compoſitæ,ſed illæ tres.ſ.q;: ne:ue: non dicuntur encleticæ,nec coniunctiones,quando in antepenultima accentu acuto proferũtur vt deniq;, vndiq;, Cæteræ coniunctiones ſunt indifferentes nam præponi & ſupponi poſſunt vt ergo,igitur.

Periocha *accentuum.*

Omnis pars orationis monoſyllaba ſi naturaliter fuerit breuis vt mel,fel,ſeu longa poſitione,vt nix,pix,acutum accentum habet. At ſi natura fuerit longa habet circumflexum vt lux,flos,ros,ſpes,ſol, mons,dos, lix. Dictiones vero biſſyllabæ ſi priorem productam habuerint,& poſteriorem correptam circumflectunt priorem vt luna,roma, arma,ſi vero habuerint ambas longas vel naturaliter vt lodex,ſeu poſitione vt ſolers,ſeu habuerint priorẽ breuem & poſteriorem longã,vt nepos,

ſeu vtranq; breuem tenuerint, vt citus, omnes acuto accentu proferendæ ſunt. Dictiones *triſyllabæ vel quadriſyllabæ ſi penultimam & vltimam correptas habuerint & antepenultima fuerit longa vel natura ſeu poſitione ſeruabunt acutum in autepenultima vt* Claudius. Albius, *ſi vero penultima fuerit naturaliter longa & vltima breuis, antepenultima vero ſeu longa ſeu breuis fuerit, tunc penultima circumflectetur vt romanus, cethegus, ſi autem penultima non fuerit naturaliter longa ſed poſitione, tunc acuetur eadem vt* Catullus, *ideo dixi poſitione, quia ſi forte ea poſitio eſſet cum muta & liquida vt tenebræ accentum habebit in antepenultima in proſa, in metro vero ſi producte ponatur media, acuetur eadem, aliter producetur vltima tantum, ſi vero vltima & penultima fuerint naturaliter longæ acuetur penultima vt* Athenæ, *ſi autem fuerint tres ſyllabæ a' fine productæ penultima etiam acuetur vt romani, prætores.*

In omnibus ſyllabis aut eſt arſis, ideſt eleuatio, aut theſis, ideſt depreſſio, iccirco acutus accentus & circumflexus in arſi conſiſtunt, vbi, ſyllaba eleuatur grauis uero in theſi vbi uox naturaliter cadit. Item vnus, iſtius, ipſius, illius, quū, habet penultimam breuem accentu acuto in antepenultima pronūtiantur, ſi vero media fuerit longa, inflectetur ſyllaba ſecunda, excipitur altus quod corripit mediam in recto, & in genitiuo producit. Dictiones *a' græcis ſumptas ſuis accentibus pronuntia-*

mus vt ſarpedon quando facit ſarpedonis ſeruat accentum græcum in penultima, quando vero facit ſarpedonis habet accentum in antepenultima latine. Arethuſa *& Creuſa latine habent circumflexum in penultima recti, in aliis vero caſibus habent acutum.* Cyclopum *acu it, clo, quia latina eſt declinatio, ſi dicis cyclopas in accuſatiuo, quia græce fit, acuit primam.* Simois *græce acu it penultimam quia venit a' circumflexo, ſecus eſt latine.* Mutilata *ſub eodem accentu proferuntur vt tanton, quod in vltima habet acutum, quia quæ per apoſtrophen apocopatæ dictiones fuerint, in eis perſeuerat accẽ tus, vt a' tantone fit tanton.* Vergilius. Omnipotens *geni tor tanton me crimine dignum, & talibus mutilatis hæret verius circumflexus. Interdum vna coniunctio poni tur pro altera ſicut vt pro quamuis, interdum tranſit in aduerbium vt tenus, hactenus.*

De *accentu interiectionum.*

INteriectiones *vt ait* Donatus *ſuos confundunt accen tus quia abſcondita voce hoc eſt plane expreſſa proferuntur, & pro affectuum qualitate mouentur quod etiam aliis partibus orationis accidere ſolet quum inter iectiue ponũtur* Ver. Nauibus *infandũ, amiſſis vnius ob irã, infandum pro interiectione dolentis poſuit, licet interiectiones veræ ſint voces primitiuæ.* Conſuetudo *eſt interiectiões biſſyllabas acui ĩ vltima vt papæ, euax, mo noſyllabas vero grauari vt heu, hei, et cætera talia, hæc*

de accentibus quæ tritiora occurrerunt tibi lector optime ſic, exarata ſufficiant, cætera in alijs lectitando reperies, interim hæc noſtra tibi familiaria fiant, dumq; adeſt redime tempus quoniam dies mali ſunt. Vale, & dũ tempus ſupereſt operare bonum.

Artis metricæ vocabula pauca hic enucleantur cum appendice.

Agonotheta eſt munerarius, ideſt muneris ſeu certaminis ſeu agonis diſpoſitor ſeu præfectus.

Agon eſt locus certaminis, agonia, orum, ſeu augonalia erant ludi, ſed hæc agonia, æ, erat hoſtia quæ immolabatur, agoniſma, ideſt certamen, agonizo, ideſt certo ſeu contendo.

Alopetima eſt morbus in capite & in barba ex vitio humorum.

Analecta ſunt purgamenta cœnarum & quiſquiliæ ciborum cadentes ſub menſa.

Andrago, pe. pro. eſt mulier virilem animum habens.

Anaglypha: pe. pro. ſiue anaglypta ſunt vaſa inciſa in aſperitatem.

Anachorita, pe. pro. eſt monachus eremum incolens.

Antitheton eſt contra poſitum & eſt figura quum contraria opponuntur contrarijs.

Antidotum, pe. cor. ideſt ex contrario datum ſiue remedium contra venena datum.

Antica & anticum ſicut poſtica & poſticum dicimus ob ante & poſt.

Anagoga, pe. pro. eſt receſſus ſubtilis & ſuperior intelligentia & excelſa.

Apotheca eſt proprie cella vinaria abuſiue tamen ponitur pro omni loco vbi aliquid reponitur, & pro quodā obligationis genere apud iuriſconſultos.

Aphronitrum eſt ſpuma nitri eſt autem nitrum ſimile ſali nihil ſalſi ſaporis habens, quod ſulphuri concoctum in lapidem vertitur.

Aretalogus, pe. cor. ſecundum porphirionem eſt garrulus, vel potius eſt vir placidi ſermonis blandus & multa delectatione affabilis.

Aroma, tis, eſt odoramentum inde aromacopola, ideſt aromatarius.

Archimagirus, penul. producta eſt princeps & magiſter coquorum.

Aruina, pe. produ. eſt durum pingue inter cutem & carnem vt ait Seruius, axungia vero eſt interior porci pinguedo inueterata.

Artocrea eſt epulum ex pane & carne, nam artos eſt panis, crea eſt caro.

Ardelio eſt homo inquietus huc & illuc ſaliens, omnibus negotijs ſe immiſcens.

Atomus, pe. cor. ideſt indiuiduus: nam epicurus ſuis atomis mundum ſtruit.

Axioma a' Cicerone dicitur proloquium ſeu pronunciatum & quicquid dicitur plena & perfecta verborū ſententia axioma dicitur.

Brachioniſter eſt armilla quæ ponebatur in brachijs.
Beryllus eſt lapis pallidus tranſparens ex quo fiebant pocula. Berytus eſt vrbs ſyriæ.
Betulus eſt vrbs, vnde Vergilius betulumq; colunt.
Bizer eſt populus hinc flaccus bizeres vagi ſeu buzares: Byturi ſunt populi.
Bugloſſa quaſi bouis lingua ab aſperitate, & eſt herba ſatina & ſylueſtris quam buraginem vocant.
Butyrum, pe. cor. quaſi bouis caſeus, quia vt plurimũ fit ex bubulo lacte vt ait Plynius & eſt pinguior & craſſior & ſolidior materia.
Bucerus, p. cor. deriuatur a' boue vt armẽta bucera quæ ſunt ex bobus. Caduceus ẽ virga mercurij qua pax ſignificabatur vñ caduceatores erãt ligati pacẽ petentes. Canõ, onis, latine regula vñ canõicus, a, um. i. regularis Catholicus. i. vniuerſalis vnde fides catholica.
Clathrus & clathrũ, ſunt aũt clathra lingua qbus trãſ uerſis aliqđ munimus & ſepimus, clathrare eſt clathris claudere. Ceruſa eſt pigmentum infatie, ſed ceruſia eſt decoctio ex fermentis & ſorbis confecta pro vino, quã bacchus inuenit Ceroma, atis, eſt id quo vngebantur athletæ dum certaturi erant. Cerinthe eſt herba vnde maro cerinthe ignobile gramen. Cipus ſiue cippus eſt inſtrumentum ad colligandos pedes & etiam ponitur pro ſepulchro. Ciſium eſt genus vehiculi biroti vnde ciſiarij qui ciſium regunt.
Clitellæ dicuntur quibus ſarcinæ colligatæ mulis por-

tantur vnde clitellarius. Chelidonia eſt herba uiſui ſaluberrima monſtrata ab hyrundine quæ græce dicitur chelidon.

Cyclas,dis,eſt veſtis fœminea rotunda & tenuiſſima.

Cyclades ſunt tres & quinquagīta iſulæ ī mari ægeo incycli forma.

Celox eſt vas potorium,vel genus nauigij a' celeritate dictum. Cydonium eſt pomum quod cotoneum appellat Plinius acydone oppido cretæ.

Cœnobita eſt monachus qui in commune viuit vt ſunt diui placidi.

Cortyna pro tripode apollinis,ſic dicta vel acorio pythonis ſerpētis quo tegebatur,vel quaſi certina quia ibi certa reſponſa dabantur,vel q̄d ibi cor vatis tenebatur.

Coaſtræ ſunt populi.

Coleus eſt teſtis ſiue teſticulus.

Corycum,pe.cor.eſt nomen vrbis & montis in cilicia.

Corythus,pe.cor.eſt oppidum tuſciæ.

Corythus,pe.pro.eſt theca arcuum ſiue ſagittarum, & pro pharetra.

Chimerinos,pe.cor,ideſt hyemalis & eſt vnus ex cœli circulis qui capricornum contingit in quo quum ſol eſt dies breuiſſimi ſunt.

Cremeſteres ſunt nerui a' quibus teſtes dependent.

Coton,onis,& cotonum,ni,eſt portus non naturalis ſed manu factus.

Condyloma,penul.produ.atis, eſt morbus qui naſcitur

circa coronam ani ſeu podicis.ſ.tuberculum ſanabile ex inflatione naſcens nam ſcribit Celſus tria morborum genera quæ recipit anus.Primus morbus dicitur Rhagada quando pluribus locis cutis ſcinditur. Secundus dicitur condyloma circa ſedem non laborioſus, figuræ rotundæ, tumor nunc mollis, nunc durus. Tertius hemorrhoidum quum ora venarum ſanguinem fundunt.

Cucuma eſt vas æneum ad calefaciendum aquam quo vtuntur tonſores.

Dilēma,atis,argumētū eſt qđ vtrinq; aduerſariū capit.

Dulia eſt hominum ſeruitus de qua vide in quarta actiuorum in diſcurſu.

Diaſtema,atis, latine dicitur ſpatium.

Dactylotheca eſt quaſi dactylorū.i.digitorum tegmen.

Deglubo,ideſt corticem ſeu pellem detraho.

Dapſilis,pe.cor.ideſt liberalis ſeu abundans, dapſile.i. abundanter.

Drachma,atis, eſt genus ponderis ex.xviij.ſiliquis hoc eſt tribus ſcrupulis conſtans.

Echeneis græce quaſi tenens nauem genus eſt piſciculi quem ferunt per aquam nauem ſiſtere a latinis remora.

Epacta eſt augmentum lunæ.

A Epy eſt vrbs in montibus ſita Epya etiam eſt vrbs.

Etymologia:ideſt veri loquium quam Cicero notionē appellat.

Epiphania græce.i. apparitio ſeu manifeſtatio latine.

Elmins huius elminthos eſt vermis qui lædit pueros

inuentre ſimilis lumbrico ut ait Moſcopilius.
Elyſius, campum elyſium poetæ ponunt in medio infero rũ philoſophi dicunt eſſe in inſulis fortunatis ad oceanũ
Exoticus.a.um. ideſt perigrinus unde unguenta exotica ideſt aliunde apportata.
Ephimeris, ideſt diurnalis.
Ennoſigeus dictus neptunnus eo ꝙ terram quatiat.
Epos eſt genus carminis heroici hinc epodos & epodiõ diminutiuum.
Fanaticus eſt qui præeſt fano uel eſt inſanus: nam ſacer dotes quum reſponſa dabant furore pleni inſani uide=bantur: Fanum eſt templum a dijs faunis, uel a fauno in=uentore & conditore templorum.
Felis eſt animal quadrupes quod nobiſcum tenemus ad murum uenatum.
Frigutio, tis, ẽ frigore tremo, frigo, is. i. torreo ĩfrixorio
Fritillus eſt tabula luſoria græce dicitur pyrgus ĩ quo teſſeræ mittuntur.
Fulica eſt auis marina paulo ſupra magnitudine colum bæ quæ etiam dicitur fulix.
Fuſcina pe.cor. eſt telum tridens ſiue triſulcũ piſcatoriũ eo ꝙ fundo natantia capiat & erat inſigne neptuni.
Fiſcina, pe.cor. deriuatur a fiſco & eſt genus uaſis pro capienda pecunia, uel eſt calathus, uel ſportula qua fat=tores olei utuntur.
Fiſcella eſt uas uimineum aut ex iuncis quo lac colatur dum caſeus imprimitur, uel eſt quo caſei feruntur.

Gloſſema ſignificat uocem minus uſitatam. Gloſſa eſt lingua inde gloſſe & gloſſaria pro interpretationibus uicæ linguæ. Gobius ſiue gobio eſt piſcis Mar principium cœnæ gobius eſſe ſolet. Glaucoma,atis,eſt uitium humoris eius qui cryſtallinus appellatur in colorem glaucum mutantis in oculo. Glaucopis,dis.i.habens oculos cæſios quo nomine dicta eſt pallas, cæſius autem color eſt in ſpetiem cœli,hinc glauci equi qui felinis oculis ſunt,nã felis de qua ſupra, habet glaucos oculos. Geolophus eſt terreus collis, nam geos eſt terra, & lophus eſt collis.

Hebe eſt dea iuuentutis,iunonis filia,herculis uxor.

Helix eſt ſpeties hederæ cuius ſpeties ſunt tres una alba altera nigra tertia helix. Helice eſt urbs archadiæ a' qua fuit nomen urſæ maioris.

Helios eſt ſol,heliopolis eſt ciuitas ſolis.

Helleborus ſiue helleborum pe.cor. eſt herba purgatoria quæ in amycera naſcitur alio nomine dicitur ueratrum. Hybrida pe.cor. eſt canis imparibus parentibus natus hoc eſt ex uenatico & gregario ut ait Porphirio.Plinius uero refert ex fero et domeſtico natos canes dici hybridas,& refertur ad homines ut natus patre romano & matre peregrina,uel econtrario hybrida dicitur,quaſi contumelioſe natus.

Hinulus ſiue hinuleus eſt filius ceruorum & capreorum ſeu damarum & ſimilium.Hinuli etiam uocantur muli ex equo & aſina geniti quum legitimus mulus ex equa

& aſino naſcatur ut ait Varro. Hydria eſt urna ad capiendam aquam, hydra & hydrus eſt genus angui um in aqua degentium. Hilum eſt illud paruũ ni grum quod eſt in ſummitate fabæ, unde pro quodã bre ui & exiguo ſeu tantillo & minimo uſurpatur. Hip pocrene quaſi equi fons qui dicitur etiam caballinus & aganyppe. Hyas, hyades ſunt ſeptem ſtellæ in corni- bus & ore tauri. Heliotropium eſt herba ſolaris di- cta ꝙ ſe cum ſole circum agat. Hexameron.i.ſex die- rum, hexametrum eſt carmen ſex pedũ. Heluella ſunt holera minuta. Hydrops denotat morbum qui latine dicitur aqua intercus ſeu ſubcutaneus morbus, ſeu ueter noſus hĩc hydropicus. Hydraulis eſt genus organi quod per aquam pulſatur. Hydromantia eſt diuinatio quæ fit in aqua, hydrocheus eſt aquarius. Hyperboreus eſt uentus qui flat ultra boream. Homero maſtix.i.re- prehenſor homeri: ſic cicero maſtix. maſtix, cis, eſt flagel lum. maſtigophorus eſt flangellifer ſeruus cædi dignus ſicut maſtigias eſt uerbero.i. uerberibus ſeruus dignus. Icon, onis, eſt effigies, imago, & ſtatua ex membris ipſis expreſſa: ab alijs dicitur iconanç, ſeu iconiſma, atis. Icõ etiam eſt figura quum fit collatio formæ ad formam te- ſte cicerone ad herennium. Indago, as.i. inquiro: hæc indago, nis, eſt inquiſitio. Iliſus eſt fluuius. Iſagoge pe. cor. latine introductio: iſagogon eſt introductoriũ grã- maton iſagogus.i. litterarum introductor. Iuglans in- ter nuces primum locum obtinet dicta quaſi iouis glãs

Idolothytum quaſi idolo immolatum. Idolothyſia eſt immolatio quæ fit idolis.

Iunix eſt minor iuuene unde iunior, iunix, cis, nam iunices ſunt uaccæ ætate uiridiores quæ ceſſarunt eſſe uitulę nec nimis magnæ.

Ilythia dicitur diana gręcę quaſi placatrix uel placida

Leuita eſt diaconus, ideſt miniſter latine.

Leliſphagus eſt ſaluia herba ſaluberrima unde uerſus,

Saluia confortat neruos, manuumq́ꝫ tremorem

Tollit & eius ope febris acuta fugit.

Lecitus eſt olearium uas.

Lemures ſunt umbræ nocturnæ.

Libanum eſt thus: ſed libanus eſt mons inter arabes & phœnices, celſas arbores habens: libanus etiam eſt arbor quæ thus producit.

Luter eſt uas quo uinũ diluitur hoc eſt aqua miſcetur.

Limax dicitur qui exquirit ut aliquid auferat apud Plautum. limax etiam eſt teſtudo cochlea terreſtis quæ limaca dicitur a limo in quo per hyemem deliteſcit et uiuit, & in uere prodit.

Lagois eſt auis quæ leporinas carnes habet lagos græce latine lepus.

Lodex, cis, pe, pro, eſt lecti ueſtis ſeu operimentum: uel pro linteolo quo utimur in lecto.

Loligo, pe, pro, eſt genus piſcis habens atramentum nigrum pro cruore quem calamarium uocant.

Lotophagi ſunt populi apud ſyrtes qui exlote arbore

uictitant

uictitant. Lapathos pe.cor.ſeu lapathium herba eſt lubrica.lapathes eſt genus holeris hæc ēt dicitur lapa. Lucumo fuit nomen propriū a quo lucumenes dicti ſunt qdā thuſci:Matuta.p.pro.a noſtris aurora,a gręcis leucothea dicitur hęc fuit Ino cadmi filia athamantis uxor. Matula ſiue matella ſeu matellio eſt uas aquæ uel ubi mitturiunt. Mauſolus pe.pro.dictio triſyllaba,fuit maritus arthemiſię quæ condidit ſepulchrum marito dictū mauſoleum inter ſeptem orbis miracula. Marſupium eſt ſaculus numorum alio nomine dicitur crumena. Matheſis.i.diſciplinabilis,ad quam ſpectant geometria muſica,arithmetica,aſtrologia. Monarchia eſt unius principatus:Democratia eſt principatus populi:Ariſtocratia eſt optimatium principatus. Magia latine incātatio,magus apud perſas dicebatur ſapiens. Mandragora eſt duplex.ſ.mas qui eſt candidus, & niger fœmina, & fert mala auellanarum ſeu nucum magnitudine. Myron fuit nomen proprium ſtatuarij. Myron etiam eſt unguentum,unde myrobalanum interpretatur unguentaria glans:& eſt arbor heliotropij folijs:fructus glandi ſimilis.Myropola eſt unguentorum uenditor: Myropolium eſt locus ubi unguenta uenduntur. Miſcellania a' mixtura indiſcreta rerum dicitur unde quidam ſua opera miſcellaneas inſcripſerunt ubi de uarijs rebus tractatur. Malobratum fuit genus unguenti ex ſyria. Mitella eſt diminutiuum quaſi parua mitra. Mitilo,as, eſt uerbū propriū cuiuſdam auis quę dicitur acredula.

Marcipor quaſi marci puer: ſic publipor quaſi publij puer.i.ſeruus. Mediaſtinus pe.pro eſt proprie qui in medio lauantium ſtat in balneis: eſt etiam mediaſtinus qui in medio ſeruorum abiectiſſima quæq; offitia obit omnibus miniſtrans ad nutum: perpetiẽdo labori aptus. Metreta eſt genus uaſis quod conficitur ex duobus batis: eſt autem batus genus menſuræ continens amphorã unam. eſt uero amphora genus uaſis uinarij duas anſas habentis, quod etiam dicitur quadrãtal quod eſt genus uaſis pedem quadratum habens: eſt etiam figura ex omni parte quadrata quales ſunt teſſeræ quæ grȩce dicuntur cubi. Menapij populi ſunt galliæ qui ad utrã q; rheni ripam habitant: a quibus pernæ optimæ mittebantur, eſt autem perna coxa porcina ſalita cum toto pede alio nomine dicitur petaſo. Melilothos eſt arbor cuius fructu lotophagi utuntur ubi eſt menix inſula. Napeæ ſunt deæ florum ſiluarum & collium ſicut dryades ſunt arborum. Nebrodes mons in ſicilia cui damarum copia nomen dedit. Nebriades pe.cor. ſunt pelles damarum ſeu ceruorum. Nepa dicitur ſcorpio ſeu ſcorpius aĩal uenenoſum & pro ſigno cœleſti. Nebrophonos eſt nomen canis quaſi inulos hoc eſt ceruorũ catulos interfitiens. Nicopolis ciuitas epiri a uictoria auguſti ſic dicta quaſi ciuitas uictoriæ. Niphates pe.cor. eſt fluuius ſcythiæ ſic dictus a' niuibus: quo nõie dicitur etiã mons armeniæ ex quo naſcitur tigris fluuius. Obelus latine dicitur ueru a' cuius ſimilitudine appella

tur uirgula inter pūcta iacens qua interp̄tes eccleſiaſti-ci denotant aliquid additū in tráſlatione quod in pro-totypis nō erat. Obeliſcus eſt lapis magnæ molis con-ſurgens in excelſu paulum graciliſcens ſpetie quadrata in figura metæ cuiuſdā. Omentū eſt mēbrana tenuis & pinguis qua integuntur uētriculi, et eſt unius cuiuſq; mēbri ueſtitus, et pro mēbrana quæ inuoluit totū cere-brū qđ offenditur: nō ſuo ſenſu ſed ueſtitus ſui.i.omenti. Omaſum pe.pro. eſt inteſtinū pinguius atq; craſſius. Ophites eſt genus marmoris ſerpentis maculas habētis. Onyx, cis, eſt unguis ſeu gēma candorē unguis humani habens. Proſeucha eſt obſecratio ſiue oratio quæ fit cū attentione, & ponitur etiā pro loco ubi mendici obſe-crationibus a tráſeuntibus ſtipē mendicabāt. Ptiſana pe. pro. eſt hordeū decoriatū uel hordei ſuccus ſiue aqua: et erat genus pultis ex farina hordiacea: ptiſanarium pro uaſe in quo coquitur uel tūditur. Paraclytus ſignificat infamē ſed paracletus pe.pro. a uerbo græco qđ eſt rogo ſeu hortor & cóſolor & accipitur pro ſpiritu ſancto cō-ſolatore. Parœtia eſt incolatus & interpretatur iuxta domū. Pedū eſt baculū paſtorale quo pedes pecudū de-tenentur. Periſtroma pe.pro. quaſi circū ſtratū. Peripe-taſma eſt genus cortine q̄ parietes et aule teguntur ſeu ta-petia. Peripſema eſt raſura ſeu limatura ſeu purgamētū. Peripheroma eſt ſupplementum. Perizoma eſt omne quod circumcingit ut pudendorum uelamen. Perizoniū eſt palliolum ſeu præcintorium quo uirgines papillas

præcingunt. Pytiſma eſt leuis irroratio ſputi. Pytiliſma eſt genus exercitationis. Pedema eſt ſaltus. Pipio, is, eſt proprium uocis pullicinorum ſeu paſſerum. Pipo, as, ſeu pipilo, as, eſt gallinarum quum uocem emittunt. ſ. quum exprimunt pipi. Pipiones ſunt pulli columbarum. Proletarij dicebátur a prolactanda prole qui ob egeſtatem militare non ualebant & proli gignendæ uacabant. Capite cenſi dicebantur qui q̄ paruo ære uel nullo cenſebantur ſic dicti ꝙ ſolis capitibus cenſerentur proletarijs inferiores. Periocha eſt complexio, ut periochą primi libri iliados apud Auſonium. Pero, nis, eſt genus calciamenti ruſtici ex corio crudo ut peronatus arator. Petaſo, oís, eſt caro porcina ſalita quam alij coxam, alij eam partem ſuis dicunt quæ ab alis incipit & coſtas comprehendit. Petaſus eſt capitis tegmen qui dicitur galerus ſeu pileus. Plereuſis eſt dolor laterū phreneſis eſt morbus ad inſaniam ducens. Palinodia eſt contrarius cantus, & dici poteſt recantatio ſiue retractatio. Pharmacopola pe pro. i. unguentarius qui pharmaca. i. uenena ſeu medicinas uendit. Petoritum eſt genus uehiculi gallici ſicut etiam eſſedum. Paralyſis eſt diſſolutio neruorum, paralyticus ideſt diſſolutus, & quum partem corporis amplectitur dicitur hemiplexia, quum uero totum corpus tremit apoplexia dicitur. Phyſeter pe. cor. eſt piſcis marinus admirabili magnitudine. Pollis, nis, uel póllen, inis, eſt flos tritici unde cribum pollinarium. Polymita eſt ueſtis ex multis litijs

ſeu filis contexta. Polymixos *eſt lucerna ex multis fu- mculus lucens.* Polypus,pi,*& polypodis eſt piſcis ex mollium genere quaſi multiples.* Pomiliones *& po- milij,ſunt nani.i. homines paruæ ſtaturæ.* Prototomus *pe.cor.i.primæ ſectionis vt primus caulis qui ſucciditur protos græce,latine primus ut protoplauſtus, ideſt pri- mo formatus.* Prototypon.*i.exemplar:prototypus qua ſi primitiuus & archetypus.* Prototocos *quaſi primo genitus uel primo enixa.* Phænicopterus *pe. cor. eſt auis rubentes pennas habens.* Patrimus *pe pro. dici- tur qui patrem adhuc uiuentem, habet pater patrimus eſt qui quum ipſe ſit pater,adhuc uiuentẽ patrem habet, in ſacris pater patrimus, eſt qui uulgo compater dicitur patrimus,a,um:quod eſt patris,ſicut matrimus,a, um,q̃d eſt matris.* Pyrrhodes *culicis filius qui primus ex ſili ce excuſſiſſe ignem dicitur,ſicut aſſeruaſſe in ferula pro metheus.* Pylene *eſt oppidum ætoliæ,*Pylos *eſt oppi- dum iuxta* Theſſaliam. Propontis, *dis,eſt ſpatium ab* Helleſponto *uſq; ad boſphorum thratium.* Pſilotrũ *eſt unguentum depilatorium, ſalamandram ait galenus habere uim pſilotri.* Pyretrum *ſeu pyretra herba me dicinalis eſt quam dragonem uulgo dicunt adurens & mordicans linguam.*Pyretus *febris ab incendio dicta.* Porus *eſt meatus perquem ſpiritus ultro citroq; tranſit.* Plynius *ſuccus maluæ decoctæ poros ſuaues facit.* Papi *ſunt flores ſeu flocci apud* Lucrẽtiũ *papia lex quæ ante liberos ſuſcipi cogit,q̃ iuliæ matrimonium contra-*

hi,papeus lingua ſcytbarũ dicitur iuppiter. Prodinoi, *is,ideſt prodeo:Ennius prodinũtur famuli quum candida lumina lucent.* Ramentum *eſt tenuis cuiuſq; rei raſura ut ramenta argenti auri.* Raphanus *eſt genus radicis notæ comeſtibiliſq;, adeo cæteris herbis plątus ut in tẽplo* Apollinis *delphici ex auro diceretur ut ait* Pli. Reſina *eſt humor ex arboribus defluens in iiſdemq; reſidens.* Rhebus *eſt nomen equi apud maronem.* Rhidium *eſt genus uaſis ab anguſto fundo in oris latitudinem exientis.* Rutrum *eſt illud quo quid eruitur a' ruendo dictum ſicut aratrum ab arãdo.* Rutabulum *eſt etiam inſtrumentum aruendo igne gratia coquendi panis.* Rutuba *etiam aruendo dicitur,licet ueteres pro turbatione uſurpabant.* Rutuli *pe. cor. ſunt populi Italici non longe ab ardea.* Rutilus *eſt color ſub ruffus ut ueſtes rutilæ ſeu hyacinthinæ.* Repotiã *dicta ſunt quum poſtridie nuptias apud nouũ maritum cœnatur.* Sais *eſt minerua, ſais etiam eſt urbs, unde hoſtium nili ſaiticum dictum eſt.* Spadix *teſte Gellio eſt termes auulſus a' palma cum fructu, ſpadicinus pe.pro.color eſt phœniceus.i. coccinus qui non ẽ diſſimilis fructui palmæ nondum ſole incocto.*Maro.*honeſti ſpadices.* Sebum *uel ſeuum uel ſepum eſt pinguedo dũtaxat cornigerorũ quæ una parte dẽtata ſunt & quæ in pedibus talos hñt, biſſulca uero & quæ pedes hñt ſciſſos in digitos & carẽt cornibus nõ ſeuũ ſed adipem hñt.* Sepia *eſt genus piſcis qui emiſſo cruore atro*

ocultat iter. Stlata eſt genus nauigij latū magis q̄ altum ſic dicimus ſloltū pro lotū ſtlitē pro litē. Seſqui pes cōtinet unū pedē & ſemis ſic ſeſquimēſis ſeſquihora.

Sica eſt genus gladij breuioris. Sigalion erat deus ſilentij qui dicebatur harpocrates pe.cor. Sinope, es, pe.pro.eſt urbs Ponti. Sinopis,dis,eſt quidā color natiuus ſeu rubrica apud ſinopem inuenta. Sipho, onis, eſt canalis ſeu fiſtula per quā urgente ſpiritu aqua emittitur. Stlopus eſt ſonus qui ex inflatione buccarū erūpitur. Scoria eſt metallorum purgatio quaſi fæx & ſpurcitia in omni metallo. Suſq; deq; fero ſeu habeo. i.æquo animo ſum & quod accidit non magnifacio,interdum negligo, hoc eſt an ſurſum andreoſum feratur res paruifacio. Scolus eſt pagus iuxta amnem aſopū aſper & in iucundus unde prouerbiū ad ſcolū neq; ipſe accedes neq; alterū comitaberis. Scōma latine cauillū & eſt morſus figuratus ut ait Macrobius qui ſæpe fraude uel urbanitate tegitur ut aliud ſonet aliud intelligat

Scropha eſt quæ multos peperit porcos. Stiria eſt proprie aqua frigore concreta pendens ſtillanſq; guttatim,gutta autem ſtat,ſtilla cadit hinc ſtillicidium. Strāguria eſt difficultas urinæ quando guttatim mitturium. Stater habet duo didrāmata. Statera pe.pro. eſt inſtrumentum quo res ponderantur ſine bilancibus.

Siſimbriū eſt herba ueneri grata quæ in puteorum parietibus naſcitur. Strigoſus,a,um, ideſt exhauſtus & macilentus quaſi ſtringoſus & reſtrictus.

Schiſma,atis,latine ſciſſura,unde ſchiſma eccleſiæ.i.diuiſio non autem ſciſma.

Solopichium appellant hominem cubitalem,ſeu nanum quaſi totus cubitus. Smigma,tis, eſt omne quod purgat præſertim ad emaculandam ſeu abſtergendã faciẽ. Solox,cis,eſt lana craſſa,eſt etiam pecus lana tectum. Siligo eſt genus tritici ſeu frugis quam muguderim appellant. Stropha eſt acumen & ſubtilitas ſeu excuſatio. Stroma,atis,eſt oẽ quod ſternitur inde piſtroma. Thamus eſt inſula,ſed apud Columellam eſt genus herbæ & producitur,themis eſt dea. Tragemata ſunt bellaria ſecundæ menſæ uulgo confectiones dicuntur.

Talea eſt fruſtum ligni præciſum ex utraq; parte ut in terra inſeratur,nam nonnullæ arbores ſeruntur præciſis lignis pedali uel cubitali magnitudine, a quibuſdam etiã ponitur pro teſſeris,ideſt ligno cõplanato ubi idiotæ numeros notant. Thema,atis latinæ poſitum. Themes eſt oppidum cretæ ubi repertum eſt æs. Temetũ eſt uinum dictum eo q; mentem tenet, ideſt labefactet. Theloneum eſt menſa publicanorum ubi uectigal exigebatur. Theſis latine poſitio figura quæ diſtinguit ſenſus orationis per comata: ideſt ſubdiſtinctiones & per cola,ideſt mẽbra & periodos,ideſt terminos. Tetrino eſt uerbum anatis. Tetrarcha eſt qui quartam regni partem detinet. Tropologia latinæ dicitur figurata locutio. Triſtega ſignificat tricameratum locũ. Veratrum pe.cor.eſt herba quæ & helleborus dicitur

eo ꝙ mentem auertat. Vitellus *a,uita & eſt pars ru= bra ouis ꝙ ex eo uiuat pullus.* Vligo *pe. pro. eſt hu= mor terræ ex ea nunquam recedens, ager uliginoſus ideſt humidus.* Volupis *& hoc uolupe,ideſt delecta bile & uoluptuoſum.*

Xenium *eſt munus hoſpitalitatis.* Xenodochium *eſt hoſpitale ubi peregrini hoſpitaliter recipiuntur.*

Xerampellinæ *erant ueſtes ad uſum matronarum.*

Xerolophus *pe. cor. dici poteſt ſiccus tumulus.*

Xerophthalmia *eſt arida lippitudo quando oculi nec fluunt ſed graueſcunt.*

Appendix.

Aetates hominis ſunt ſeptem.ſ.infantia,pueritia, adole= ſcentia,iuuentus,uirilis ætas,ſenectus,decrepitas.

maximus, nam penultima ita enũtiari debet, vt nec, i, pla ne nec, u, dignoſcatur, eandem ptātē. y (Victorino autho re) ſuſtinet in græcis, aut græcanicis dictionibus, vt Syl la, lachryma, hymnus, vnde apud latinos y verti ſæpe in, u, confeſſum eſt, ut mus: ſus, muſſo, a, μυς, υς, μυξα, u, conſonans fit quoties in eadem ſyllaba præponitur vo- cali, vt vale, veni, viue, volens, attamen u, & m, p̄cedens excluditur apud Teren. in eo tetrametro, Enimuero da ue nil loci eſt ſegnitiæ neq̧ ſecordiæ, q̄d niſi fiat claudi- cabit verſus, ſed ſeruus, & vbicunq̧ geminam uu, nunc vſurpamus, digāma æolico recte notaſſe Claudiũ Cæſa rem teſtis eſt Fabius, qui vt figura, ita ſono differre ab f, & u, conſonante, ac medium quiddam inter vtranq̧ reti nere ſenſit, Terentianus videtur velle digāma loco poti ri ēt in ua, ue, ui, uo, ſed eo modo quid opus fuiſſet, u, cō- ſono ſimul: & digāma. Sciēdũ igitur craſſiore ſpũ anhe lādũ eē φ græcorũ. i. ph, eodē flatu remota tm̃ p. promi tur f, paulo ſedatius ſ iuerſa. i. digāma: ſuauiſſime harũ oīum u, conſonans, vt philon, filius, ſerſus, vanus. Ad vocaliũ ordinem ſpectat breuem, porrectamq̧ diſcrimi- ne iā dudum abolito patefacere, Ara, ab hara (exempli cauſa) p̄ter aſpirationē differt, q̧ aara prope, tanq̄ gemi no, aa, ſimul vnico ſpũ profertur, idē auferendi caſu fer- me de altera ſyllaba cenſendũ eſt, at hara neutra ĩ ſylla ba ita remoratur, ſi ntiũs eſt, ſi abltũs in poſteriore tm̃, vñ Quinti. teſtatur: latinos, vſq̧ ad Actiũ poetā, gemina- tā ſcribere ſolitos vocalē productā qui mos iā diu deſi tus non tñ productionis morā loco mouit, nũc vero paſ-

ſim, ni accentus, aut poſitio obſtiterit, nullũ breuis, & lon gæ diſcrimen interponimus, nõ ita priſci ſenſere, Idemq́ Quint. meminit, ruſticũ ẽt hoĩem ãpenul. vocalis q̃tita tẽ; auribus cõprehenſam diſcreuiſſe, in Amphiõe, qđ nũc haud cui vis vel erudito prõptum eſt dep̃hendere. Igi tur pallas pro Euandri filio erit tanq̃ pallacis uoce ta men continua ne triſyllabum uideatur, Pallas pro dea ſimplici, vt ſcriptum eſt, vocali feſtinat, eadem rõ eſt de cæteris vocalibus, nã leuus, liber. vnde libertas, mœria, vnde mœror hoc eſt inſano, duco verbum ſimiliter (vt de diximus) e, i, o, u, protendũt, hinc Oui. Deerat adhuc Martialis. Sint Mecœnates non deerunt flacæ Marones vterq́ poeta geminas ee, breues pro lõga poſuit, contra leuis pro non ponderoſo, liber pro corticæ, ſeu volumine mora. i. cunctatio, ducis, a ntõ dux, celeriter trãſigũtur. Idem momenti eſt in medijs atq́ vltimis, vt coritus no men oppidi, ſeu viri propriũ primã ſimul & mediã ſyl labam accelerat Verg. Haud dubitanda refer, coritum terraſq́ require Corytus pro pharetra porrigit eaſdem Ver. Corytiq́ leues. Ceres (de poſteriore nunc loquor) is verbum. Heros, ſalus diſtinẽtur tanq̃ cerees. Heroos, ijs, ſaluus propemodũ dicamus, ſic Verg. Limoſoq́ palus obducat paſcua iunco (Hora. tñ vna morula licentius protulit, ſteriliſq́ diui palus aptaq́ remis): Ex diuerſo ſeges, is pronomen in ſingulari, Minturnus, ibidẽ in fine propellũtur, quas vocales, quã diximus vim hẽre arbiter eſto verſus ille. Arma virumq́ cano, Troiæ qui primus ab oris, nã ab cœpta ac finita prima dictione, iã nimium

inclareſceret numerus niſi vocalis,i,iã placatiuſcula ſuccederet,(vnde non deſunt qui Syllij italici exordium nimis intumeſcere dijudicent,dũ ita inchoat:Ordior arma quibus,quis abnuat literis fere oĩbus turgidũ,ac ſpumoſum tale principium, etenim proculdubio duriuſculum ſe fecit).Rurſus aliam atque aliã vocalẽ ĩgeminãs Vergilianus numerus emicuit perq̃ generoſus, Nec inficias ierim multum ſibi vendicare conſonantes. Quarũ aliæ lenitatem p̄ſe ferunt,aliæ aſperitatem,et celerem horrorem,aliæ mugitum,obtuſioné,anhelitũ,ſibilum,de q̃bus iam dicere aggrediar,lenitatis plenæ ac oĩum ſuauiſſimæ hñr,l,n,quæ ſeu viciſſim ſubeant ſeſe, vt alnus,Mãlius nimiꝶ dulceſcum:N vocem claudit ſuauiter tĩnẽs penitiſſimo in oris receſſu,nariũ quoque ſpũ iuuãte, ex quo feliciſſime græcorũ lingua ſepius hoc elemento vocabula finiens eloquitur,latina uero partius,n,terminãtur,quæ litera ſimplex in medio minus, geminata plus hẽt vigoris,vt tintinnabulũ & ip̃m verbum tinino. L, auribus illabitur oppido q̃ ſuauis,blãda,amœnitatis plena,hilari,diductis labijs,ore compoſito, interim lingua in ſuperius palatum intenditur,ea trifidã habet vim,ſonantior eſt cũ geminatur, (vt pleræque oẽs) vt millia, plena finiens dictionem aut ſyllabã,vt conſul,ſylua alibi mediocriter aſſonat,vt Lælius, at hic prior ſyllaba, cum ſibi vendicet accentum diphthongo p̄ſertim inixum l,in læ plenior q̃ altera in li,aſſurgit,Aſpere nec minus horridæ ſunt r,x,& ſicubi diſpares coniugãtur, vt furor,axis,pſytacus,aſtrum,ſiquidẽ ps,x,vaſtiora, Cicero

ne noīata:ſtr, & hmōi ſunt aſperiores, q̄uis dicant nōnulli in, x, ꝗ facta miſtura ipſius, ſ, ſibilū manſueſcere, R āt plus ī fine ſiue vbi ubi duplicatur, q̄ in prīcipio dictiōis, horreſcit, vehemētius obſtrepit, ſi p̄cedat, q̄ ſi ſequatur conſonantes, tremulū itaque linguæ faſtigiū concauo in ore vibrat. flatu repcutitur maiore ſi aſpiratur. M *clauſo oris ſpecu mugiens per nares effluit, principibus, medijsque ſyllabis annexa equabilis agitur, ſonātius geminatur, vt* Mēmius, *poſtremo loco prorſus obſcurā annotant. vt templum,* Idcirco *cum* Verg. *ait, clamorque virū ſtridorque rudentum, virū & rudentum literis, u, &, m, terminantur, quibus vtriſque obſcuritas pauentum nautarum aīs inſinuata repūtatur, ob id. ſ. a poetis m, ſequēte vocali deturbatur loco, dū ſcanditur, ſed l, r, poſt mutas in eadē ſyllaba poſſe liqueſcere, latet neminē, plerūque liquidarū officio funguntur m. n,* Hor. *forma captiuæ dnm tecmeſſę, idem,* Donatura *cygni ſi libeat ſonū, licet alij velint, cmes, & gni, ſui tēporis nihil prioribus ſyllabis concedere, ac ob id illæ corripiātur,* Rurſus *m, n, miſtum quendā ſonum nāciſcuntur ante b, p, ph, vt ambio, amputo,* Amphiō, *at, n, vel poſt qui vt agnus, vel ān c, vt ancile, cū ijs ita ſonum miſcet, vt mediam literā priſci quidā deſiderarint.* Dum *ſingulis de literis loqmur, fœminino tn genere interdum poſitas miretur nemo (tā etſi ſuapte natura neutri ſint generis) vt ſi ſcripſerim ſ, ī ſuauis eſt, eruditorum more ſubaudio, litera vocalis, ſemiuocalis aut muta.* Obtuſionem *agunt mutæ quidem oēs, nec. n. ſtridunt, ſibilant, ſtrepuntue, tm̄ in ore, uelut*

antro clauſę imurmurât,binæ difficilius icedum,vt Pto
lomæus,latim cũ paſſim in mutas deſinant , merito hũr
græcis inuenuſtiores,ſeiuguntur aũt mutæ ordine terge
mino.Tenues p,c,t,quibus cum aſpiramus craſſo,largiſ=
mo ꝑ ſpiritu opus eſt videlicet ph, ch, th, ideoq́ mutarũ
hæ pricipem locum obtinent,inter has medij ut ſoni,ita
dignitatis,b,g,d,his.n.proxima eſt acceſſio,tenuiũ inſi=
ma eſt conditio,at c,g,delicatius vtra uis i,e,y, ante vo=
lant,q̃,a,o,u,Q , inter mutas annumero qua græci ca=
rent.S.litera uiperea dicitur,cum circa dentes efflent an
guium quaſi ſibilum, priſcis ſono fuit inamabilis , vnde
ſæpe reformidarunt vt Egregie cordatus homo catus
ęlius ſextus, Verg.Si duo p̃terea tales idea tuliſſet, hic ſu
ſtulerunt,ibi abſciſſa cũ vocali fuit, Inter ſe coijſſe uiros,
& decernere ferre,licet aliter alij legant,s, geminæ ui=
cem,Ζ,ſuſcipit,hæc illius ſibilũ adeo mitigat, ut uix alia
ſpiret ſuauius,hinc illa non imitabilis græcorũ proprie=
tas, ςιξει ανεμος Ζephirus,& ſimilia, Ζ,fit itẽ ex,ſd,ut
gaza.Quibus in hunc modum explicatis intelligi uelim,
conſonantes ſingulas, aut complures uocali adplicitas
uim ſuam cuſtodire,hinc ſyllabas nunc tenuius effluere,
modo ſonantius aſſurgere , q̃ ſi examinandi gratia pro
Arma, uirumq́, dicas Ara, uirumq́ , ſenties, q̃ oris illa
plenitudo minuatur.Hæc ita reſpnodere exercitatis au
ribus facile patet.Plurima interim laude priſcorũ ſedu
litas cumulanda,qui bonã,magnãq́ uocabulorũ ſeriem
cõpoſitiſſime rebus indiderũt,qua ſi careremus,pene la=
bor irritus effunderetur. Murmur, docendi gratia , ref

quã ſignificat, accõmoda uox ẽ, ſimiliter (ſi dijs placet) taratãtara, apud recentiores bombarda. Ex diuerſo ſilẽtium, amœnitas & talia hilareſcunt ſono mirifice. Diphthongi quoq; p̃ſertim au, & ea, pleniore quodam ſono replent oris hiatum, qualis illa. Ter conatus erat caſus effingere in auro, et, Ipſe doli fabricator enipeus, huic diphthongo par videtur, hypermeter ille uerſus in eo, deſinens. Simul accipit alueo ingentem Æneam, Attamen haud quiſpiã dictum intelligat, nihil differre balteus & empeus, etenim hic, eus, eſt, (vtpote diphthõgus) unica, ibi duplex ſyllaba hic cõtrahitur una uocaliũ ſonus, ibi diſtinguitur nã balteus triſyllabum eſt, Alias ãt diphthongos tẽporum uel ĩcuria, uel inſcitia ſuã ꝑdidiſſe uim certiſſime crediderim, quouſq; tandem hoc patiemur? quin, ſi ſapimus, redimus in uiam? Etenim quare uel parum erudito non pateat iure aliud ualere ęs nomen, aliud es uerbum, illic, ae, uno (ut in cæteris) tenore cõmiſcentur, ſic, oe, in pœna, yi, in harpyia, at es, aſum, pe, pi, in penitus, pius ſimpliciter reboant. Excitant mihi nauſeam Semibarbari quidam ꝑtinaciter reclamãtes, quorum aĩos tollit Martiam non intellecta definitio iſtęc. Diphthongus eſt modulata uocis particula una intẽtione producta, quaſi neget Capella duas ibi uocales uim fere ſuam retinere ſimul, Ex omnibus ijs ut arbitror, enucleata uocum proprietas, cui uis fingendis carminibus iter uelut Herculeum aperiat. Numerus igitur alibi placidus, uti quoties literis ſyllabiſque & uerbis ſedatioribus ſtruitur carmen. Quale illud eſt. Ibat A tenedo

& tacitæ ꝑ amica ſilentia lunæ, claſſem trãquillo mari, nocturno ſilentio, cõpreſſo nautarũ ſtrepitu, vento ſecũdo, furtim redeuntẽ pulcherrime numeris æquauit ſimillimis, inſpicies hoc eorũ memor quæ ſuperius de elemẽtis diſſerui. Item. Tale tuum carmen nobis diuine poeta, Quale ſopor feſſis in gramine, quale per æſtum. Dulcis aquæ ſalentiæ ſitim reſtinguere riuo. Suaue textum verborũ paſtoriæ gratulationis quis non exoſculetur, licet rm, ſemel, ſi bis occurrat duriuſcule, verũ ſat ducimus fieri ſi plurima voto rñdeant, nec pauculis e cõtrario ſyllabis offendimur. Item in. xij. ęn. Ac veluti in ſomnis oculos vbi languida ꝑſſit. Nocte quies, lacteus hic malleuſq; fluit numerus, Huic ille ſimillimus. Huc ades o galathea, quis eſt nã ludus in vndis. Itẽ, Dulce ſatis humor depulſis arbutus hædis, Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus amynthas, Quid hoc numero lenius ꝑter ar. in arbutus, lix in ſalix, Cõtra alibi confragoſus numerus vt exoritur clamorq; virum, clãgorq; tubarũ, x, & r, toties hic repetita bellicũ & hoſticum occinunt, alibi. Illum expirãtem transfixo pectore flãmas, age q̃ta cum œconomia laborantem fulminatum, ignes euomentem Aiacem, vaſtioribus, horridiſq; literis ſyllabis, dictionibus, textura deniq; exꝑſſit ſpondaica, mox eundẽ per aera correptũ feſtinantiſſimis dactylis, & r, litera ſignauit hoc modo, Turbine corripuit, In buc. Mœris tanq̃ male rauco anſerum clangori aſſinem ſeſe poetari, humaniter extenuãs, inquit. Sed argutos inter ſtrepere anſer olores, rixatur iam ſecum verborum ſeries, rei tñ quam agit, inſeruit mi

ra ingenij dexteritate. Quid? idem poeta nõ ne camillæ viraginis celeritatem ita numeris exp̃ſſit feſtinationibus vt curſitantem ex oculis euaneſcere puellã coniectemus, cum cecinit ferret iter celeres neq; tingeret æquore plantas. Et in. iij. æn. nautarũ celeuma anapeſtico. i. concitatiore pede ſic extudit Cretam proauoſq; petamus, atq; ita ſcanditur. Cretam – – ſpondeus, proauos u u – q; petā u u – anapeſti duo, mus ſyllaba finalis, ppea dicitur a Seruio celeuſmaticum. i. anapeſticũ trimetrũ hypercatalecticum. quid? ſi hoc idem voluit exculpere, cum dixit. Regemque petamus Aceſtem. quoniã mari remẽſo Siciliam Ilioneus repetere cogitabat. Nec diſſimile tetrametrum illud anapeſticum hyper. læto ſocij clamore ſalutant, cũ fugientem Italiam Troiani nautico clamore tandem attingerent, Haud obſtiterit, qđ ſępius hoc anapeſtici metri genus ſponte ſeſe offerat, nã conſulto tribus his in locis feciſſe Vergiliũ credere par eſt, Idẽ Serui. ẽ author in hemiſtichio, qđ ĩ pharmaceutria legitur. ſ. Veneris dic vincula necto, vſum Ver. eodẽ trimetro anapeſtico hyper. quippe qui aſſeuerat hoc metrũ cupidini cõſecratum, ĩdque vult intelligi cõmode ibi prudẽterque a Ver. neq; ſine acri pẽſitatione poſitũ, Hoc ĩpm in. iiij. æn. fauſtũ videri põt, videlicet, Veneris nec p̃mia noris Neque ß philologus, aut Quintianus audiantur, trahit vtrunque ſuus error, Quintianũ (qui tñ illũ merito carpit) ppea q; trimetrũ anapeſticũ cõſtare ſex anapeſtis putat, at me iudice, vt rectiſſime Quintilianus oratorios pedes tñ diſyllabos geminari prodidit, itidẽ ego ĩ car-

mine cenſeo, triſyllabos.ſ.non gemellos computari, niſi al terius generis pedibus immiſceantur ut iambico aut tro chaico. Numerus item quandoq; ſuauis, alacer, ac hilareſcens, is ex dactylorum congerie conficitur, ut, Panditur interea domus omnipatentis olympi, Sed & dactylus cui propria ineſt celeritas ob duorum breuium clauſulam conqueſtioni & pcipiti dolori non incongruus (ſicut pes citus iambus contumelijs aptiſſimus) uerũ ſpondeum obiter admittit celeritatis interdum ſiſtendæ cauſa, ut Venit ſumma dies & in eluctabile tẽpus Dardanidæ fuimus troes, fuit ilium, & ingẽs Gloria teucrorum, ferus omnia Iuppiter argos, Trãſtulit incenſa danai dominantur in urbe, & Oui.in.xiij.dum Polixenam hoſtilem ad tumulum mactatam Hecuba lamentatur, Nunc quoque mi metuendus erat, cinis ipſe ſepulti, In genus hoc ſæuit tumulo quoque ſenſimus hoſtem, Æacidę fæcunda fui, iacet ilion ingens, ſpondeorũ aũt continuatio tardiorem agit numerũ, ut O fortunati quorũ iam mœnia ſurgunt, at tarditas hęc ſpondaica triſtitiæ, grauitatique eſt peculiaris, ut Stabant orantes primi traſmittere curſum Hor. O fortunati mercatores grauis annis Miles ait, Exploditur illorũ ſnĩa quibus conuuere uiſus eſt Maro. cũ canit. Apparent rari nantes in gurgite uaſto, quaſi debuerit dactylis furentem pelagi tẽpeſtatẽ aſſequi, his reſponſum cupio, Vergilium probe ſpondaica grauitate naufragij ſpectaculũ aĩ ſtupore quodã admirari, Spondei uicem ſubeunt anapeſtus priore, proceleumaticus utraque ſyllaba reſoluta, ut. Fluuiorũ rex Eri

danus. Quod fecit Verg. ne, ſi Eridanus fluuiorū rex, diceret, uileſceret numerus, q̄q̄ conſtaret uerſus. Semel, q̄d meminerim hunc nobilitauit. Virgi. proceleumaticus ē ut Genua labant. Hęrēt parietibus ſcalæ. At in his, quos Maro confecit, uocalis a fine proceleumatici tertia ſemper uerti pōt in conſonantem, ex quo in dactylū redigitur, quæ Vergilij p̄ſtantia eſt: Itē numerus obſeruatur preſſus, mediocris, grandiloquus, q̄q̄ hoc quoq; ad tria dicēdi ſchemata ſpectat id Vergilianus ī eclogis, geor. Aeneide perfacile eſt animaduertere, cuius triplici in opere fuit Maro ſeruantiſſimus, utque inter latinos longe princeps, ita cum græcorum primis merito conferendus, Niſi cum pleriſque Theocrito credamus inferiorē: Quia propior, ut aiunt: illi ruſticana ſimplicitas, ac leges Bucolici carminis adſtitere paratiores: at criticos ualere ſinamus: Ecce in his, In freta dum fluuij current, dum montibus umbræ. Luſtrabunt: conuexa polus dum ſidera paſcet. Semper honos, nomenque tuum laudeſque manebunt: gradatim erigitur poeta, a fluuijs ad rapidam ſolis uertiginem, non ſecus ac ſi dicat (ut nōſtro carmine promptuario Vergilij intellectum exponamus.) Dum ſol flammigerum ſublimis in æthere currum: Phœbus aget, talis enim ſenſus ineſt, cum canit Dum montibus umbræ: Luſtrabunt, quia ſolis abſceſſu montes umbrantur opaci: unde in bucco. Et ſol creſcentes decedēs duplicat umbras, mox aduſque ſtellas ultra ſolē cęli uerticē cōſcendit. Cōnexa polus. dū ſydera paſcet: Hæc in æn. Heroica rerum ac uerborum ſublimitas, p̄ſſius eundem

ſenſum excoluit in buc.dicens. Dum iuga mõtis aper,flu uios dũ piſcit amabit.Dũque thimo paſcentur apes,dum rore cicadæ.Ruſticana ſit iſtęc apri, pſicis:apiũ,cicadarum mentio,Et ne ſingula ꝑcontemur, illi longe plenius exultant.Montibus vmbræ,ſydera paſcet, hic preſſius deſinunt Piſcis amabit,Rore cicadæ, hoc licet ꝑpendas ad trutinã literariã & ſyllabicã,de quibus dudũ dixi. Pari vigilantia luſit in buc. Qualis cũ feſſa iuuencũ.Per nemora,atq; altos q̃rendo bucula lucos. Propter aquæ riuũ viridi procũbit in herba. Perdita,nec ſerę meminit decedere nocti,Illud idẽ de ceruo in.vij.æne.Sophocleo hiatu lucubrauit in hunc modum.

Ille manum patiens,menſæque aſſuetus herili
Errabat,ſyluis,rurſuſque ad limina nota
Ipſe domum multa q̃uis ſe nocte ferebat. Cætera ſi vel paria cõuenant cum ſupioribus,ſ.dictis hic certe p̃ſtantior aſſurgit verſus icidẽs i r,duplicẽ videlicet literã, r,ſ,ſq, Tertius item incedit numeroſius accentu locupletior, ac diſyllabis refertus,ibi finit,decedere nocte,hic reſonat, nocte ferebat,cuius pes vltimus tanto celſior illo, q̃to b, medij ſoni p̃ſtat,c t,tenuibus,q̃toque eſt hic vltima ſyllaba,a,q̃ illic,e,clarior.Itaque hæc,de q̃ loq̃mur,varietas miris elicitur modis,nunc ꝑpetua vnius ſñiæ ſerie,eiuſq; partium tanq̃ circuitu quodam,vt,

Seu uos heſperiam magnam,Saturniaque arua
Siue erycis fines,regemque optatis aceſtem.
Auxilio tutos dimittam,opibuſque iuuabo.Nunc circũſcripto ſingulariter ſenſu,vt Vultis & his mecũ pariter

conſidere regnis: aut per inciſa, vt nõ multo poſt docebi mus. Nãque eorũdem numerorũ aſſiduitas faſtidium pa rit ſocietatis, Atque ut quid circũſcripta, ceſaue ſit nume roſitas, quid itẽ cõnexa: late pateat, locus ipſe me admo net altius aliq̃to repetere, q̃d eo libentius duxi faciendũ: tum quia pars hæc neſcio an poetis futuris aĩaduertẽda p̃cipue cuſtodiendaque ſit, tũ quia pharaonius noſter cũ de epiſtolarũ compoſitione p̃ciperet: de periodo tm̃ diſ= ſeruit, cum in primis dicendum fuerit epiſtolarum pede ſtrem ſtilum nec reſurgere penitus numeroſam periodũ, nec ſuo iure deſiderare, ſiquidem oratio familiaris, aſſi duaque epiſtolis ſcribendis eſt fere nulla iam neceſſita= te numerorũ adiuta, neque cõpſita mẽbris quibuſdã, uel determinata certa circũſcriptione verborũ, utpote libe rior incedens, nullus .n. ſermo niſi putidus põt oĩ ratiõe iuncturæ carere. Exẽplum paſſim apud Cic. nos uno cõ tenti erimus. Diogenes tuus hõ modeſtius a me cũ philo ne peſſinunte diſceſſit, iter hẽbant ad Hiatton regẽ, q̃q̃ oĩa nec benigna nec copioſa cognorant, põt tñ quæcun que uel diſſoluta numeris oratio, in numeros reuocari, ut hæc ipſa Ciceronis uerba pauculis mutatis in hũc mo dum: Cum Diogenes tuus hõ modeſtus a me cũ Philõe peſſinunte diſcederet, iter ad Hyattõ regẽ hẽbat. quãq̃ & reliqua. At ceſa ſit oratio, quoties nõ efficiuntur ver ba ex cõnexione mẽbrorum ſed ſingula q̃uis ſignificãn= tia proferantur, ut illud idem exemplum, q̃d ex Cicero ne mõ poſuimus ad uerbũ, ecquid .n. prohibet uerſari in eodem, diuerſa tñ uia ſuperius documẽtum profecit,

ne quiſpiam laxis habenis ſtilum exerceri poſſe ignoret nunc id agimus, ut oſtendamus, cedi quodammodo ſermonem in quotcunque partes, nec in periodum coactus, aut nexas procedere, alterum exemplum erit etiam Ciceronis. Ego omnia meá ſtudia, omnem operam, curam, induſtriã cogitationum, mentem denique omnem in Milonis conſulatu fixi & locaui, Eſt & perpetua oratio hyſtoricæ deſcriptioni præcipue conueniens, relatam dixerim, cum pendula inferius dicta ſuſtinentur a præcedentibus, Cicero paulopoſt, Habemus hæc omnia, bonorum ſtudium conciliatum ex tribunatu, propter noſtram, ut te ſpero intelligere, cauſam, Vulgi, ac multitudinis, propter munificentiam munerum, liberalitatemque naturæ, iuuentutis & gratioſorum in ſuffragijs propter ipſius excellentem in eo genere uel gratiam, uel diligẽtiam, Noſtram ſuffragationem, ſi minus potentem, at probatam tamen, & iuſtam, & debitam & fortaſſe etiam gratioſam, uides ut ſuperiorem elocutionem æqualis ſemper proxima ſequatur, uides, inquam fuſum genus eloquendi. non circumſcriptum, Hæc nonnullius, imo magni momenti prætermiſiſſe Pharaonium nollem, At periodus, quem ambitum circumductionem, concluſionem, circuitũ latini uocamus, ſententiam certa quadam ſerie definit, conſtat autem ſuis partibus minimum duabus, plurimũ quatuor (Sed & ulterius excurrere poſſe recte Quintilianus probat) tot uidelicet membris, ſiue, quod græce idẽ eſt colis, quæ nunc ſolida permanent, nunc contra partiuntur in commata. Eſt autem cõma, cui ceſo latini nomen

indiderunt, membri pars ex aliquot uerbis, interdum ex uno, nõ dum aliquid ſignificans abſoluti, ut Nouum cri*men* Cai Cæſar, *Membrũ eſt periodi pars abſoluti quic q̃ ſaltem innuens, ut* Nouum crimen Cai Cæſar, *& ante hũc diem inauditum propinquus meus ad te.* Q. Tubero *detulit, at periodus conficitur, ſi ſubiungas hæc, quintum* Ligarium *in* Africa *fuiſſe*, Vtque, *q̃d ad numerum oratorium attinet, per tranſitum attingamus, patet hic teſte* Fabio *trimetri pluſq̃ dimidio periodi clauſulam terminari, nam pedes illi in* Africa *fuiſſe, ſic ſcanduntur, in a* ˘ – *frica* ˘ – *fuiſ* ˘ – *ſe* ˘ *tribus.n.iambis, & ſyllaba periodus deſimt,* Neque *quenq̃ prætereat, ſuos quoque pedes animaduerti debere in rithmi principio, medioq́, ſed poſtremo potiſſimũ apparet numerus, cum nuperrime dictum auribus inſideat magis,* Oſtenditur *& uitia apud maximos oratores* Ciceronem *etiam,* Brutumque, *dum, aut durius quam oporteat, proloquuntur, aut numeroſius, & pene poetico more cludendo luxuriant, nec ſolum refert (ut* Fabij *uerbis utar) quis cludat, ſed quis antecedat.* Retrorſum *autem neq́ plus tribus (ijq́ ſi non ternas ſyllabas hẽbunt repetẽdi ſunt abſit tñ poetica obſeruatio) neque minus duobus, alioqui pes erit non numerus.* Hęc *ille, lib.ix.de cõpoſitione loquens, p̃cipit aũt quot pedibus finiri dẽat rithmus artificioſus, quo in loco, ut obiter id annotemus, mẽdoſe paſſim legitur, quę plus tribus, pro neq́ plus tribus.* Hinc Regius *caſtigator cũ nõ poſſet ulcus ſanare.i. mendũ eximere aſteriſco ſignaſſe cõtentus, alijs, tanq̃ gordianũ nodũ, explicandum*

reliquit. Ac ne uidear inconſultus ita ſenſiſſe. Mutuatus eſt, ni fallor, eam p̃ceptionem Fabius ex Cicero. ſcribente ſic ad Brutum. Sed hoſce cum in clauſulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo, adiungo, q̃d minimũ ſit proximum ſuperiorẽ, ſæpe etiam tertiũ. Monocolon uero periodon.i.unimẽbrem fieri non dicimus, ſed cum ſimplex eſt, membrum potius vocamus, hactenus hæc, Monendos interim ſtudioſos arbitror miſcellaneá vt ſit loquar, cõpoſitionem ſequi oportere, nunc ſedulo circũductam periodis, neque ijs nimiũ affectatis: qua in re impenſe ſollicitus Iſocrates dãnatur, non ita Demoſthenes, & Cicero, Interdum cæſa ꝑpetua nonnunq̃ oratio decet, uitioſum eſt.n.iiſdem ſemper veſtigijs quaſi tollutim inſidere, Numerus quoq; in Heroico metro nunc ex ambitu conſtat: ut O Regina nouam cui condere Iuppiter urbem.

Iuſtitiaque dedit gentes frenare ſuperbas

Troes te miſeri uentis maria omnia uecti.

Oramus, prohibe infandos a nauibus ignes.

Parce pio generi, & proprius res aſpice noſtras, En ambitum per ſingula fere carmina, ꝑter vltimũ, totidẽ mẽbris abſolutum, Nunc cæſus, numerus inq̃, eſt idem.ſ.q̃d Monocolon ambitum pedeſtri in oratione nõnulli volunt; id eſt cum unico mẽbro ſenſus finitur, ut quippe vetor fatis, In his vero carminibus.

Eſt locus, heſperiam graij cognomine dicunt,

Terra antiqua, potens armis; atque ubere glebæ:

Oenotrij coluere uiri: nunc fama minores.

Italiam

Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem, Huc curſus *fuit,neq; ambitum dicere merito poſſis,neq; cęſum numerum ſed perpetuam uerius numeroſitatem, cum longius euagetur,neq; certis partibus definiatur,*His *ita ceu per tranſennam habitis patet apertiſſime cõſumati poetę munus eſſe rem dulcem,miſerabilem lenem,aſperam,ſeriá, ridiculam,grauem,locoſam,aut aliter quoquo modo affectum.numeris quo ad eius fieri poteſt æquiperare.* Ita *fiet ut grauitas,acrimonia,lentitudo,celeritas, remiſſio, exultatio,& cætera id genus,uti geſta fuerint exæquentur.In hoc pub.*Maro *ut in omni poetica ſupellectili precipuus.*Nonne *cum dixit ſpumas ſalis ære ruebant,in ijs ſyllabis re & ru prore rudentis impetum,ac ſulcati maris fragorem auribus inſinuauit,ex quo literas nedũ ſyllabas voceſq; ad numerum plurimum facere intelligitur. Idq; non ſemel apud* Virg.*licet animaduertere.* Quid? *andromachen æneæ inſperato quidem aduentu, quibus potuiſſet uerbis,quoue pacto ſignificantius explicare.*Diriguit *uiſu in medio calor oſſa reliquit.* Labitur. *prima ſyllaba,in* Diriguit,*rictum ita diſtorquet,ut animo deficientis fœminæ uultum oſtendat,accedit hiulca tertij pedis colliſio,tum:præter ſecundum locũ, dactylis agitur quibus,dum properant,humi cadentem intuemur andromachen,contra difficultatem priusq̃ ad ſe muliebris animus redeat ſpondeis exegit talibus.*Et *longo uix tandẽ tempore fatur,facit ad hoc tertii pedis elaborata diſſolutio tetricum reddens numerum, poterat enim effugere hoc modo.*Tandem *uix tempore fatur.In quarto æn.lu-*

culente Maro rem exæquauit vndecunque dictis, cũ expoſuit æneam Mercurij parere monitis volentem, ob id troianos negocioſos fugam parãtes, ac per breuiſſima inciſa ſingulæ rerum partes exurgunt, abeundi ſtudium rapidis, ut ita dicam, verbis extulit, Ardor habet, rapiuntq́ ruuntque, rapiunt & ruunt celerrime quidem progrediuntur, deinde cum ita modulatus eſt, Litora deſeruere prior ſyllaba in Deſeruere, dactylicam tamen orbitam aſſecuta, claſſem punico portu iamiam propellendam ſiſtit. Item deſeruiſſe q̃ deſere, dicere maluit, vt negociũ prius confectũ, q̃ animaduerſum ſignaret, Similiter in quinto, Finibus omnes, Haud mora, proſiluere, in Proſiluere, remigium ſigno intentum putes, eoque audito certatim naues velut, e, carceribus impetu remorum elapſas fugere ꝑ equora. Rurſus in quarto ſociorum miniſterium ardens, remorum fragor qui potuit ſyllabis aut literis aſperius memorari? Annixi torquent ſpumas & cærula verrunt, Sunt autem hæc carmina, Vaginaque eripit enſem

Fulmineum, ſtrictoque ferit retinacula ferro,
Idem omnes ſimul ardor habet, rapiuntque ruuntque,
Litora deſeruere, latet ſub claſſibus æquor,
Annixi torquent ſpumas, & cerula verrunt.

Quid ſi in hoc, Obſtupuit, ſteteruntque come & vox faucibus hæſit, vergilianæ obſeruationis admirator poetam ſiſtolem exquiſite poſuiſſe contendat? vt comarum ſubitum horrorẽ aſſequeretur.

Cernere mihi videor hinc vulcania ſegetum incendia, illinc torrentem late quæque obuia vaſtantem, quoties

animum locus ille Maronis ſubit.

In ſegetem veluti cum flamma furentibus auſtris
Incidit, aut rapidus montano gurgite torrens
Sternit agros, ſternit ſata leta, boumque labores
Præcipiteſque trahit ſiluas, ſtupet inſcius alto.
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor, Metior *hercle mecum excutiens omnia vel literarum tenus, flãmas, furentes auſtros, torrentẽ obijces vbique conſternantem pleno gurgite: prçcipites ſyluas, attonitum paſtorem, oĩa grãdiore iam cothurno, Quod ſi referam ſingula, quid, quoq; modo dicat, Ante diẽ clauſo cõponet veſper olympo. Illud neſcio q̃tum laudis promereat, Gurgite torrente, & to, ſyllabç, dubites an reluctantia impedimenta: an hibernam aquæ vim ſono referant, Par alibi nec minus euidens obſeruatio, Vaſto cum murmure montis It mare præruptum, & pelago premit arua ſonanti, Quis timauum late ſtagnantem, & ſaxoſi montis ima murmure reſonãtia nõ agnoſcat? Trutinetur quæſo vniuerſa, (ne maniſeſta repetã) elegãs poematũ exactor*, Deniq; *ni fallor hoc illud elogium de poetis eſt tonare, fulmina vibrare.*

Peruiam, arbitror, numerorum rõnem oſtendimus, eoſque falli ꝑſpicuũ eſt, qui numeroſç pulchritudinis ignari temere condunt carmina, Non *cuiuis hominum cõtingit adire corrinthum. i. poeticam adipiſci gloriam*, N*oſtri ſeculi, plærique* Vates, *ut ſibi videtur, celeberrimi, muſis tamen inuiſi dant (vt ita loquar) ſine mente ſonum*, Te *tamen* Minturne, *quem* Mantuanæ *pierides vberrima caſtalio liquore nutrierunt, ſemper excipio*, Sed *ad alia*

quædam, ut propoſitum eſt tranſeamus.

Ceſuræ, ſiue ſectiones heroici carminis, cui græce exametro, latine ſenario nomen eſt, duæ tantum mihi probātur ſemiqnaria, & ſemiſeptenaria, nā quod pontanus ait di tritimemiri, & enneamemeri hoc eſt de ceſura poſt primum, & quartum pedē: hoc nullius neceſſitatis, illud parui momenti reor. Saneq̄ parui refert, cohæreat necne ſeſquipes, nam frequentiſſime ſolutum ab aliis primū pedem uidemus, haud citra carminis elegātiam. ut Demēs, & cantu uocat in certamina diuos. Idem fere, ac eo magis ſeminonaria ceſura nihil numeris conducit. Intercidunt illæ quidem ſæpenumero, ac præter, uarietatē uerſui nihil ornatus, quod ſciam, afferunt, idq; auritus arbiter muſarum facilius intelliget, q̄ ut pluribus agere ſit opus, Ceſura autem pentimemereos, & ſemiſeptenaria ni ſæpius intercurrat, uix ulla carminum concinnatio ſplendeſcat, atq; ſi utraq; deſit uerſus erit innumeroſus id eſt abiectiſſimus. In illo autem Magnanimi iouis ingratum aſcendere cubile; ſemiſeptenaria nulla eſt, ſemiquinaria abit in ecthlipſim, uerum eadem euaneſcente ita ſolideſecunt ultro, citroq; compactæ ſyllabæ, ut hoc uitium nō appareat. At in eo, Hinc drepani me portus & illetabilis ora accipit, ni trochaicam a ſecundo pede ceſuram uelimus aſſerere: in promptu quoq; ratio eſt, tanq̄ incomptū numerum, & obortis, ob memoriā extincti patris, lachrymis conſentaneum: eiuſq; luctui non incongruum.

Pedum ſolutio nequaq̄ prætereunda uidetur ea fit quoties eorum haud ſupereſt inuicem complicatio. nam

pedes inter ſe fere pectinatim cohærere, numeri uenuſtas exigit, ut quiq; ſui memores alios fecere merendo, at rarius interpoſita ſolutio, de ſecunda, tertiaq; loquor, tolerabilis, ac numeroſa plerumq; eſt, nã alias, ut primi, quarti, quintiq; pedis nulla prohibet neceſſitas.

Fit igitur ſolutio poſt primum pedem, cũ nihil ſupereſt poſteriori connectendum, idq; nõ uno modo ſpondaice, & dactylice, ut uentos & uariũ cæli prædiſcere morem, miror equidem non ſemel, quonam pacto, ut Pontanus *prodidit, aures offendantur hac ſpondaica primi pedis ſolutione,* Quid *obſecro deſuit huic numero, item illi,* Panditur *interea domus.*

A ſecundo pede ſoluitur, ut Nec *ſaturnius hæc oculis pater aſpicit æquis: ubi loci ſeu monoſyllabum, ut memorato in exemplo, ſiue quadriſyllabum, dactylicũ dyſſyllabumue trochaicum ſubſequatur, exornatior exit numerus, ut* Nunc *poſitus nouus exuuiis nitiduſque iuuẽta, &* Monſtrarat *caput acris equi.*

Pes quoque tertius abſcinditur, ut Interea *magnum ſol circumuoluitur annũ: &* O *mihi ſola mei ſuper aſtyanactis imago, duriuſcula tamen eſt diſſolutio ſuperior, quippe in longam deſinens.*

Q*uarti pedis, ſicut etiã qnti nõ modo nihil obeſt numeris, uerũ cõcinnius adhibetur, ni uarietas frequentem reiiciat, ut* Aere *ciere uiros martẽque accendere.* At *regina graui iam dudũ, qui, quartus, inquã, pes ſi finiat dactylicus, etiã ceſura bucolica dici põt, ut* Nos *patriæ fines, & dulcia.* Colliditur *interdum ſolutio, ut* Incipiunt

agitata tumeſcere,& aridus altis,Nec illud preteriri de bet eodem verſu duas aliquando,aut plures exoriri ſolu tiones,vt Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus, et Scilicet omnibus eſt labor impendendus,Attamen in his cum ſecunda ſolutio excipiatur monoſyllabo, vix illa quidem offendit numerum.

Vtque exactiſſime numerorũ rõ conſtet, voces vnius pluriũue ſyllabarum oportet introſpici: Vniſyllaba nã que numerum ſiſtunt:ac remorantur quocũque loco,Pri cipia narrationũ quaſi ſtabiliũt,vt Tu quoque litoribus noſtris ęneia nutrix,ſic Oui.in.ij.Met.Q *uid o tua fulmi na ceſſant ſume deũ,At poſtrema in carmine tũ decentiſ ſime lo cabũtur,cũ rẽ ceu cadẽtem ſignarint,vt* Vir.in.v. Procũbit *humi bos.*Quod *ſeruius dãnat haud intelligẽs arcanũ poetæ artificium,*Item *litoreis ingens inuẽta ſub ilicibus ſus,*Ibi *præſtantiſſimus poeta vel iacentem.i.ſolo recubantem,vel paruam fœtã,non ex armento, paruulo iã monoſyllabo expreſſit,ſic* Hor. Parturient *montes naſcetur ridiculus mus,*Q *uid m euidẽtius hoc apud* Vir. in Georg.Tum *varie illudunt peſtes,ſæpe exiguus mus.* Aliquoties,*et ſi deeſt hoc opificium,varietas nõ repellit deſinentia monoſyllaba,vt* Maſſy*lique ruunt equites, & odora canumuis,fortaſſe ne id quidem caret artificio, at eodem loco geminata cludunt numerũ luculenter,vt* In*ſomnis multo manifeſti in lumine, qua ſe.*Plena *p.i.f.l.f.* Nonoſ*yllaba quoque ſparſa quaſcunque dictiones nõ re formidãt,vt* Ora *exertantẽ,& naues in ſaxa trahentem, &* Hæc *loca ui quõdã,& vaſta cõuulſa ruina,*Plura *ſi*

mul ét iugãtur,raro tñ,vt Vix e *cóſpectu.*Sed *qs ad heſperie vẽturos litora* Hicvir *hic ẽ tibi quẽ promiſti.ſ.a.*

*Diſyllaba,& reliqua deinde numeros propellũt,aut retardãt,ut ut breuis,lõga'ue temporũ dimẽſio aſtiterit, neque parũ intereſt,quot quiſque uerſus dictionibus abũdet,quippe q̃to pluſculos ſuggerat accentus,tanto prẽſtãtior emicat numeroſitas,vñ verſus ille,*Hic *canit & tua nos en vltro ad limina mittit,numeroſiſſimus accẽtuum multitudine decẽ vſque exijt,&* Nũc *morere , at de me diuũ pater,atq; hoĩm rex,*Viderit,*et quã pro me curã geris hac pater optime pro me* Depon.Id*q; nõ paſſim,faciẽdũ,ne compoſitio multis(vt ait* Fab.*)clauſulis cõciſa ſubſultet,At ſi paucitas accentuum eſt,horũ inſtar dactyli frequẽtiores multitudine ſyllabarum reparant,vt* Pã*ditur interea domus omnipatentis olympi.*

Accentuum *igitur ſingulos ſingule conſtituunt dictiões, (de acuto,& circumflexo loquor)eæ numerum cõflant, ex quo generoſum eniteſcit carmen,* Eſt *autem accentus ipſe tãq; dictionis anima,*Mira *eſt enim(vt* Cicero *ait in bruto)quædam natura* vocis,*cuius quidem,e,tribus omnino ſonis,inflexo,acuto,graui tanta ſit & tam ſuauis varietas perfecta in cantibus,*Idem *paulo poſt,* Ipſa *enĩ natura tanq̃ modularetur hominum orationem in omni verbo poſuit acutam uocem,nec plus una , nec a poſtrema ſyllaba citra tertiam , quo magis naturam ducem ad aurium uoluptatẽ ſequatur induſtria,*Accentus *ubi polyſyllabi penultimã breuem aggreditur,tono decepti inibi nõ ſat putamus ĩtẽdi,niſi tp̃s extẽdamus,q̃ſi nõ aliud q̃titas*

mus, repetamus. Biſſyllaba aut dux ſimul, aut plurifariã collocata, quaſcunq; metri ſedes occuparint, retinent gratiæ plurimum, id ita patefiet, Ipſa paphũ ſublimis abit, & tecta rapit ſyluas: Item Thraces arant acri quōdam. Item olli ſomnum ingens rupit pauor, item Ipſa canas oro finem dedit ore.

Nec minus numeroſe tñ heteroſyllabæ dictiones carmen excudunt, ut Heſperium ſiculo latus abſcidit. Item O miſeri te Turne nefas, te triſte manebit, Supplicium, quid magis varium utroque hoc numero, adde in poſteriore duplicem alliteratiōẽm (de qua pauca repetemus) in priore vnicam, lo, la, Alijs rurſus modis, ut Nate dea nam te maioribus ire per altũ auſpicijs manifeſta fides, & Ceu duo nubigenæ cũ vertice montis ab alto. Ex quibus intelligitur certis legibus, ac præceptis oĩno definitis cõprendi non poſſe numerum. quem, qui ſcire uelit, lybici uelit equoris idem. Diſcere q̃ multæ zephiro verſentur harenæ, Dantur tamen inſtitutiones quædam, neque illę parum vati futuro proſunt.

Triſyllaba non pauciora tribus ſimul coniugatis (nã ſi bina fuerint nulla accuratio opus eſt) exornant operoſa carmina, ut Parthenopeus & Adraſti pallẽtis imago, Præſertim ſi uocalium hiatus adhibeatur, ut Poſtrema immani corpore piſtrix, aut exploſio ipſius, m, cũ p̃cedẽte, ut Incertam excuſſit ceruice ſecurim, At Põtano tria cenſenti triſyllaba in eo uerſu Romanos rerũ dominos, gentemque togatã, non ſubſcribo, Parcant mihi precor illius ſanctiores umbræ, ego quatuor eſſe contenderim

dum particulam encleticam, non uno in loco omiſſam ab illo, ſimul annumero p̄cedenti, ſtant, a, nobis omnium literatorum claſſes, Habent tamen neſcio quid peculiare hæ particulæ, ut quodammodo videantur augere numerum, idq; ſecutum forte Iouianum par eſt credere: quinq; triſyllaba cumulate carmen exædificant, vt Talia p̄ſtabat memorans fixuſq; manebat, Sed & alterius g̃nis dictiombus hæc intermixta nō carent lepore numeroſo.

Quadriſyllaba locis omnibus affabre recipiuntur, vt Conceſſere deum profugis noua mœnia teucris, hic numerus auſpicatur, a, ſpōdeo, at interdum dactylus dactylum conſequitur. aut contra, vt Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum, & Cignum excellentem pedibus rapit, Item alijs in locis, Pars in gramineis exercent membra paleſtris, Nunc poſitis nouus exuuijs, nitiduſq; iuuenta. Prima ſimul, ac penultima loca non refugiunt, vt Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ, interdum geminantur, ut Iaſide palinure ferunt ipſa æquora claſſem. Tria nōnunq̄ copula quadam vincuntur ſibi cohærentia, vt Cornua velatarum obuertimus antea narum, vbi tamen, ni colliſio afforet, venuſtiſſimum extaret carmen, aut ſparſa concinnantur, ut Ibat & Hippolyti proles pulcherrima: Item Abnuerā bello Italia concurrere. Nimia tñ horum affectatio efficeret uaſtiores numeros, ac faſtidium pareret, nam cum hæc bonam carminis partem auferant, patteſcunt īſigniter, quintā quoque ſextamque ſtationē non expauent, tum dactylica, ut Suſtinet & nate turnique canit hymeneos, tū ſpondaica,

vt Nec nō et ſacri mōſtrat nemus argileti,veꝝ hi nume ri raro intermixti perq̄ placent,Sunt qui p̄ mollem quadriſyllabi numerū putent quoties in eo duo cōtinentur ſpōdei,id volūt notaſſe Perſium cū dixit,\Sic coſtā lōgo ſubduximus apēnino,at ego nō video q̄ mollicies, et nō potius aſperitas ne dicā grauitas ſit exiſtimāda idem ſi gnaſſe Perſium cōtendunt in hoc Berecintius atys, Et qui ceruleum dirimebat nerea delphin,q̄ berecintius,et dirimebat, multiplicentur eadē mollicie, Mihi Perſius eneruē ſcribendi materiā in primis ſigillaſſe cenſetur.

Pentaſyllaba, & deinceps alia eadē raritas cōmendat,varijs ea locis collocantur, vt Pentheſilea furens, mediiſque in millibus ardēs hæc ipſa dactylica frequentius accidūt,nec prorſus exoſa ſpōdeos, ut Laomedōteę ſentis periuria gentis,ecce parū abeſt vt hemiſtichiū expleāt,ut Res Agamēnonias, victriciaque arma ſecutus.

Et quia frequēs obtingit poetica alliteratio:quā vocat Pōta.de hac pauca ſubnectemus.Ea ē cū literę ſyllabęue minime citra venuſtatē ſibi rn̄ſant,vt Tityre tu patule recubās ſub tegmie fagi.quinqes a,t, litera ſyllaba cœpta ſibi applaudit, eā tūc ego pulcherrimā exiſtimo ſi poſt cōſonātes eaſdē nō eędē fuerint vocales,ut Occuſum troię triſteſq̄ ruinas tro,& tri,inuicē reboāt,ſin ab eadē ē ſyllaba,nihil prorſus mutatis poſterioribus vocalibus uitioſū putāt Ser.alijq̄,ut Caſus caſſandra canebat,Idē aſſeuerāt,quoties ab eadē uocali fiat alliteratio,ut Anchiſen agnoſcit amicum,quāuis huiuſmodi numerus Ciceronis aliqn̄, Vergilijq̄ adlubeſcit auribus,

horum pediſſequus exijt Pontanus, Ego uero cum prioribus libere ſentio, Attamen rariſſimum quodque receptũ iter numeros a magnis uiris animaduerto, Denique alliteratio nunc ſeſe ferit in primis, mediſue ſyllabis, ut ſupra dudum iam patuit, nunc in ultimis, ut Virgo ſata nocte laborem, quod pariter unius interuallo dictionis facit Vergi. ut Vulnus alit venis, & loca nocte ſilentia late: interdum finis unius, alterius autem carminis principium vltro citroque colludunt, ut Verba uocantis Vi ſa uiri, quid plura? aliter etiam obſeruabis tute poetices candidate.

Penſitandum quoque cenſemus in primis quonam pa cto ſinalœpha conficiatur, aut ecthlipſis, tũ qui boatus.

Fit autem ſinalœpha, cum uocalis uocali truditur, ut conticuere omnes, idque qua uis in parte recipitur, ſi cõ mode concinnæque ſtruatur, ut Arma amenſcapio. Lito raque & latos populos. Ni faciat maria, ac terras, & ce teræ, id genus colliſiones.

Iiſdem modis euaneſcit ecthlipſis, m, enim litera, & præcedens uocalis eripitur in ſcanſiõe, ut Illum ego per flammas, & mille ſequentia tela,

Reliqs in locis tute quicunque ſolerti, es ingenio ſcru taberis, ambarum utrauis proculdubio, ſi prudenter apponatur, ſat numero ponderis affert, uel poſtremis in lo cis, ut Et palmæ precium victoribus, armaque & oſtro, & Immemor heu uictuſque animi reſpexit, ibi omnis Ef fuſus labor, Euenit alicubi ut ſuperior uerſus cum inferiori collidatur, ut Ignari hominumque locorumque,

Erramus. & iamque aſcendebant turres ac tecta latinorum, Ardua cernebant.

Boatus, ſiue ita mauis, comploſio, eſt cum uocalis uocali prior nihil quicquã loco cedit, ut Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ, Ouid. Caſtori amicleo, & amicleo polluci, comploſio græcis q̃ latinis familiarior recte dicitur a Iouiano, cõtra ecthlipſis latinorũ propria.

Delectus etiam verborum inſignium, ac ſelectio quæ cuiuſque loci ſit propria poeticos numeros illuſtrat, enim uero hoc opus hic labor eſt, ut optimum, & aptiſſimum quodque uerbum carmini numeroſe accommodes. Alia ludicrum opus expoſcit, alia ſerium.

Illud demum meminerimus, apud poetas obſeruari non ſelecta ſolum uocabula, ſed ita poetis addicta, ut nec auſint reliqui ſcriptores attentare, qualia ſunt Caprigenum, Vitiſator, Belliferratus, Fluentiſonus, Ferriclaues portæ, Veliuolum mare, Lauriger, Fatidicus: & talia. Finẽ ſcribendi faciam, dum hoc non omiſerim, plurimum certo iuuare numerum, ſi prout compoſitio patitur commata: cola, periodos, omnemque poeticam uenerem uario ſilentio hoc eſt ſua mora diſtinxerimus, nam recte pronunciare, modulatio quædam numeroſa eſt. Equidem Arma ita recito, ut, a, poſterius dimidio ſui tẽporis propemodum fraudetur, idque quod ſubtraho tẽpuſculum ſilens dimetior, hypoſiſtolen uocant eam inter ſpiratiũculam breui ſyllabæ detractam, mox Virũque cano, quia pendet ex his uerbis intellectus ſequens, paullum admodũ interſpiro: nihil enim diſtineo: feſtinatque

numerus:donec perueniam ad Litora: ibi pluſculo demoror:ac quieſco magis quodammodo. Cum vero abſoluitur pars integra quæpiam,uel magis ſpondaico interuallo conticeſco:ut Tantæ ne animis cœleſtibus iræ? E contrario concinens egomet illud. Ferte citi flãmas: date tela:impellite remos:uix tempuſculum interpono: quaſi excandeſcens dido celerius ſeſe expediat: Ex aduerſo.Venit ſumma dies:& ineluctabile tempus Dardaniæ:fuimus troes, fuit ilium: & duo ſequentia carmina tanq̃ ſingultu ducens ſuſpiria per ſingula cõmata plus moræ conſumo:Vox item pro rerum qualitate deflectẽda:tollendaue eſt:exempli cauſa in eo Nauibus (infandum)amiſſis vnius ob iram:infandum proferens acclamo:item quos ego:pelagi deus minabundus ac caput cõcutiens extulit: deinde remiſſius quaſi ſecum loquitur. Sed motos præſtat componere fluctus.

FINIS.

